3 In text. ibi (*& não tomarà conhecimento das couſas tocantes à aprezentação de igrejas de noſſo padroado*) Vide Cabed. d. deciſ. 120. n.3.

AD §. I.

In text. ibi (*as cartas*) Quæ dicantur ortatoriæ vide Iacob. de Graffijs lib.4. deciſ. aure. cap.18 nu.138. Ioſeph. de Seſſe de Inhibition. cap. 8. §.4. num.87.

Ad tit. 48. Ordin. Regiæ.

In antiq. ti. 38.

Dos aduogados, & procuradores, &c.

De aduocatis, & procurat.

DE aduocatis multa adducunt Tiraq. de Nobilit. cap. 29. Caſſan. in Catalogo p.7. cõſid. 28. Menoch. de Arbitr. caſu 494. Adrianus Puluæus in Oratione de aduocatorum priuilegijs. Perez l.1. tit.19. lib.2. Ordin. pag.399. & 402. & l.2. tit.4. lib.3. pag.561. Azeued. ad titul.16. lib.2. nouæ Recop. pag.176. Garci. de Nobilit. gloſ.35. n.11. cum ſeqq. Donell. comment. iuris Ciuilis lib.18. cap.3. Bobadil. in ſua Politica lib.3. cap.14. n.56. cum ſeqq Sayr. in Claui Regia lib.12. cap.22. P. Valeri: Reginal. in Praxi fori pœnit. tom.2. lib.25. cap.45. à n.661. plures Doctores ex antiquioribus refert Cened. ad Decretum collect. 28. nu.4. Valaſc. cõſult.124. n.1. Cabed. p.1. deciſ. 214. Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap.186. n.6. cum ſeqq. & à n.57. de rabulis, & litium cõſinatoribus, nouiſsimè Mendez à Caſtro in Praxi Luſitan. lib.1. c.3. n.27. de Aduocatis.

2 Aduocationis officium quam honeſtum, quam vtile, quamque neceſſarium Reip. ſit teſtatur Imper. in l. Laudabile Cod. de Aduocatis diuerſ. iudic. & exornant præter ſupra citatos latiſsimè Bernar. Græuæ. ad Pract. Cameræ Imper. lib.1. concl. 43. à princ. Card. in Praxi iudicũ, &

aduo-

aduocat. verbo Procurator nu 5.D. Mar.de Iuriſdict.p.4.cent.2.caſu 115. à n.3.Cabed.d.deciſ.214. n.1. Amat. Rodet.in Pract.cap.10.n.9 & 10.

Aduocati militibus comparantur. 3 Aduocati militibus, ſeu equitibus comparantur, quia vt hi armis, ita legibus illi hominum vitas defendere dicuntur ex reſolutis per Tiraq. de Nobilit.cap.29 à nu.11.Baeç. de inope debitore cap.16.à num. 148. Garci.de Nobilit.gloſ.35.nu.10.Medicis ſunt præſtantiores,quia ſi medicinæ ſcientia præciſe ad curationem corporis tendit, ſcientia verò legalis principaliter ad curationem animi dirigitur, ex reſolutis per Mozzi.de Cōtract.tit.de Locato in princ.n 16.Bernar.Græuæ. d.concl. 43. n.6.

Aduocatus verax. 4 Aduocatus debet eſſe verax in ſermone,iuſtus in iudicio,plenus in cōſilio.Afflict.lib.1.conſtit.Neapol. rub.81.n.4.& multa de aduocatis dixi infra lib.3.tit.20 § 1.

5 Doctores aduocatorum officio fungentes potiuntur priuilegijs actu legentibus Doctoribus.conceſsis ex Stephan Gratian. Diſcept. Forenſ. cap.186.n.3.

6 Aduocati,& iudices debēt habere veſt s pro grauitate, & maieſtate officij ſui Specul.de Aduoc § Sequitur vidēdū de veſtibus col.2.quia veſtibus pretioſioribus honor adhibetur Caſſ.in Catalogo p.1.cōſid.23. in princ.Mēdez à Caſtro in d.c.3.n.27. Vnde Chlamys militē,purpura Regē,ſtola Sacerdotem,cuculla monachū,toga aduocatū demōſtrat,gloſ. in l.1 Cod.Nulli lice.in fren.lib.11. Vnde Ioann.Lignanus Iuriſcōſultus clariſsimus quem ad nuptias inuitatum Choragus iuſſerat conſidere in loco parūm honorifico tanquā minus ornate indutum,ex veſte hominem iudicans,properè iuſsit famulū petere domo veſtē ſplendidiorem, eaq; ſuo loco depoſitam,veſtem voluiſtis, veſtem habetote exclamans cū indignatione deceſsit ex Barbat. refert Barthol. Bolognin. in Auth. Habita Cod.Ne filius pro patre.

7 Plurimos aduocatos fora noſtra hac tempeſtate enutriunt, quos in perniciē ali Reip.& ad bonas cauſas male perdendas natos credas,quippe quod ad eos nulla alia ratione eatur frequentius,quám quod minoris multo cæteris proſtent.Obturbatorum loco erunt,& apud nos illi omnes,qui cum ius,in quo verſantur,ignorent,ad remoras tamen veluti ad ſacram anchoram confugiunt,& *embargos* ſemper ſonant. Callidè,& per ſummam impudentiam excogitatis ratiunculis,quibuſdā putidis,quibus ſuffundunt tenebras,iudices ſupplātant,obtundunt, reijciūt, & cauſas (facinus illis inclitu)in mille protrahūnt annorum meryadas. O quam præſtaret nebulones iſtos,meras harpyas foro pellere,imò,& loco mouere & in Cerites rurſus referre,nihil enim aliud crudelius in eos licet per Chriſtianam pietatem optare, facit excellens D.Ambroſij auctoritas relata lib.1. de conſid.ad Eugen.cuius hæc ſunt formalia verba. Miror quemadmodū aures diuinæ poſſunt huiuſmodi aduocatorū diſputationes, & pugnas verborum audire, corrige Deus prauum morem,præcinde linguas vaniloquas, & labia doloſa claude. Hi ſunt qui linguas ſuas docuerunt loqui mendacium, diſcreti aduerſus iuſtitiā,eruditi pro falſitate,ſapientes vt faciant malum, & loquentes vt impugnent verum. Hi ſunt qui inſtruunt á quibus fuerant inſtruendi.aſtruunt non comperta, ſed ſuas ſtruunt calumnias, innocentiæ deſtruunt veritatis

ſimplicitatem, & obſtruunt iudicis vias, refert plura in hoc propoſitum Stephan. Gratian. d. cap 186. à. n. 57. Nobili aduocationis officio in Portucalenſi Senatu, & in hoc Vimaranẽſi oppido, dum Regius eſſem procurator, pluſquã triginta annos functus fui, in illis ſemper ſecundum conſcientiam, & quod reperi in iure diſpoſitũ liberè loquutus fui, & cauſarum controuerſias componere, lõgaſque dilationes præcindere, partium ſumptibus parcendo, præ oculis ſemper habui, periculoſum tamẽ officium vt effugerem, & aliorũ aduocatorum in me odij cauſam derelinquerem in villam quan iam prope Vimaranum oppidum, de Aldão nuncupatam, me recepi, vbi per viginti prope annos, ſine litibus, & cõtrouerſijs, libris tamen aſſociatus quietè demoratus ſum.

Ad Princip. Ordin. Regia.

In antiq. erat Extrauag. 13. in prin. tit. 17. p. 4 & Cõcordat apud Hiſpanos l. 2. tit. 9. lib. 3 Recop. & Princip. huius Ordin. in fine praxis non recepit.

AD §. I.

Vide Cabed. p. 1. deciſ. 214. n. 2. & 3. Et quod aduocati conſiſtoriales Curiæ domus Supplicationis fungã. tur priuilegio Doctorũ tradit Ioann. Martins à Coſta in annot. ad tract. libellorum annot. 54. Et de Procuratoribus conſiſtorialibus vide Steph. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap. 186. á n. 20. Et huiuſmodi aduocatis cõceditur homagium etiam in cauſis criminalibus, prout iudicatum refert Phœb. Areſto 58. & nouiſsime Mendez à Caſtro in Praxi. Luſitaniæ p. 1. cap. 3. n. 27.

Senatus Supplic. iudicauit.

AD §. II.

Vide Cab. p. 1. deciſ. 214. n. 4. Aduocati Curiæ Portucalẽſis potiũtur priuilegijs illorum, qui aduocati ſunt in Curia Supplicationis, cum æquiparati ſint in regimine eiuſdem Curiæ §. 6. & licet dicto regimine contineatur dictis aduocatis concedi honores, priuilegia, & prærogatiuas, conceſſas per Ordin. & in nulla prædictarum Ordin. de hoc fiat expreſſa mentio, ſit tamen in legibus Imperialibus, in quibus de hoc ſunt iura in l. Aduocati 14. Cod. de Aduocatis diuerſ. iudiciorum, & per Tiraq. de Nobil. cap. 29. n. 11. & deficiente Ordin. recurrendum eſt ad leges Imperiales vt habetur infra Ordin. lib. 3. tit. 64. §. 1. & relatum eſt in referente l. Aſſe toto ff. de Condit. & demonſt.

AD §. IIII.

Vide *no regimento dos Deſembargadores do Paço* §. 70. Amat. Roderic. de modo proceſ. p. 1. cap. 10. nu. 4. Soar. de Paz in Pract. tom. 1. Annot. 5. n. 14. Cabed. p. 1. Areſto 13.

AD §. VII.

In text. ibi (*& os que fizerem petição de aggrauo, &c.*) Vide Bart. Angel. in l. Si quis obrepſerit ff. de Falſis. Bobadil. in ſua Politica lib. 3. cap. 1. num. 48.

AD §. VIII.

Vide Languæ. lib. 1. de Semeſtrib. n. 13. fol. 37. & adde quod ſi cauſa mutetur in aliam prouinciã non tenetur aduocatus in illa præſtare patrociniũ l. Sed hæc §. Non ſolũ vbi gloſ. & Bart.

Bart. n. 3. ff. de Procurat. & in l. Næuia §. Vxori ff. de annuis legat.

AD §. X.

Vide l. Nemini Cod. de aduocatis diuerſorum iudic. Angles in 4. Sentent. p. 2. titul. de Iniuſtitia aduocati difficult. 5. dub. 3. Morl. in emporio iuris p. 1. titul. 2. q. 7. & q. 9. num. vlt. Bernard. Græuæ. ad Practic. Cameræ Imper. lib. 1. concl. 45. P. Valeri. Reginald. in Praxi fori pœnit. lib. 10. num. 98.

AD §. XI.

Aduocatus cum cliẽte pactum, de quotta litis facere nõ poteſt.

Deſumitur ex l. Qui aduocatorum 5. Cod. de poſtulando cap. Infames §. Arcentur etiam à profeſsione 3. q. 7. Concordat apud Hiſpanos l. 14. tit. 6. part. 3. vbi gloſ. 7. Vide Bonacoſ. Cõmuni. crim. p. 1. verbo Pactum fol 125. & p. 2. verbo Aduocatus fol. 3. Nauar. conſ. 1. ſub tit. de Procur. Donell. Cõmentar. iuris Ciuilis lib. 18. cap. 3. col. 9. verſ. Præterea non debet aduocatus. Surd. conſ. 306. nu. 10. Caualc. deciſ. 41. num. 43. p. 1. Azeued. l. 8. tit. 16. lib. 2. nouæ Rocopil. Vincent. de Franch. deciſ. 265. Soar. de Paz. in Pract. tom. 1. in init. annot. 5. n. 63. Bobadil. in ſua Politica lib. 3. cap. 14. n. 68. ad finem. Morl. in Emporio iuris p. 1. titul. 3. in prælud. n. 60. cum ſeqq. Sayr. in Claui Regia lib. 12. cap. 23. nu. 30. cum ſeqq. Bernard. Græuæ. ad Pract. Cameræ Imper. lib. 1 concl. 44. à num. 22. Farin. conſ. 70. lib. 1. Fr. Paulin. Berti Lucenſ. in Praxi crimin. Regularium tit. 4. cap. 7. n. 33. Cabed. p. 1. deciſ. 19. num. 1. cum multis ſequentib. Alexandr. Trentaſinq. Vari. reſolut. lib. 2. tit. de Poſtulando reſolut. 1. pag. 64. cum ſeq.

AD §. XII.

In antiq. lib. 5. ti. 55.

Aduocatus vni ex partibus conſulere, & pro altera patrocinari nõ poteſt.

1 Nota aduocatum vni ex partibus conſulere, & pro altera patrocinari non poſſe Cabed. p. 1. deciſ. 214. n. 15. Vide Burg. de Paz ad l. 1. Tauri n. 64. Auend. de Exequendis mand. p. 1. cap. 2. nu. 24. Gutier. Pract. lib. 1. cap. 30. n. vlt. Et aduocatus actoris in prima inſtantia, non poteſt eſſe Rei in ſecunda, & vice verſa ex Bernard. Græuæ. ad Pract. Cameræ Imper. lib. 1. in procem. n. 41.

Aduocatus reuelãs ſecreta clientis, tenetur pœna fiſci.

2 Aduocatus reuelans, ſecreta clientis tenetur pœna falſi. Vide l. 1. vbi Gregor. tot. 7. part. 7. & l. 17. tit. 16. lib. 2. nouæ Recopil. Franc. Marc. deciſ. 20. Perez ad l. 1. tit. 19. lib. 2. Ordin. pag. 400. Paz in Pract. fol. 15. n. 46. Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap. 100. n. 16. Cald. Pereira in comment. ad l. Vni. Cod. Ex delictis defunct. p. 4. nu. 31. cum ſeqq. plures Doctores ex antiquioribus refert Cened. ad Decretũ collect. 28. n. 21.

AD §. XIII.

Aduocati nõ poſſunt informare Senatores in domo.

Nota aduocatos non poſſe informare Senatores in domo ſua, nec in illorum domus intrare, durante lite, in qua patrocinantur. Ita Cabed. p. 1. deciſ. 214. n. 13. Poſſunt tamen mittere Senatoribus allegationes in ſcriptis ex Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap. 39. n. 6. & cap. 55. n. 17.

AD §. XIIII.

Vide Bertachin. in Repertorio verbo Diuerſitas. Maſcard. de Probat. concl. 740. à n. 10. & à nu. 18. D. Barboſ. in l. Non poteſt videri n. 30. in fine ff. de Iudic.

AD §. XV.

Vide apud Hiſpanos leg. 14. tit. 16. lib. 2. nouæ Recop. Aduocatus debet inſtruere de iure, & non de facto Affliċt. lib. 1. rub. 81. nu. 8. Soar. de Paz in Praċt. tom. 1. annot. 5. n. 18. aduocatus qui conſulit parti vt neget male facit ex gloſ. 1. in cap. 1. verſ. Solent de Confeſſ. lib. 6. Rebuff. de Except. n. 149.

AD §. XX.

Vide apud Hiſpanos l. 19. verbo dezifiete titul. 5. part. 3. & l 2. titul. 6. part. 3. Gutier. de Iuram. confirm. p 3. cap. 11. Rebuff. in traċt. Exception. nu. 302. Obſtat maximè Ordinat. infra lib. 3. titul. 9 §. 5. ibi, *ſem ter deſaſete annos perfeitos*, & Cald. Pereira in l. Si curatorem verbo Hunc contraċtum nu. 36. cum ſeqq. tenet has Ordinat. ex recopilatorum negligentia inter ſe eſſe diuerſas, ſed facili negotio ad concordiam reduci poſſunt, nam hic §. qui requirit 25. annum procedit quando conſtituitur procurator ad omnes cauſas. alius verò, qui requirit 17. procedit quando conſtituitur ad particularem cauſam, & hoc videtur inſinuare P. Molin. de Iuſtit. traċt. 2. diſp. 228. verſ. Excipitur ſecundo in fine.

AD §. XXI.

In text ibi (*Corretor*) De proxenetis vide Cabed. deciſ. 91. p. 2.

AD §. XXII.

Procuratoris officium an ſit vile? Vide Doċtores infra citatos lib. 3. tit. 28 § 1. Et procuratoris officium eſt vile. Vide Cou. Praċt. cap. 19. n. 7. Caualcan. p. 1. deciſ. 41. num. 26. Viui. tom. 1. Communium Opinion. lib. 2. tit. 8. n. 18. Cald. Pereira in l. Si curatorem verbo læſis n. 101 Fatin. conſ. 94. nu. 5. & ibi addit. Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap. 786. n. 20. Cuti. Philip. p. 1. §. 2. n. 18.

AD §. XXV.

1 In text. ibi (*ou outro crime por que fique infame*) Vide Bernard. Græuæ, ad Praċt. Cameræ Imper. lib. 1. concl. 43. conſid. 3. D. Barboſ. in l. Cum prætor §. vlt. n. 126. ff. de Iudic. Cardoſ. in Praxi iudicum verbo Procurator n. 5. *Infamis non poteſt eſſe aduocatus.*

2 Vnde Iudæus non poteſt eſſe aduocatus, vt per Bart. in l. vlt. Cod. de Poſtulando Greg. l. 1 tit. 6. part. 3. Cou. in Clem. Si furioſus p. 2. §. 2. ad finem Menoch. de Arbitr. caſu 360. n. 69. Donell. comment. iuris ciuilis lib. 18. cap. 3. col. 7. verſ. Præterea. Cardoſ. in Praxi iudicum verbo Officialis num. 51. & verbo Procurator n. 110. *Nec Iudæus.*

3 Portans Crucem in pœnitentiam poſitam, quam ſambenito vocamus, non poteſt eſſe aduocatus iuxta reſoluta per Cald. Pereira quæſt. forenſ. conſ. 13. n. 7. *Nec ſambenitus.*

4 Excommunicatus ad iudicia procurator eſſe non poteſt, ſecùs ad negotia. Ita Pereg. de Iure fiſci lib. 3. tit. 11. n. 30. Cardoſ. d. verbo Procurator n. 110. *Nec excommunicatus.*

5 Nota quod ille qui non poteſt aduocare, poteſt conſulere, & dare in ſcriptis, vt per Barthol. Bolognin. in Auth. habita Cod. Ne filius pro patre nu. 314. Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap. 39. á num. 10 cum ſeqq. & cap. 55. num. 17. Cardoſ. d. verbo Procurator n. 101.

AD

AD §. XXVII.

1 In text. ibi (*tiuer recebido ſalario*) De præmio debito aduocatis pro labore quem patiuntur, vide latè Bernard. Græuæ. ad practicam Cameræ Imper. lib.1. concl.44.

2 Vnde ſi vna pars oſtenderit iura ſua aduocato, & viſis inſtrumẽtis ille aduocatus ſpẽ dederit patrociniũ ſe præſtatutum in illa cauſa, ſi poſtea pars renuerit iuſtũ illi præſtare ſalariũ, bene poterit eſſe ex altera parte ei præſtando patrociniũ. Vide Gregor. l.10 verbo Su ſalario tit.6. part.3. Pereg. de Iure fiſci lib.7. tit.2. nu.11. Gutier. Pract. lib.1. q.30. Auend. de Exequendis mand. p.1. cap.2. nu.25. verſ. Non tamen. Azeued. l.7. tit.16. lib.2. nouæ Recop pag.186. n.5.

3 Quid ſi à duabus partibus aduocatus aliquis accipit quolibet anno pro patr. ocinio in cauſis ſuis præſtãdo aliquod ſalarium, & iſtæ duæ partes in lite vna ſunt inuicem contrariæ, quam earum tenebitur in hoc caſu aduocatus adiuuare? Dic illum, qui prius ſalarium huic aduocato conſtituit, quaſi prior tempore potior ſit iure. Vide Roland. conſ. 44. n.24. vol.2. Alexand. conſ.118. nu.15. & 16. vol.5. Rebuff. ad l.52. ff. de verbor. ſignif. pag. 268. Azeued. ad l.18. n.2. tit.16. lib.2. nouæ Recop.

4 Aduocatus ſi immodicum ſalarium extorſerit tenetur ad reſtitutionem. Vide Auiles ad cap.1. Prætorum fol.57. Perez l.2. tit.19. lib.2. Ordin. pag.403. & ſeq. Sayr. in Claui Regia lib.12. cap.23. n.28. cum ſeq. Azeued. l.21. n.3. titul.16. lib.2. nouæ Recop. Soar. de Paz in Pract. tom.1. annot.5. n.50. Flores de Mena Vari. lib.1. q.7. §.1. nu.49. Cald. Pereira in comment. ad l. Vni. Cod. Ex delictis defunct. p.4. n.27. cum ſeqq. plures Doctores ex antiquioribus refert Cened. ad Decretum collect. 28. num.15.

Aduocatus immodicum ſalarium extorquens tenetur ad reſtitutionem.

5 Aduocatus habet tacitam hypothecam pro ſalario in bonis ſui clientuli, & præfertur alijs creditoribus vt per Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap.257. num.17. cum ſeqq. Flores lib.1. Vari. q.8. §.1. nu.70. Rebuff. de Priuileg. Scholaſt. priuil.118. optimè Amat. Roderi. de Priuileg. credit. p.1. art.3. n.18.

Habet tacitam hypothecam pro ſalario.

6 Aduocatus non tenetur gratis conſulere, quando id facit ſine labore, & librorum reuolutione ex reſolutis per Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap.39. à n.15. Cened. d. collect.28. n.20.

7 Aduocatus pro modico aduocans contemptibilis habetur vt per Viui. Neapol. deciſ.123. n.1. Monter. à Cueua Aragoniæ deciſ.14. nu.62. Bernard. Græuæ. d. lib.1. concl.44. conſid.1.

Pro modico aduocans contẽptibilis habetur.

8 Aduocatus domum exiens, debet habere ſumptus à ſuo clientulo vt per Camill. Borell. conſ.21. nu.17. p.1. Et aduocato vbi extra habitationis locum, vel ciuitatem proficiſci, in cauſa clientis neceſſe eſſet, vltra ſalarium ſibi debent præſtari expenſæ alimentorum, & vecturæ, vt per Surd. de Alim. tit.1. q.68. n.1. & tit.4. q.8. n.6. adeò vt huiuſmodi expenſæ ante quam de domo pedem moueat ſibi ſoluendæ ſint, ex eod. Surd. d. tit.4. q.17. num.32. refert Bernard. Græuæ. d. concl.44. á n.20.

Et domũ exiens debet habere ſumptus.

9 Aduocatus proprijs in cauſis patrocinium ſibimet præſtare non poteſt, vt per Valaſc. conſ.25. num. vlt. quem refert, & ſequitur Bernard. Græuæ. d. lib.1. concl.151. conſid.1. n.14. Cardoſ. in Praxi iudicum verbo Procurator num. 106. Alexand.

Aduocatus in cauſis proprijs patrocinium ſibi præſtare non poteſt.

Trentaſinq. Variar. lib. 2. tit. de Poſtulando reſolut. 3. Si vero propriam conduceret cauſam, & in ea obtineret vtique non poſſet pro ſalario aliquid petere ratione aduocationis, niſi petat tanquã damni, & intereſſe. Ita Viui. tom. 1. Commun. Opin. lib. 2. tit. 6. num. 21. verſ. Sed aduerte pag. 311. D. Barboſ. in l. Eum qui temere in princip. nu. 261. ff. de Iudic. vbi n. 262. aſſerit debere aduocatum aſſumere alium aduocatum in propria cauſa. Idem tradit Valaſc. conſult. 25. nu. 25. & Bern. Græuæ. dicto n. 14.

AD §. XXVIII.

1 Deſumitur ex l. Nulla 23. Cod. de Procurat. Concordat apud Hiſpan l. 23 tit. 5. part. 3. vbi gloſ. 2. Vide Donell. Commentar. iuris Ciuilis lib. 18. cap. 12. col. 7. Rebuff. in tract. Nominat. q 14. n. 105. Cardin. Mantic. de Tacitis, & ambig. conuent. lib. 7. tit. 21. n. 5 & n. 9. cum ſeqq.

2 In text. ibi (*ou ſendo ja feitos, &c.*) Deſumitur ex cap. 1. § Licet de Procurator. lib. 6. Idem in ſubſtituto ſubſtituti iuxta Rot. 28 de Procuratorib. in antiq. aliás 546 Procurator enim ad lites ante litis conteſtationem nequit alium ſubſtituere niſi mandatum habeat cum ſpeciali clauſula ſubſtituendi Marant. de Ordine iudic. p. 4. diſt. 16 num. 21. & 28. Vanti. de Nullit. titul. ex defectu mand. nu. 109. Soar. de Paz in Pract. tom. 1. in initio annot. 4. nu. 5. & 6. tenet quod ſi dominus prius fuerit litem conteſtatus, & deinde procuratorem conſtituat, tunc procurator non poteſt alium ſubſtituere, niſi ſpecialiter hoc in mandato contineatur. Et quamuis in mandato dicatur quòd eius Procuratorem, ſeu ſubſtitutum teleuat, non tamen per hoc dicitur datam eſſe ſubſtituendi poteſtatem, vide Menoch. conſ. 175. n. 12. Surd. deciſ. 195. n. 9.

3 Nota quod aduocatus inuitus cogitur patrocinium ſuſcipere etiã pro pauperibus, & miſerabilibus perſonis. Vide Soar. in Theſauro commun. Opin. lit. A. nu. 93. Lancelot. Polyt. de Officio aduocat. cap. 3. Bernard. Græuæ. ad Practic. Cameræ Imper. lib 1. concl. 43. conſid. 1. n. 4. & 5. Secùs in procuratore, qui non tenetur inuitus ſuſcipere mandatum Ludou. Schard. de Feudis p. 10. ſect. 18. n. 115. Bernard. Græuæ. d. conſid. 1. num. 17. Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſium cap. 56. n. 22. & 23. & 32.

4 Aduocatus inimicus contra ſuũ inimicum non patrocinatur, vt teſtantur Valaſc. conſ. 124. vbi dicit iudicatum, & Cabed. p. 1. deciſ. 214. n. 10. Cardoſo in Praxi verbo Procurator nu. 108. Quod tamen non procedet quando inimicitia fuit orta poſt aduocationem, & cauſa repellendi aduocatum, inimicitia enim affectata ad finem repellendi non poteſt obſtare ex Bart. in l. 2. §. Sed ſi agant ff. de Iudic. & in l. 1. §. Cum quis ff. de quæſt. vbi Hippol. n. 5. & 17. Maſcard. de Probat. concl. 857. n. 54. & concl. 1046. n. 16. cum citatis à Cald. Pereira de Renouat. q. 7. nu. 16. & in ſimili circa teſtes idem diſpoſitum eſt in Ordin. lib 3. tit. 58. §. 8. Et inimicitia aduocatione contracta non eſt conſideratione digna, vt aſſerit Menoch. de Arbitr. caſu 131. n. 5. & 6. Et ita iudicatum fuit Portucalenſi Senatu, anno Domini 1617. die verò vltima Februarij in cauſa mea, cum Gundiſaluo de Freitas Vimaranenſi, iud. D. D. Mendo Foyos, & Balthesare Fialho, ſcriba Damiano Cardoſo. *Senatus Portucal. iudicauit.*

Aduo-

5 Aduocatus, ſeu procurator accuſatoris in cauſa criminali dicitur accuſati inimicus, ſed non capitalis, ſecùs in lite ciuili. Vide Tiber. Decian. tract. crimin. p. 1. lib. 3. cap. 25. n. 18. & 59. Farin, in Praxi crimin. p. 1. q. 49. à n. 73. & iudex poteſt punire illum, qui minis, & terroribus inducit aduocatos, & procuratores à deſiſtendo ex Farinacio in Praxi delictorum. 5. p. q. 114. n. 61.

Ad tit. 50. Ordinat. Regiæ.

In antiq. tit. 15. p. 1. Extraua.

Dos Prouedores das capellas, & dos reſiduos, &c.

VErbum *reſiduos* ottum habuiſſe videtur à titulo de Reſiduis ſub lege Iulia peculatus, ſicut enim ibi tenetur quis reſiduum dare, ita hic reddere rationem de reſiduo, quod ſupereſt. Et de Prouiſore Reſiduorum latè nouiſsime agit Mendez à Caſtro in Praxi Luſitaniæ lib. 1. cap. 2. §. 3. vbi tenet Senatũ cenſuiſſe anno Domini 1610. huiuſmodi Prouiſorẽ decidere poſſe dubium quod incidit ſuper fideicommiſſo, vel legato relicto, & quod nullus priuilegiatus, quamuis clericus, poterit huius iudicis forum effugere.

Senatus Supplic. iudicauit.

At tit. 51. Ordin. Regiæ.

In antiq. tit. 13. p. 1. Extraua.

Do Iuyz da India, Mina, & Guinè.

DE Iudice Indiæ, & Minæ nouiſsimè agit Mendez á Caſtro in Praxi Luſitaniæ lib. 1. cap. 2. §. 4. vbi n. 14. refert Senatum cenſuiſſe ſententiam huius iudicis non poſſe in alio foro executioni mandari, & illum non eſſe competentem ſuper rebus alterius Indiæ Occidentalis.

Senatus Supplicat. iudicauit.

Ad Princip. Ordinat. Regiæ.

In text. ibi (*dos quaes caſos, nenhum outro julgador tomarà conhecimento*) Vide D. Barboſ. in l. 1. ff. de Iudic. tract 4. n. 51. vbi reſoluit quod vbi ex verbis conceſsionis colligitur iuriſdictionem datam fuiſſe priuatiuè nõ poterunt alij iudices cognoſcere de illis cauſis, etiam ex prorogatione partium. Et quod nullus priuilegiatus veluti ſcholaris, aut ſenator ſuper actione rerum Indiæ poterat iudicium illud declinare, decreuit Senatus teſte Mendez à Caſtro d. §. 4. num. 14. Acta proceſſus ſuper morte commiſſa in India tenetur remittere ad Præſides Curiæ vt deciſum fuiſſe teſtatur Cabed. p. 2. Areſto 22.

Senatus Supplic. iudicauit.

AD §. III.

1 Vide Cabed. p. 1. Areſto 79. *onde diz que foy duuida, ſe o Iuyz da India podia conhecer dos ſeguros que ſe fazião para a India: julgouſe, que lhe não pertencia tal conhecimento*, & refert Emman. Mendez à Caſtro d. §. 4. n. 13.

Senatus Supplic. iudicauit.

2 *O Iuyz da India, & Mina não pode paſſar carta para fora do ſeu limite* Et iudicatum refert Melchior Phœbus tom. 1. Areſto 5. *Nem cartas, & mandados para ſerem citados Sacerdotes* ex eodem Melch. Phœbo Areſto 14. Nec poteſt expedire litteras citatorias vt compareat aliquis in Curia ex prouicia Braſilenſi vt per Cabed. p. 1. ſtylo vlt.

Senatus Supplic. iudicauit.

3 In text. ibi (*poſto que as partes ſe deſaforem*) Vide D. Barboſ. in l. 1. ff. de Iudic. art. 1. n. 107. ad finem. Vbi quod quando lex, vel ſtatutum concedit alicui iuriſdictionem ad cognoſcendum de certis cauſis, itaut alij de

cognitione illarum cauſarum non poſſent cognoſcere, alij iudices non poterunt de illis cognoſcere etiam virtute prorogationis inductæ de conſenſu partium.

In antiq. tit. 39.

Ad tit. 58. Ordin. Regiæ.

De Præſide prouinciæ.

Dos Corregedores das Comarcas.

TOta prouincia eſt territorium Præſidis. Vide D. Barboſ. in l. 2. §. Legatis n. 140 ff. de Iudic. Et ſi infirmetur habebit ſalarium toto tempore, quo infirmitate fuerit detentus ex Flores de Mena Vari. lib. 1. q. 7. n. 28. & 30.

Ad Princip. Ordinat. Regiæ.

In text. ibi *(tanto que for em ſua correição)* Oſtenſis prius litteris ſuæ commiſsionis ex Auil. ad cap. 1. Prætor. verbo Cartas fol. 25.

AD §. II.

Vide Valaſc. de Iure emphyt. q. 8. n. 32. Azeued. l. 1. n. 2. cum ſeqq. tit. 1. lib. 4. nouæ Recopil.

AD §. XII.

Quid ſi vniuerſitas faciat litem aliquibus contradicentibus, & ſuccumbat, an contradicentes ſoluere debeant in ſumptibus? Vide Mieres de Maioratu p. 4. diſt. 26. n. 5.

AD §. XIII.

Deſumitur ex l. Si in aliquam ff. de Officio proconſ. Vide Boer. deciſ. 44. Petr. Gregor. Syntagm. lib. 3. cap 21. n. 3.

AD §. XIIII.

Vide Clar. §. vlt. q. 96. n. 3. Gutier. Practic. lib. 1. q. 36. n. 12. vbi agit cuius expenſis faciendus ſit carcer.

AD §. XXII.

1 In text. ibi *(nos caſos em que direitamente pertence a nós)* Vide Auend. de Exequendis mand. p. 1. cap. 19. n. 2.

2 In text. ibi *(poderoſas)* Potentior dicitur, qui aduerſarium terrere poteſt, & arbitrio iudicis relinquitur, ex Menoch. lib. 3. de Præſumpt. q. 129. n. 37.

AD §. XXIII.

1 In text. ibi *(& poderà auocar a ſy os feitos, &c.)* An & quando, & quis poſſit auocare ad ſe cauſas pendentes coram iudicibus inferioribus. Vide Cou. Practic. cap. 9. Berrachin. in tract. de poteſtate Epiſcopi lib. 5. p. 5. n 41. Auend. de Exequendis mand. p. 1. cap. 19. nu. 2. Bernard. Græuæ. ad Pract. Cameræ Imper. lib. 1. concl. 41. per totam.

2 In text. ibi *(não pagarà dizima)* Similis eſt alia Ordin. ſupra hoc lib. tit. 20. §. vlt. Vide Cabed. p 1. deciſ. 17. n 12. vbi à ſententijs Præſidum, qui cognoſcunt loco iudicum non debetur decima.

AD §. XXV.

1 In text. ibi *(porem ſendo o aggrauo ſobre incompetencia &c.)* Vide Roland. conſ. 33. nu. 6. lib. 4. Menoch. remed. 4. Adipiſc. n 807. cum ſeqq. Cabed. p. 1. deciſ. 48. n. 2. vbi in pronunciatione ſuper incompetentia nulla eſt iudicum iuriſdictio.

2 In text. ibi *(ſobre nullidade notoria)* Vide

Vide Farin. conſ. 85. n. 146. Et de eui. denri iniuſtiria Ruin. conſ. 82. nu. 1. lib. 5. Azeued. conſ. 19. n. 22. Cardoſ. in Praxi iudicum verbo Sentenria continens manifeſtam. D. Barboſ. in l. Ad perẽptorium n. 30. ff. de Iudic.

3 In text. ibi (*com tanto que as partes declarem que aggrauão para elle*) Poterint ramen variare inrra decendium ex text. in l. Si quis libellos vbi Bart. Cod. de Appellat. iun̄ctis rraditis per Marant. de Ordine iudic. p. 6. actu 2. n. 146. pag. 438. Soar. recept. ſenren. lir. A. n. 202. Gurier. Pract. lib. 1. q. 108. nu. 2. Bernard. Græuæ. ad Pract. Cameræ Imper. lib. 1. concl. 119. conſid. 1. n. 17. & 18. Facit Ordin. infra lib. 3. tit. 74. §. 1.

AD §. XXVII.

In text. ibi (*mas poderà conhecer, & determinar, &c.*) Vide Cabed. p. 1. deciſ. 46.

In rext. ibi (*não conhecerà de taes inſtrumentos*) Vide Cab. p. 1. Areſto 44.

A·D §. XXXI.

Vide Bobadil. in ſua Politica lib. 2. cap. 21. num. 49.

AD §. XXXIIII.

1 In text. ibi (*ſobre os juyzes*) Nota *que não podem deuaſſar dos officiaes da Alfandega, nem intrometeremſe em couſas della, & da fazenda de ſua Mageſtade. aſsi eſtà julgado per ſentença da Rolação do Porto no anno de 1593. em hũa cauſa dos officiaes da Alfandega da dita Cidade, forão juyzes os Doctores Gaſpar da Coſta, Simão Monteiro de Leiria, & Ioão Gil Daureu, Eſcriuão Ambroſio de Mattos.* *Senatus Portucal. iudicauit.*

2 In text. ibi (*Meirinhos*) Nota quod correctores prouinciarum non poſſunt inquirere de officialibus prælatorum ſi delinquant in officio. Ita iudicatum refert Cabed. p. 1. deciſ. 202. â princip. vbi n. 3. id limitat ſi ex parte prælatorum detur negligentia in puniendis ſimilibus delictis, tunc enim poteſt Rex per modum defenſionis ſuorum ſubditorũ prælatos admonere vt talia delicta puniant, quod ſi non fecerint, & negligentes exriterint poterit Rex tales officiales punire. *Correctores prouinciarũ non poſſunt inquirere de officialibus prælatorum.*

3 In text. ibi (*& quaeſquer outros officiaes da juſtiça*) Non inquirent ſuper exactoribus maioribus ad redimendos captiuos conſtitutis, vulgo Mãpoſteiros mòres, quia verba hæc Ordin. de ſimilibus expreſsis intelligunrur.

AD §. XXXV.

In text. ibi (*dos que comprão paõ para vender, ou o atraueſsão*) Nota quod contra exportantes frumentum, & alias res vetitas, quamuis apprehenſi, & capti non fuerint poſſunt reſtes recipi vt per Mexi. in tract. taſſæ panis concl. 1. n. 36. Azeued. l. 1. à n. 17. tit. 18. lib. 6. nouæ Recop. & hanc legem clericos, & eccleſiaſticas perſonas ligare tenent Azeued. d. l. 1. à n. 19. Mexi. gloſ. 5. â n. 17. Salzed. ad Bernard. cap. 55. addit. 1. verſ. 3.

In text. ibi (*ou para deſpeſas de ſuas caſas*) Vide Mexi. d. concl. 1. n. 30.

AD §. XXXVIII.

Vide D. Barboſ. in l. Hæres abſens §. Proinde ff. de Iudic. in arr. de foro delicti n. 80. vbi quod ſi præſidi prouinciæ, conſtiterit aliquem deliquiſſe intra prouinciam abſque alia requiſitione debet delinquentem capere, & remittere ad iudicem loci delicti cõmiſsi intra prouinciã.

AD

AD §. XXXX.

In Portucalenſi Senatu conſtitutum eſt hunc. §. procedere etiamſi querela coram Præſide curiali intimata ſit, dummodo non ſit de caſibus hic exceptis, & de caſibus in ciuitate Portucalenſi contingentibus ſolus Præſes curialis concedit litteras ſecuritatis.

AD §. XXXXIII.

1 Deſumitur ex l. Intra, & l. Nemo Cod. de Operib. publ. gloſ. in l. Quoniam Cod. de Dignitat. lib. 12. Vide Auend. de Exequendis mand. p. 2. cap. 3. num. 1. Azeued. l. 1. tit. 1. lib. 7. nouæ Recop. optimè Bobadil. in ſua Politica lib. 3. cap. 5. n. 15. cum ſeqq.
2 Nota quod ædificijs factis Reipubl. expenſis non poſſunt arma depingi, vt per Auend. de Exequend. mand. cap. 13. nu. 4. Bobadil. d. cap. 5. num 56.
3 In text. ibi (*atè quantia de quatro mil reys*) Vide Ordin. infra hoc lib. titul. 66. §. 41.

AD §. LIII.

Nota quod in menſibus Iunij, Iulij, & Auguſti non debet fieri correctio propter agricolarum laborem, vt per Azeued. ad l. 6. titul. 6. lib. 3. nouæ Recop. pag. 240.

antiq. t. 42. Ad tit. 60 Ordin. Regiæ.

Como os Corregedores das Comarcas, Ouuidores dos Meſtrados, & de ſenhores de terras darão reſidẽcia.

1 Vide Clar. lib. 5. §. fin. q. 50. n. 5. Fr. Emman. quæſt. Regular. tom. 3. q. 77. art. 2. Bobadil. in ſua Politica lib. 5. cap. 1. per totum.
2 Nota quod officialis pro minimo non eſt ſyndicandus, de quo vide Hippol. conſ. 103. n. 15. Tiraq. de Iudicio in rebus exig. pag. 52. verſ. 3. Fr. Emman. d. q. 77. art. 1. Bobadil. d. cap. 1. n. 134.
3 Et officiali finito officio tempore ſyndicatus idem honor debitus eſt, qui antea præſtabatur in memoriã priſtinæ dignitatis. Vide Steph. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap. 184. n. vlt. Et an iniuria facta officiali exiſtenti in ſyndicatu puniatur acſi eſſet in officio? Vide Farinac. in Praxi crimin. p. 1. q. 17. num. 38. Et aduerte quod inferior à Principe non poteſt vti poteſtate ſyndicandi, reſoluit Cabed. deciſ. 68. p. 2.

Ad Princip. Ordinat. Regiæ.

Vide Bobadil. in ſua Politica lib. 5. cap. 1. num. 46.

AD §. I.

1 In text. ibi (*irà ao lugar cabeça da correição*) Nota quod ſi ſyndicator ſtatuat certum tempus partibus, eo elapſo, partes non audiuntur, ſi in termino non venerint. Vide Clar. §. fin. q. 51. nu. 6. Soar. de Paz in Pract. tom. 1. temp. 8. n. 1. Azeued. ad l. 13. à n. 13. tit. 7. lib. 3. Recop.
2 In text. ibi (*hum mez no tal lugar*) Vide Dom. Chriſtoph. de Paz in Scholijs ad leges ſtyli l. 135. in fine n. 2.

AD §. III.

1 Deſumitur ex l. Vni. Cod. Vt omnes iudices tam ciuiles, & ex Auth. Vt iudices ſine quoquo ſuffragio §. Oportet, & § Neceſsitatem vbi gloſ. verbo

verbo Oſtenditur. Vide Puteum de Synd. verbo Fuga officialis Duenh. reg. 389. limit. 1. Amadæ. de Syndic. n. 163. ad finem, & nu. 187. verſ. Verum. Dulcet. eod tract. nu. 28. Clar. lib. 5. §. fin. q. 21. n. 29. Perez. l. 6. titul. 16. gloſ. de fiadores lib. 2. Ordin. Azeued. l. 23. n. 9. tit. 7. & l. 6. n. 8. tit. 9. lib. 3. nouæ Recopil. Maſcard. de Probat. concl. 821. Soar. de Paz in Pract. p. 8. cap. Vni. n. 13. plures Doctores refert Bobadil. in ſua Politica lib. 5. cap. 1. à n. 117.

2 Nota quod ſyndicatus fugiens ad Eccleſiam non gaudet eius immunitate vide Soar. de Paz d. cap. Vni. n. 13. Bobadil. in ſua Politica lib. 2. cap. 14. n. 77.

3 Aduerte etiam quod ſi poſt fugã iudex, vel officialis ſyndicatus fugiens redeat, nulla probatio ex fuga inducitur, etiamſi inuitus, & non ſponte reducatur ſecundùm Auil. ad cap. 1. Prætor. verbo Dadiuas nu. 23. Azeued. d. l. 23. n. 9.

AD §. V.

Vide Bobadil. in ſua Politica lib. 5. cap. 1. n. 260. §. 3.

AD §. IX.

Vide Bobadil. in ſua Politica lib. 2. cap. 11. n. 50. & lib. 5. cap. 1. n. 260. §. 8.

AD §. XX.

Vide Bobadil. in ſua Politica lib. 5. cap. 1. n. 142. cum multis ſeqq.

AD §. XXI.

Vide Bobad. in ſua Politica lib. 5. cap. 1. n. 260. de los alguaziles.

In text. ibi (*os eſcriuães*) Nota *que os tabelliões das notas não entrã em reſidencia* prout iudicatum referunt Cabed. p. 1. Areſto 103. & Melchior Phœbus tom. 1. Areſto 170. in fine.

Dubitatum fuit *ſe tomandoſe reſidencia ao eſcriuão que ſeruio de ſeruentia hum anno, & mays: ſe eſte tal no tempo da reſidencia ſerà obrigado irſe fora da terra onde ſeruio, aſsi como ſe mandão ſayr os proprietarios. Iulgouſe que não erão obrigados a ſe ſayrem* in Senatu Supplicationis hoc anno 1618. teſte Melch. Phœbo Areſto 170. & Areſto 168. dicit iudicatum anno Domini 1617. *que os juyzes ſyndicantes não podião tirar reſidencia dos eſcriuães das ſizas, por não ſerem officiaes da juſtiça, ſenão da fazenda.* Senatus Supplic. iudicauit. Senatus Supplic. iudicauit.

Ad tit. 61. Ordin. Regiæ.

In antiq. tit. 43.

Dos Chançareys das comarcas.

AD §. III.

1 IN text. ibi (*ou o rendeiro da chancellaria*) Dummodo de hoc determinetur in anno ſui arrendamenti, ſi verò finito illo terminetur quæſtio ſecundo arrẽdarori pertinere debet. Vide Guid. deciſ. 535. Caſſan. in conſuetud. Burgun. rub. 1. §. 1. n. 89. fol. 20. & melius rub. 1. §. 7. verbo L'amende n. 7. fol. 75. & rub. 2. §. 1. verbo Et appartient nu. 3. fol. 94. Tiraq. de Retract. conuent. §. 5. gloſ. 4. à nu. 18. Boer. deciſ. 5. á nu 16. Parlad. lib. 2. rerum quotid. cap. fin. p 6. §. Vni. n. 34. cum ſeqq. Gutier. de Tutelis 3. p. cap. 24. n. 14. cum ſeqq.

Nota tamen quod ſi ſentẽtia lata ſit in vno anno, & facta res iudicata in alio videtur quod arrendator primi anni debeat habere gabellam. Vide tamen Bart. in l. Suſceptores n. 1. Cod. de Suſceptor. lib. 10. Tiraq. de Re-

d. Retract.tit.2.§.5.gloſ.4.n.23.Bonacoſ.Commun. crimin. p.1. verbo condemnationis vtilitas fol.32.verſo.Menoch.de Præſump.lib.6.q.17. n.8.Gutierres de Turellis p.3.ca.24. n.14.cum ſeqq.Cald.Pereira de Reſolut.emphyt.cap.16.n.88. D.Barb. in l.Diuortio §.Si vir n.43. ff.Soluto matr.vbi n.51.& 52.quid ſi pendente appellatione ſucceſſerit alius arrendator.

2 In text.ibi(*& aſſi as peſſoas particulares,&c.*)Vide Cabed.p.2.Areſto 12. in princ.vbi iudicatum refert in perſonis particularibus.

AD §. V.

In text.ibi(*julgadas*)Per ſententiam ſcilicet,quæ tranſeat in rem iudicatam Azeued.l.11.tit.6.lib.3.nouæ Recop.& l.14.tit.22.lib.4.Rurſus ſi dãnum dantes ſoluant non ſpectata ſententia, & recipit cuſtos non eſt increpandus. Auend.de Exequend. mand.p.1.cap.1.n.14.

AD §. XI.

In text.ibi(*apell à,ou aggrauarà*)Vide Cabed.p.1.Areſto 8.vbi *que as cuſtas que ſe contão ao prezo hão de ſer contra quem o fez prender ſómente.*

In antiq. lib.2.ti.35

Ad tit.62. Ordinat. Regiæ.

De Prouiſore prouinciali.

Dos Prouedores, & Contadores das comarcas.

Ad Princip.Ordinat.Regiæ.

Executoris officiũ volũtariũ.

1 EXecutoris officium à principio eſt voluntarium vide Menoch.conſ.58.num.18.Capr. tom.2.Commun.Opinion.lib.6.tit. 21.n.8.pag.139.Perez tit.2.lib.5.Ordin. pag. 142. Spin.in Speculo teſt. gloſ.28.princ.n.18.Mart.Carrillo en la Explicacion de la bulla de los defunctos p.2.cap.14.n.10.& 11.

2 Executor teſtamenti etiam præſens,& tacens non videtur acceptare officium,dummodo non ſit coniunctus.Vide Mart.Carrillo d.nu.11. Steph.Grat.Diſcept.Forenſ.c.68.n. 17. cum ſeq.Cald.Pereira de Empt. cap.17.n.16.&18.

3 Executor quod ſalarium habere debeat.Vide Auend.de Exequendis mand.p.1.cap.2.num.8. Vincent.de Frãch.deciſ.122.n.6.Spin.d.gloſ.28. á n.77.D.Martin.Carrillo d.cap.14. n.36.Horrendã viſionem cuiuſdam non adimplẽtis voluntatẽ defuncti referunt Guill.Bened.in cap.Rainũtius verbo Si abſq; liberis in 2.n.208. Rebuff.tom.1.ad leges Galliæ tit.de Sen.prouiſ.in præf.n.86.p.mihi.144. *Executor habet ſalarium.*

Executores non poſſunt commutare voluntatem defuncti,illa non refragante,etiam in cauſam magis piã, poterunt tamen commutare cum conſenſu, & auctoritate Epiſcopi ſi adſit iuſta, & rationabilis cauſa, reſoluunt Cou.in cap.Tua 7.verſ.Nec tamen inficior de Teſtam. Spin. d. gloſ.28.n.26.& gloſ.1.Rub.n.24.optimè Martin.Carrillo d.cap.14.n.32.

5 In text.ibi (*ſerão obrigados a dar conta,&c.*)Vide Schou.de Ratiocin. cap.3.n.18.Gutier.de Tutel.p.3.cap. 1. n.15. Pichard. in §.Igitur n.25.Inſtit.quæ ex quaſi contractu.

6 In text.ibi(*poſto que os teſtadores digão,&c.*) Vide Cou.in ca.Tua n.6.de Teſtam.Galeaul.in reper. l. Centurio n.347.ff.de Vulgari Sarm. lib.1. Select.cap.11 à. n.13. Rip. in l.Nemo poteſt n.127.ff.de Legatis 1.Spin. in Specul.teſt.gloſ.28. princ.n.20. D. Mart.de Iuriſd.p.4. caſu 88. á n.14. & caſu

& caſu 113 nu. 31. Valaſc. 105. nu. 57. Mart. Carrill. en la Explicacion de la bulla de los defunctos p. 2. cap. 14. n. 23.

AD §. I.

Vide Panormit. in cap. Tua col. 2. de Teſtam. vbi Cou. nu. 6. Rip. in l. Nemo poteſt col. fin. ff. de legat. 1. Galdenſ. de arte teſtandi tit. de Executor. caut. 6.

AD §. II.

Annus nō curris executoribus ignorantibus.

In text. ibi (*dentro de hum anno*) An hoc tempus currat executoribus ignorantibus, vel á die ſcientiæ, vel mortis teſtatoris? Vide Craſſ. lib. 2. in art. de execut. vltimæ volunr. q. 5. n. 5. Cald. Pereira de Renouat. q. 5. n. 27. Ceuall. Communium contra commun. q. 374. Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap. 73. n. 11. cum ſeqq. vbi reſoluit hunc annum currere â die monitionis factæ per iudicē, & non ligare ignorantes, & imperitos, etiamſi detur fauor conſcientiæ defuncti, de quo etiā Surd. de Alim. tit. 8. priuil. 33. n. 7. vbi limitat in legatis pijs, & fauore alimentorū Tiraq. de Priuilegijs piæ cauſæ priuil. 97. quia non debet impedimētum retardare pias cauſas l. Si quando Cod. de Teſtam. Bald. in l. vlt. §. Sed & ſi quis col. 4. verſ. Pone quod infra annū Cod. Cōmun. de leg. D. Mart. Catrillo en la Explicacion de la bulla de los defunctos p. 2. ca. 14. n. 13. cum ſeqq. P. Molin. de Iuſtit. tract 2. diſp. 251. n. 5. vbi reſoluit in hoc Regño eo ipſo quod executores intra annū, & menſem à morte teſtatoris voluntatem illius non impleuerint, amittunt munus executoris, & priuantur legato, ac cōmodo, aut præmio ipſis â teſtatore relicto, quas pœnas aduerſus illos executioni mandari non poſſunt ſi integre antequam citentur eam adimpleuerint.

AD §. IIII.

Defunctorum volūtates exequi eſt mixti fori.

Ad eccleſiaſticos, & ſeculares magiſtratus ſpectat compellere vt defunctorum voluntates executioni mandētur, & datur locus præuentioni. Vide l. Hæreditas ff. de petit. hæred. Auth. de Eccleſiaſticis titul. §. Si quis ædificationem Greg. l. 7. tit. 10. part. 6. Sarm. lib. 1. Select. cap. 11. n. 15. Gonzal. ad reg. 8. Canc. §. 3. proæm. n. 12. Valaſ. conſ. 105. n. 61. elegāter P. Mol. de Iuſt. trac. 2. diſp. 150. per torā.

In text. ibi (*tal citação foſſe nenhuã*) Per citationem nullam non manet iuriſdictio præuenta vt per Maſcar. de probat. concl. 1226. n. 17. vbi etiā in fine quod nec per citationē fraudulentam de quo Azeued. l. 10. n. 46. tit. 13. lib. 8. nouæ Recop. vbi etiam n. 43. reſoluit quod fieri non poteſt præuentio ante tempus.

AD §. V.

In text. ibi (*poderão ter hum ſò porteiro leigo*) Videl. 11. tit. 2. p. 2. Extrau. Cab. p. 1. deciſ. 157. vbi quod citatio ad executionem teſtamentorum debet fieri per nūtium laicū, quem etiā Eccleſiaſticus iudex ad huiuſmodi citationes habere debet vnū tanrum, & non plures.

AD §. VII.

Vide Gutier. de Tutel. p. 2. c. 15. n. 22. Cald. Pereira de Empt. c. 17. n. 8. cum ſeqq. ad hoc quod teſtamētarij executores etſi facultatem vendendi rem alij habeant, ipſi tamen emere ſibi directè, vel per interpoſitam perſonam non poſſunt, & n. 12. quod vbi plures executores ſunt, poteſt vnus alij vendere, & n. 14. quod vbi

certas quantitas diſtribui, aut pauperibus erogari mandatur, ill aquantitate expenſa rem vendendam, poteſt executor retinere, & n.19. quod ſi alius emptor non reperiatur tunc emptio executori iure permittitur.

AD §. VIII.

In text. ibi (*& os Proucdores terão eſpecial cuidado de fazer cumprir as vontades dos defunctos*) Nota quod defunctorum voluntates inuiolabiliter obſeruari publicè intereſt, de quo Vigli. in Princip. Inſtit. quibus non eſt permiſſum facere teſtam. Mench. de Succeſſ. creat. §. 2. n. 5. & §. 3. nu. 8. Pichard in § Sed cum paulatim nu. 4. Inſtit. de Teſtam. Pradil. in Summa legum pœnal. p. 2. caſu 25. Voluntas enim teſtatoris totum facit, & omnino eſt obſeruanda vt per Petr. Magdalen. de numero teſtium in tetamento requiſito p. 1. cap. 8. á nu. 6. Cardin. Mantic. de coniecturis vltim. vol. lib. 3. tit. 3. Anton. de Petra de Fideicōmiſſ. q. 9. Pereg. eod. tract. art. 11. à n. 1. optimè D: Martin. Carrillo en la Explicacion de la bulla de los defunctos p. 2. cap. 14. Et loco præcepti eſt Surd. deciſ. 232. n. 5. Phœbos deciſ. 100. n. 7. & 8. Vnde executores negligentes in voluntate defuncti executioni mandanda peccāt mortaliter ſecundū qualitatem neglıgētiæ prout reſoluūt Nau. in Man. ca. 25. á n. 65. Fr. Emman. in Sum. p. 1. cap. 33. n. 8 optimè Mart. Carrillo en la Explicacion de la bulla de los defunctos p. 2. cap. 15. n. 8. & cap. 16. per totum.

AD §. XIII.

1 In text. ibi (*aſſi como dizer certos trintarios*) Aduerte quod expenſæ factæ præſente corpore antequam ſepulturæ mandetur ex communi aceruo ſunt deducendæ vt per Greg. L. 2. verbo Deſpezas titul. 11. part. 6. Gam. deciſ. 310. incip. In cauſa diuiſionis nu. 1. Valaſc. de Partit. cap. 19. n. 48. Huius autem impenſæ, & funerariæ actionis priuilegij materiā tractant. Surd. deciſ. 255. Steph. Grat. Diſcept Forenſ. cap. 94. Matienſ. & Azeued. l. 13. tit. 6. lib. 5. Recop. Garc. de Expenſis cap. 8. Ayor. de Partit. p. 2. q. 20. Meyrer. de Pignorib. lib. 2. de priuil. credit. tit. 2. Floreſ. lib. 1. Vari. q. 9. art. 3. n. 8. Rodetic. de Priuileg. credit. p. 1. art. 3.

2 In ſupremo Senatu iudicatum fuit quod Miſſarum ſuffragia non poſſunt celebrari vltra locum à defuncto deſtinatum, hoc anno 1618. teſte Melchiore Phœbo deciſ. 100. à n. 1. & nu. 11.; dicit in eodem Senatu deciſum quod quando teſtator non deſignauit locum certum vbi Miſſarum ſuffragia celebrentur, quod celebranda ſunt in loco vbi iuſsit ſe ſepeliri, & num. 14. reſoluit quod ſi Sacerdos fuerit deſignatus à teſtatore ad celebrandas Miſſas cum certo ſtipendio, vltra illud non debent dari candellæ, vinum, & alia neceſſaria. *Senatus Supplic. iudicauit.*

AD §. XVI.

1 In text. ibi (*que caſem tantas orfas*) Quando teſtator mandat bona ſua diſtribui in virgines maritandas non poterunt executores ea erogare in virgines ingredientes monaſterium. Ita Natta conſ. 296. n. 4. Rolan. conſ. 35. n. 16. vol. 3. Boer. deciſ. 3. n. 13. Card. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 12. tit. 23. n. 5. & lib. 8. tit. 5. n. 22. Sim. de Prettis de interpret. vltim. volūt. lib. 5. dubit. 2. n. 77. Gaſp. Baeç. de nō meliorandis dotibus filiarum ca. 14. n. 9. Perez l. 1. tit. 2. lib. 5. Ord. pag. 72. & 79. *Diſtributio facienda ab executore in virgines maritandas, non poteſt erogari in ingredientes monaſterium.*

& 79. Matienſ. l. 14. gloſ. 1. n. 14. tit. 4. lib. 5. nouæ Recop. Menoch. de Præſumpt. lib. 4. q. 189. n. 95. Surd. de Alimentis tit. 1. q. 93. á n. 35. Gutier. lib. 1. Canon. cap. 32. n. 20. ad med. & conſ. 26. á n. 13. P. Sanch. de Matrim. lib. 1. diſp. 33. á n. 31. Cened. Practic. & Canon. quæſt. lib. 1. q. 35. n. 11. P. Molin. de Iuſtit. tract. 2. diſput. 207. concl. 1. D. Garci. Maſtrillo Siciliæ deciſ. 153. Perez de Lara de Capellan. & anniuerſarijs lib. 1. cap. 21. n. 24. Quando verò relinquitur legatum alicui perſonæ determinatæ vt matrimonium ineat, ferè certum eſt deberi ſi religionem ingrediatur per §. Sed hoc præſenti in Auth. de Sanctiſſ. epiſcop. collat. 9. & Auth. Niſi rogati Cod. ad S. C. Trebell. Cou. lib. 1. Var. c. 9. n. 10. Emman. Coſt. in l. Cũ tale §. Si arbitratu limit. 4. n. 5. Menoc. d. lib. 4. q. 148. à n. 13. Perez d. l. 1. verſ. Legatũ relictũ P. San. d. diſ. 33. à n. 29.

2 Quæſtio eſt dubia, An filia cui mille pater reliquit ſi nupſerit, & cẽtum ſi monaſterium ingrediatur, poſſit petere mile ſi monaſterium fuerit ingreſſa, de qua vide Anton. Gabri. lib. 4. Commun. tit. de legat. concl. 2. Roland. conſ. 35. vol. 3. Mich. Graſſ. lib. Sentent. §. Legatum q. 50. nu. 12. Nicol. Mozz. de Contract. tract. de Matrim. tit. de diuiſione matrim. n. 1. Ludou. Bej. reſp. caſuum cõſcientiæ p. 1. caſu. 44 Cacheran. Pedam. deciſ. 126. n. 6. Couar. lib. 1. Variar. c. 19. n. 9. Capic. deciſ. 204. Iacob. Cancer. lib. 1. Vari. cap. 24 à n. 15. Perez l. 1. tit. 2. lib. 1. Ord. Card. Mant. d. tit. 18. n. 27. Coſt. in d. § Si arbitratu ampl. 11. n. 5. Lar. in l. Si quis à liberis §. Si quis ex his n. 174. Menoch. de Præſum. lib. 4. q. 83. n. 4. & n. 26. in fine, & conſ. 169. n. 18. Zerol. in Praxi Epiſc. p. 1. §. Legatum verſ. Ad quartum. Spin. in Speculo teſtam gloſ. 14. princ. n. 58. Fr. Emman. quæſt. Regul. tom. 2. q. 127. art. 1. Ceuall. Cõmun. contra cõmun. q. 241. Perez de Lara d. cap. 21. n. 25. Galganet. de cõdit. & demõſt. p. 1. cap. 8. num. 44. P. Molin. de Iuſt. diſp. 207. verſ. Dubium deinde eſt. Maſtrill. d. deciſ. 153. n. 9. D. Mart. de Iuriſdict. p. 4. caſu 8. P. Rebello de Obligat. Iuſtit. p. 2. lib. 18. q. 16. nu. 3. Benedict. Ægidi. in Repet. l. Titiæ ff. de condit. & demonſtr. p. 1. nu. 48. Benedict. Pinell. Select. iuris interpret. lib. 1. cap. 20. à n. 29. plures Doctores ex antiquioribus refert Cened. ad Decretal. collect. 111. nu. 2. & Pract. ac Canon. quæſt. lib. 1. q. 35. per totam.

3 Nota quod legatum pro maritãdis puellis intelligitur vt ſint maiores 12. annorum. Ita P. Sanch. de Matrim. lib. 7. diſp. 21. n. 61.

Deputatus ad certa bona diſtribuenda inter pauperes, poteſt in ſe ipſum vti pauperem diſtribuere.

4 In text. ibi (*ou veſtir tantos pobres*) Nota deputatum ad certa bona diſtribuenda inter pauperes poſſe etiã diſtribuere in ſe ipſum, vti talem pauperem ſi egeat. Vide Palat. in Repet. rub. §. 65. n. 42. Afflict. in cap. Si inter dominum n. 101. & 102. Si de inueſt. inter dom. & vaſſal. lib. 1. fol. 97. Gregor. l. 3. verbo Tuuiere ti. 10. part. 6. Mexi. in tract. taſſæ panis concl. 1. n. 49. & concl. 6. n. 49. verſ. Tandem commiſſarius. Azeued. ad Curiam Piſanam lib. 2 cap. 10. n. 5. Menoch. de Præſumpt. lib. 4. q. 125. n. 17. Spin. in Speculo teſtam. gloſ. 6. princ. n. 10. & gloſ. 28. nu. 28. Surd. de Alimentis titul. 1. q. 94. n. 4. poſt Flamin. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloſ. 2. nu. 55. Cald. Pereira de poteſtate elig. cap. 13. nu 9. Et poteſt in filios ſuos pauperes fraude ceſſante diſtribuere ex Bald. in l. 1. à num. 29. Cod. de Sacroſ. Eccleſ. Aleiat. de Præſumpr. reg. 3. præſumpt. 29. num. 8. Maſcard. de Probat. concl. 531. nu. 171.

Cald.Pereira d.cap.13. n.9. Gonzal. ad reg.8.Cancel.gloſ.2.num.54.vbi etiam reſoluit quod ſi eſt commiſſa electio pauperum Priori fratrum Prædicat.poteſt eligere fratres ſuos, quamuis ipſi filij ſint ſpurij, quia non dat eis de ſuo,ſed de alieno.Vide Peralt. in l. Vnum ex familia in princ.à nu.27.ff.de Legat.2.Pereg. de Iure fiſci lib.3.tit.18.n.101.D.Barboſ.in priuatis ſchol.ad l.Si is qui ff. de Vulgari n.2.

Spurius filius teſtatoris eligi non poteſt ab executore.

5 Spurius filius teſtatoris eligi non poteſt ab executore, cui eligendi pauperes commiſſa eſt poteſtas.Vide Perez tit.3.lib.5.Ordin. pag.154. Mexi.d.concl.6.num.49.Rebuff. de Verborum ſignif.pag.301.Menoch. lib.4.de Præſumpr.q.96.n.12. Surd. de Aliment.tit.1.q.93.nu.5. Gutier. Pract.lib 3.q.55.nu.21. Cald.Pereira d. cap.13.n.9. cum ſeq. Matienſ.l.7. gloſ.5.num.2.cum ſeqq. tit.8. lib.5. Recop.

6 Executor poteſt eligere pauperes ſibi cōiunctos. Vide Vezin.tom. 2.Commun. Opinion. lib.6. tit.21. n.32.pag.141.Menoch.lib.3.de Præſumpt.q.54.nu.3.Surd.de Aliment. tit.1.q.93.n.5.

Eleemoſina prius debet dari illis, qui ſunt de ſanguine.

7 Nota quod ſi debeat dari eleæmoſina priùs debet dari illis, qui ſunt de ſanguine. Vide Menoch. conſ.321.n.3.& lib.4. de Præſumpt. q.125. nu.13. Et diſtribuenda inter pauperiores, & nobiles eleganter Surd.de Aliment.tit.1.q.93.à n.20.

8 Quando diſtributio bonorum ex verbis teſtatoris in pauperes fieri debet,vni totum teſtatoris patrimonium concedi non poteſt. Vide Bart.in l.1.ff.de opti.leg.Auil.ad cap. 2. Prætor.verbo Ninguno n.3.Myn ſing.cent.5.obſeru.67.Papon.Arreſto 91.Aloyſ.Ricci. in collect. deciſ. p 3. collect.522. Menoch. d. q. 125. n.20.Petr.Magdalen.de numero teſtium in teſtam.requiſ. p.2. cap.2.à nu.43.Viui.tom.2. Commun.Opin. lib.6.tit.26.nu.99. pag.148. Cened. Pract. & Canon. quæſt. lib. 1. q. 35. num.13.

Monachus poteſt eſſe elector pauperum

9 Nota quod licet monachus non poſsit eſſe executor teſtamenti, poteſt tamen eſſe elector pauperum, quibus teſtator mandauit aliquid diſtribui Gualdenſ. de arte teſtandi caut.7.tit.7.Cou.in cap.Tua n.1. ad med.de Teſtam. Ceuall. Commun. contra commun. q. 88. in fine.Flamin.de Reſign.lib.5.q.3.nu.25. Stephan.Gratian. Diſcept.Forenſ. cap. 123. num.25.vbi n.26.idem reſoluit quando teſtator mandauit vt cum conſilio monachi,vel Gardiani exequatur teſtamentum Spin. gloſ. 28. princip.n.35. D. Martin.Carrillo en la Explicacion de la bulla de los defunctos p.2.cap.14.n.7. vbi nu.5. in hæc verba.El mudo,ſordo,prodigo, y furioſo,no pueden ſer executores, pero la muger ſy, la qual ſi fuere executora del teſtamento de ſu marido,caſando ſegunda vez,pierde el officio de executora,aunque lo cōtrario tiene Cou. in cap. Tua nos n.3.de Teſtam.

AD §. XIX.

Vide Benedict.Ægid.in Repet. l. 1. Cod.de Sacroſ.Eccleſ.p.5.§.1.nu. 26.ad hoc quod teſtamentarius tenetur ad confectionem inuentarij, & ibi contra facientibus certæ pœnæ ſtatuuntur ſi probatum fuerit, quod plus acceperunt, quam quod in rationibus poſtea reddiderunt,& quod vltra defuncti bona non teneantur ſi inuentarium omiſerint.

In text.ibi (*& os teſtamenteiros*) Qui non poſſunt alijs vices ſuas manda-

mandate ſi ſint ab homine dati, ſecùs ſi à lege, vel canonice darentur ex Cott. in Memorabil. verbo Erogatorij.

AD §. XXI.

Vide Maſcard. de Probat. concl. 709. & concl. 722. vbi tenet quod circa expenſas debeat ſtari iuramento executoris ſi ſint paruæ, ac rationabiles, & veroſimiles, faciunt quæ Surdus deciſ. 55. n 3. vbi etiam de libro executoris vita functi, & deciſ. 103. n. 7.

AD §. XXXVIII.

1 De bonorum traditione abſentis facienda conſanguineis. Vide Greg. l. 14. verbo Abonda tit. 14. part. 3. Parlad. quotid. lib. 1. q. 2. Gom. Leo in ſua cent. informat. iuris facto 29. Aym. conſ. 558. n. 4. lib. 3. Petens hæreditatem abſentis debet probare illum eſſe mortuum ex Soar. de Paz in Practic. tom. 1. p. 3. n. 1i. fol. 89.

2 In text. ibi (*hum sò fiador*) An ſufficiat quod hic fideiuſſor det certificatores, quos vulgo abonadores vocamus? Dic quod ſic, & vide Rebuff. tom. 1. ad leges Galliæ tract. de Sent. execut. art. 1. gloſ. 6. n. 37.

3 In text. ibi (*abonado*) Qui autem dicit fideiuſſorem eſſe idoneum debet probare l. Non eſt neceſſe ff. de Probat. l. Si cõtendat ff. de Fideiuſſ. Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap. 125. n. 34.

4 In text. ibi (*com outorga de ſua mulher*) Poterit tamen vxor vti auxilio S.C. Velleiani iuxta ea quæ dixi lib. 4. tit. 60. in Princip. n. 2.

AD §. XXXIX.

1 Vide Concil. Trid. Seſſ. 22. cap. 8. de Reformat. vbi latiſsimè filius meus Pat. Auguſtin. Barboſa plures Doctores refert, quibus adde Pariſ. conſ. 34. vol. 4. Menoch. remed. 15. Recup. n. 28. Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap. 34. n. 1. Cald. Pereira de Empt. cap. 8. n. 44.

2 In text. ibi (*que os hoſpitaes*) Vide Pat. Barboſ. d. ca. 8. n. 7. fol. 59. verſo.

3 In text. ibi (*per authoridade, & conſentimento dos Prelados*) Ex diuturnitate temporis præſumitur Eccleſia ædificata auctoritate Ordinarij. Vide Rot. Bonon. deciſ. 13. nu. 4. Maſcard. de Probat. concl. 1316. num. 8. Steph. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap. 34. n. 1. & Cabed. deciſ. 52. nu. vlt. & vide eundem nu. 11. an iſtis capellis concedatur reſtitutio in integrũ vbi affirmatiue reſoluit quando auctoritate prælati fundatæ fuerunt. Et ad præſumendum eam auctoritatem adfuiſſe oportet cymbalum eſſe cõſtitutum ſuper tectum, publiceque pulſari, vel ſi ibi celebretur omnibus indifferenter ad diuina audienda admiſsis. Ita P. Sanch. de Matrim. lib. 9. diſp. 15. n. 39.

4 In text. ibi (*elles, & ſeus officiaes*) Procedit in Abbatibus habentibus iuriſdictionem quaſi epiſcopalem. Vide Flores de Mena Vari. lib. 2. q. 24. n. 22. P. Barboſ. d. cap. 8. n. 10. P. Sanch. de Matrim. lib. 8. diſp. 2. n. 10. vbi reſoluit quod ea poteſtas tranſit in capitulum Sede vacante quatenus iure ordinatio competebat Epiſcopis.

5 In text. (ibi *pertence em todo aos juyzes leigos*) Secùs ſi aliqua ſtatuta contineant illicitum, & quod ſapiat ſimoniam. Vide Bejam reſponſorum caſuum conſcientiæ p. 4. caſu 16.

6 In text. ibi (*porem neſte caſo podem os Prelados, &c.*) Vide Valaſc. conſult. 105. n. 56.

D 4 AD

AD §. XXXX.

Vide Guid.deciſ.188. Pariſ. conſ. 34. n 3.& ſeq.vol.4.& conſ.50 .n.26. vol.2.poſt Lapidum alleg. 42.Cald. Pereira de Emptione cap.8.n.44.

AD §. XXXXI.

1 Vide Spin.in Speculo teſtamen. gloſ.3 princip.à n.1.
2 In text.ibi(*veſtir, ou alimentar pobres*)Vide Cardin. Mantic. de Coniecturis vltim.volunt.lib.6.tit.3.n.22. & de tacitis , & ambiguis conuent. lib.13 tit.12.n.1.Et á pari procedunt alimentorum cauſæ, & redemptionis ex Surd.conſil.367.n.41.
3 In text.ibi (*que ſaõ Miſſas*) Nota quod ſi teſtator mandet celebrari Miſſam in tali altari , ſeu capella, ad quam conſtat habere deuotionem, non erit licita loci mutatio.Ita Spin. Gutier. & alij quos refert , & ſequitur Ceuall. Communium contra comm.q.686.nu.6. Steph.Gratian. Diſcept.Forenſ.cap.73.n.4.vbi n.5. reſoluit quod ceſſante huiuſmodi coniectura poteſt tam in vno loco, quàm in alio Miſſa celebrari, cum vtroque modo ſatisfiat animæ teſtatoris.
4 In text.ibi(*nas quaes quando os Prelados,&c.*)Vide Cabed. de Patronat. Regiæ Coronæ cap.38.

AD §. XXXXII.

Hoſpitalia 1 In text.ibi (*ſe entenderà nos hoſpitaes*)Vide Pat.Auguſt.Barboſ. in ſuis Remiſsionibus ad Concil.Trid.Seſſ. 22. de Reformat.cap.8.n.7.vbi infinitos propemodum ex nouioribus refert Doctores diſputantes quando hoſpitalia loca pia , & religioſa dicantur,& latè Alexandr. Trentaſia. Vari.reſolut.lib.1.titul.de Reſcriptis reſolut.4.Et quod iudex eccleſiaſticus non poteſt viſitare hoſpitalia contra præceptum. teſtatoris tradit Céuall.in tract.de cognit. per viam violentiæ p.2.q 32.n.5.
2 In text.ibi(*Confrarias*)Vide Doctores relatos à P.Barboſ.d.cap.8.n. 9. quibus adde Azeued.l.3.n.9.titul. 14. lib.8.nouæ Recop.Cabed.de Patronat.Regiæ Coronæ cap.42. n.5. Gutier.Canon.cap.35.n.9.&17.Stephan.Gratian. tom.3. Diſcept. Forenſ.cap.481.n.2.cum ſeqq.& nouiſſimè Ceuall. in tract. de cognitione per viam violentiæ p.2.q.32.à nu.1. Cuti.Philip.p.1.§.5.n.13. *Cõfratria*
3 In text.ibi (*que não forem da noſſa immediata proteição*)Vide Conc.Trid. d.cap.8.ibi,non tamen quæ ſub Regum immediata protectione ſunt, vbi P.Barboſ.nu.6. Valaſc.conſ.105. nu.62.Cabed.de Patronatib.Regiæ Coronæ cap.38.& 39. Ceuall. d. q. 32.n.4.
4 In text.ibi(*como ſaõ as caſas da Miſericordia*)Vide Cabed.p.1. deciſ.51.à n.2.

AD §. XXXXIII.

1 In text.ibi (*por ſerem fundados por ſua authoridade, &c.*) Quæ præſumitur ſi locus ab antiquo ſit in forma Eccleſiæ vbi Sacerdotes celebrant. Vide Felin.in cap. Illud n.5. verſ.Et pro iſtis de Præſumpt. & in cap.Sicut n.29. de Re iudic. Rot. Bonon. deciſ.13.n.4.Gutier. Canon. cap.35. nu.18. Franc.Marc.Delphin. deciſ. 1017. nu.2. Menoch. de Præſumpt. lib.6.q.79. n.3. Maſcard.de Probat. concl. 583. & 623. & 869. Valaſc. conſ.105.n.45.
2 In text.ibi (*que per dereito baſte*) Quæ in hoc caſu ſit ſufficiens vide apud

apud Valaſc. conſ. 105. n. 64.

AD §. XXXXV.

1 In text. ibi (*andarà em pregão primeiro, &c.*) Nota non eſſe ſtandum inſtrumento alienationis, in quo ſit mentio de ſubhaſtationibus, ex quo tempore confecti inſtrumenti non potuit interuenire. Vide Soccin. conſ. 46. n. 35. vol. 4. Maſcard. de Probat. concl. 1315. n. 17.

2 In text. ibi (*vinte dias*) Vide l. Si tempora iuncta gloſ. Cod. de fide inſtrum. lib. 10. Roland. conſ. 33. n. 14.

3 In text. ibi (*em voz alta que o pregoeiro cada dia lançarà*) De iſtis auctionibus, & ſubhaſtationibus vide l. 4. vbi Sebaſt. Nævi. Cod. de diuerſis præd. vrb. lib. 11. expedit vt præcedat æſtimatio ex Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap. 7. n. 19. cum ſeqq.

4 In text. ibi (*à peſſoa que mayor lanço &c.*) Aduerte tamen quod ſi aliquis deſcendens vltimi poſſeſſoris, qui fecit melioramenta voluerit capere in emphyteuſim, vel in cenſum proprietatem illam, & offerat pretium ab alio oblatũ potiùs huic, quàm illi concedenda eſt emphyteuſis ne lugeat ab alijs poſsideri labores ſuos contra æquitatem l. fin. Cod. de Alluuionib. & l. fin. Cod. de bonis quæ liber. faciunt quæ Gregor. l. 5. verbo Mas tit. 19. part. 6. Menoch. conſ. 36. n. 12. Valaſc. de Iure Emphyt. q. 20. nu. 12. Cald. Pereira de Nominat. q. 23. n. 54. & conſ. 46. à n. 3. imò ſi iſte qui fecit melioramenta offert iuſtum pretium ei debet concedi emphyteuſis licet alius plus liciretur vide l. Congruit 4. Cod. de Locat. præd. ciuil. lib. 11. & quæ tradit Valaſc. de Partit. cap. 22. n. 10.

5 In text. ibi (*& não as peſſoas das defeſas em direito*) Quæ ſint perſonæ hæc prohibitæ in iure. Vide Gregor. l. 29. verbo a orden titul. 8. part. 1. Cald. Pereira de Renouat. q. 19. num. 15. & n. 26. Valaſc. conſ. 101. ad finem.

AD §. XXXXVII.

1 Nota quod in caſu, de quo hic contractus tempus inſpici iubet Ordin. vt ſecundum monetam illius, eiuſque valorem ſolutio fieri debeat vt aſſerit nouiſsimè Benedict. Ægid. ad l. Ex hoc iure ff. de Iuſtit. & iure cap. 8. de Empt. & vend. n. 27. in fine.

AD §. LIII.

1 Vide Gam. deciſ. 224. num. 9. Auend. ad l. 46. Tauri nu. 12. Valaſc. conſ. 27. nu. 2. latè Benedict. Ægid. in Repet. l. 1. Cod. de Sacroſ. Eccleſ. Eccleſ. p 5 §. 2. à num. 16. vbi definit maioratum eſſe quando inſtituens dixerit quod ex redditibus bonorũ certæ aliquæ Miſſæ dicantur, aut quæuis onera perſoluanrur, & reſiduum maneat penes ipſum adminiſtratorem, ſeu poſſeſſorem, ſiue etiã quando inſtituens dixerit quod prædicta bona poſſeſſoribus relinquit cum certo Miſſarũ onere, aliarumue piarum cauſarum, quod ſi in inſtitutione legatur quod aliquam fructuũ portionem, ſeu quottam ſibi habeãt adminiſtratores, & reliqui expendantur in celebrationem Miſſarum, aut alias pias cauſas talis inſtitutio erit Capellæ.

In text. ibi (*certa couſa, ou certa quotta*) In quottitatiua, & in quantitatiua parte loquitur hæc Ordin. vt per Benedict. Ægid. d §. 2. n. 17.

2 Nota quod ſi teſtator fundum relinquat vt certæ Miſſæ pro anima ſua perpetuò celebrentur non ob id cenſetur maioratum, ſeu Capellam inſti-

inſtituiſſe, nec induxiſſe vinculum in fauorem familiæ. Vide D. Barboſ. in priuatis ſcholijs ad l. Filiusfam. ff. de legat. 1. verſ. In leg Nihil proponi. Valaſc. conſ. 82. Gam. deciſ. 30. & deciſ. 48. & deciſ. 124. nũ. 6. & deciſ. 286. vbi etiam an fundus iſte diuidi poſsit inter hæredes, vbi negatiuè reſoluunt, ſed per æſtimttionem affirmatiuè. & vide Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap. 116. n. 9. ſecùs ſi ex verbis teſtamenti colligatur fuiſſe inſtitutum maioratum vt in caſu, de quo per Cabedum Areſto 97. p. 1. de quibus vide Molinam de Primog. lib. 1. ca. 5. Valaſcum conſul. 82.

3 In text. ibi (*porque às ſemelhantes palauras não auerão reſpeito, &c.*) Quia contractus non aſſumit robur à nominatione partium ex Bald. in l. Imperator col. 3. ff. de Statu homin. Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap. 96. n. 14.

AD §. LXVII.

1 In text. ibi (*ſe tome a terça parte para repairo dos muros*) Vide Sebaſtian. Næui. in l. 3 per text. ibi Cod. de diuerſ. præd. lib. 11. Roland. conſ. 84. n. 14. vol. 2. Cabed. p. 2. deciſ. 26. nu. vlt. & vide *no regimento dos Prouedores tit.* 54.

Muri. 2 De refectione murorum vide l. 1. & ibi Gregor. verbo Eſcuſar tit. 18. part. 2. Sebaſt. Næui. ad l. 2. ff. Ne quid in loco ſacro, & in l. De operibus num. 6. ff. oper. publ. Auend. de Exequendis mand. p. 2. cap. 3. nu. 4. cum ſeqq.

Fortalitij 3 De refectione fortalitij Vide Cott. in Memorab. verbo Fortalitiũ Mench. Illuſt. cap. 6. n. 1. An dominus fortalitij poſsit cogere ſubditos ad cuſtodiam nocturnam? Vide Auiles ad cap. 22. & 23. Prætor. Garci. de Expenſ. cap. 9. nu. 40. Gregor. l. 5. tit. 15. part. 4.

4 De refectione macelli vide *Macelli.* Azeued. l. 15. num. 3. tit. 16. lib. 3. nouæ Recopil. pag. 254. In forali conceſſo Vimaranenſi oppido Rex habet exactionem iuris cuiuſdam quod appellatur *açougagem*, ſoluuntque macellarij pro quolibet boue vndecim ſeptis monetæ eo tempore currentis, & pro iſto iure exacto tenetur macellum reficere.

AD §. LXXVI.

1 In text. ibi (*a que os fregueſes, ou outras peſſoas de noſſa juriſdição, &c.*) Vide Auil. ad cap. 23. Prætor. verbo Den orden num. 11. Auend. de Exequend. mand. p. 2. cap. 10. nu. 29. Cabed. p. 1. deciſ. 91. per totam, nouiſsimè Ceuall. in tract. de Cognitione per viam violentiæ p. 2. q. 99. ad hoc quod iudex ſecularis compertens eſt ad faciendum contribuere clericos pro reædificatione Eccleſiæ. Cened. ad Decretal. collect. 153. Valaſc. conſ. 176. Stephan. Gratian. Diſceptat. Forenſ. cap. 84. nu. 21. vbi concludit non teneri forenſes conferre ad fabricam Eccleſiæ nouiter conſtructæ in loco opportuniori, ex quo vetus Eccleſia ſufficiebat, imò nec ad refectionem illius Eccleſiæ ſi per eam forma antiqua immutaretur, ſi collecta fuerit impoſita pro impenſa vtili, & neceſſaria, cum iſta non dicatur talis, ſed potiùs ſit voluntaria, quaſi nemo teneatur rem communem meliorem facere per l. Parietem ff. de Seruitut. vrban. præd.

2 In text. ibi (*coſtume antiguo*) Vide Valaſc. conſult. 179. n. 8.

3 In text. ibi (*& aſsi ſaberà o numero dos fregueſes*) Forenſis alio loco domiciliũ habens an collectari debeat

ratione

ratione bonorum immobilium, quæ habet in loco, in quo Eccleſia conſtruitur. Vide latè Cabed. d. deciſ. 91. p. 1. & nouiſsimè Phœbos deciſ. 34. per totam, vbi aſſerit ſupremum Senatum cenſuiſſe poſſe quem colle&ari in loco, in quo bona habet, licet alibi commoretur.

AD §. LXXVIII.

Vide infra hoc lib. tit. 66. §. 49.

Ad tit. 65. Ordin. Regiæ.

In antiq. tit. 44. De iudice ordinario.

Dos Iuyzes ordinarios, & de fora.

Nota quod vnus iudex non poterit contra alium iudicem collegam ſuum delinquentẽ procedere, & illum punire. Vide Clar. lib. 5. §. fin. q. 38. n. 3. Capic. deciſ. 27. n. 11. Gregor. l. 16. verbo Señor tit. 28. part. 3. & l. 15. verbo Dolo tit. 8. part. 7. Chætian. tom. 1. Commun. Opinion. lib. 3. tit. 11. n. 132. vbi Balb. n. 137. pag. 397. Valaſc. in l. Imperium poſt. n. 186. ff. de Iuriſd. omnium iud. Decian. tract. crim. tom. 1. lib. 4. cap. 4. n. 33. Azeued. l. 31. n. 3. tit. 6. lib. 3. & l. 1. n. 93. & 107. tit. 16. lib. 8. nouæ Recopil. Bobadil. in ſua Politica lib. 1. cap. 12. nu. 60. Vincent. de Franch. deciſ. 174. n. 2. vbi aſſerit quod iuriſdictio quando eſt penes plures in ſolidum alter non punit alium. Menoch. de Arbitr. caſu 438. nu. 8. cum ſeq. vbi ampliat quamuis alter alterius iuriſdictionem impediat, & caſu 380. nu. 20. tenet quod in ſolidum eis competit iuriſdictio, & locus eſt præuentioni. Et iudicis litterati delinquentis denuntiatio durante eius officio ad Prætorem curialem remittenda eſt ex Cabed. p. 1. deciſ. 209.

AD §. I.

In text. ibi (*trarão varas vermelhas*) Quod eſt neceſſarium ne contemnantur, nam ſi omiſſo ſigno, de quo hic velit facere executionem, & ei reſiſtatur, reſiſtens non punietur vt offendens officialem, ſecundùm Salycet. in l. Sanctum ff. de rerum diuiſ. quem allegat Caſſan. in conſuetud. Burgund. in tit. des juſtices §. 7. verbo de ſimple reſcouſe nu. 25. Boer. deciſ. 107. nu. 5. Menoch. de Arbitr. q. 76. n. 6. & remed. 4. adipiſc. n. 689. cum ſeq. Auend. de Exequendis mand. p. 1. cap. 22. nu. 11. & vide quid p. 2. cap. 21. n. 4. Azeued. ad l. 33. tit. 6. lib. 3. nouæ Recop. pag. 272. Bobad. in ſua Politica lib. 1. cap. 13. n. 50. Farin. conſ. 100. n. 1. Inſignia magiſtratuum ſunt reuerenda ex Gregor. l. 3. verbo Aquella honra titul. 6. part. 3. Menoch. lib. 6. de Præſumpt. q. 76. n. 15.

AD §. II.

In text. ibi (*com os homẽs bõs*) Vir bonus aliàs dicitur iudex per l. Vir bonus ff. iudicatum ſolui, reſoluit Rebuff. in Comment. ad l. 73. ff. de Verbor. ſignificat. in fine ſub verbo Viri boni arbitrio pag. 352.

AD §. IIII.

In text. ibi (*& lugares*) Nota quod ius debet reddi in loco conſueto, aliàs mutato loco redditur ſententia nulla. Vide Doct. in l. Sicut propoſ nis à 2. Cod. Quomodo, & quando iudex. Menoch. conſ. 100. n. 179. cum ſeqq. Et iudex non poteſt ſe intromittere in iuriſdictione alterius nec mittere falſem in meſſem alienam Perez l. 1. verbo Chancelaria tit. 4.

Ius in loco conſueto reddi debet.

Digitized by Google

tit.4.lib.2.Ordin.pag.225. Bobadil. in ſua Politica lib.2. cap.18. num.2. cum ſequentibus.

AD §. VI.

In text.ibi (*& de cinco mil reys nos moueys*) Quiſitũ fuit apud me. Si quis promiſit alicui quatuor ſolutionibus viginti millia regalium ſoluere, & adueniente tempore primæ ſolutionis, in illa fuit condemnatus, à qua condemnationis ſententia appellatum fuit, an huiuſmodi appellatio eſſet recipienda? Reſpondi quod ſic, cum iam tunc etiam adueniebat tempus ſecundæ ſolutionis argum. text. in l. Ampliorem §. vlt & ibi Bart.ff.de Appellat.& eorum quæ reſoluunt Gutier. de Iuram.confirm.p.3.ca.5.n.28. Azeued. ad l.7.n.17.tit.18.lib.4.nouæ Recop. Cabed.p.1.deciſ.21.n.14.

AD §. VII.

In text.ibi (*& no proceſſar das ditas demandas, &c.*) Vide Marant.de Ordine iudic.p.4.pag.164.nu.188. Rebuff.ad l.60. ff.de Verborum ſignif. pag.310.

AD §. IX.

1 Vide Azeued.l.7.n.109.cũ ſeqq. ti.18.lib.4.nouæ Rec. Et circa condẽnationem iudicum in expenſis latè Valaſc.conſult.26.per totam, & de condemnatione expenſarum, quæ fit iusdicentibus latè Cabed. p. 1. deciſ.39.

2 Nota quod iudex imperitus debet requirere aſſeſſores litteratos pro ſententia ferenda. Vide Auil.ad capita Prætor. fol.49. nu.22. & 24. Azeued. ad Curiam Piſanam lib. 4. cap.6.n.109.cum ſeqq.

3 In text.ibi (*ſeja condenado em cuſtas*) Vide Valaſc.conſul.26.nu.1. vbi quod iudices qui à populo, & prioribus concilij per vota eliguntur in expenſis non condemnantur.

4 In text.ibi (*ſaluo conſtar que interueo ſua malicia*) Vide Valaſc.d.conſ. 26. num.1. verſ. Habet, vbi reſoluit quod de tali malitia iudicis debet conſtare, & non ſufficit coniectura, vel præſumpta probatio, & nu.5. in fine dicit vidiſſe excuſatum quendam iudicem *de terra chã* à condemnatione expenſarum contra quem fuerat probata lata culpa, quia Ordin.in præſenti loquitur tantùm de admiſſo per malitiam, & ideo ad latam culpam non eſt extendenda.

5 In text.ibi (*que por eleição ſaya*) Quid ſi iudex creatus per electionem in huiuſmodi locis inferioribus fuerit homo iuriſperitus an excuſabitur à condemnatione expenſarum in admiſſo per ignorantiam, vel imperitiam? Vide Valaſc. conſult.26.n.7.vbi aſſerit ſe vidiſſe hunc excuſari, & ibi etiam agit de iudicibus iuriſperitis datis à Rege, quos appellamus juyzes de fora.

6 In text.ibi (*não ſe farà ſem o Regedor, ou Gouernador ſer prezente*) Vide Cabed.p.1.deciſ.39.nu.2. vbi etiam tenet quod ſi proceſſus expeditur per ſenatores cauſarum grauaminũ per deliberationes, quas vocamus *tenções*, non eſt neceſſaria præſentia Rectoris, vel Gubernatoris, nec ſignant, ſed ſolùm illi ſenatores, qui in tali ſententia ſunt.

7 Nota quod in huiuſmodi ſententijs condemnationis expenſarum ſemper adijcitur clauſula iuſtificatiua, & ſolita *que tẽndo embargos, os poſſa vir allegar em certo tempo* Vide Cabed.p.1. deciſ.39. num.4.& Areſto.99.

AD

AD §. X.

1 Vide Mench. quæſt. Illuſtri. cap. 7. Abb. in cap. Cum ab omni num. 14. de vita, & honeſt. cleric. Azeued. l. 9. titul. 6. lib. 3. nouæ Recopil. Carot. de Locato tit. de Sportul. num. 67. Et an poſsit petere pecuniam ad interpoſitionem decreti? Vide Iaſ. in l. Ne quicquam §. Vbi num. 2. ff. de Officio proconſ. Caſſan. in conſuetudin. Burgund. rub. 4. §. 7. Si ce non eſt num. 37. fol. 162. in fine. Gregor. l. 2. verbo Deuen tomar tit. 21. part. 3. Auiles ad capita Prætor. fol. 49. n. 23.

2 In text. ibi (*& os juyzes*) Non procedit in delegatis. Vide Iaſ. in §. Tripli num. 46. & 47. Inſtit. de Action. & num. 48. dicit quod nec in arbitris, & num. 49. quod nec in arbitratore. Nota quod arbiter idiota poteſt compellere partes ad petendum conſilium ſapientis, & ei ſoluere. Vide Bertrach. verbo Arbiter fol. mihi 215. Lanfranc. de Arbitr. deciſ. 7. num. 84.

AD §. XI.

1 In text. ibi (*terà o ſello o juyz mays velho do anno paſſado*) Facit l. Procurator vbi Doct. Cod. de Edendo. Vide Rebuff. in tract. Nominat. quæſt. 21. num. 2. vbi quod valde abſurdum eſt quod iuuenes antiquioribus præferantur.

2 In text. ibi (*terà o ſello o vereador mays velho do anno paſſado*) Vide Purp. conſ. 548. num. 80. Azeued. l. 15. num. 15. titul. 6. lib. 3. nouæ Recop. In honoribus, officijs, & magiſtratibus ſeniores iunioribus ſemper ſunt præferendi, nouiſsimè Melch. Phœbus tom. 1. deciſ. 66. à n. 4.

AD §. XII.

Vide Azeued. l. 6. titul. 5. lib. 3. nouæ Recopilat. pag. 214.

AD §. XIII.

In text. ibi (*& guarde a cidade*) Vide l. 2. §. Cura ff. de Offic. præf. vbi Iuriſconſ. admonet ducem, & milites deputatos, vt habeant diligentem curam, & cuſtodiam, & quod tenentur emendare damna data in ciuitate ſua culpa, & negligentia, de quo Bald. in l. Si quis non dicam n. 6. Cod. de Epiſcop. & cleric.

AD §. XIIII.

1 Vide apud Hiſpanos l. 5. titul. 6. lib. 6. nouæ Recopil. Bobadil. in ſua Politica lib. 1. cap. 13. num. 52. cum ſeqq.

2 In text. ibi (*& do primeiro de Abril atè fim de Setembro*) Incluſiuè ſcilicet vt per Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap. 161. n. 23.

AD §. XVIII.

Vide Menoch. remed. 15. Recup. num. 344. vbi reſoluit quod cum ſolum agitur de remiſsione vnius actus cauſæ principalis, vt de teſtium receptione, & interrogatione remiſsio non conceditur.

AD §. XX.

1 Vide apud Hiſpanos l. 6. & 7. titul. 11. lib. 7. nouæ Recopilat. multa per Rebuff. tom. 2. ad leges Galliæ titul. de Hoſpitibus. Auendan. de Exequendis mandat. p. 2. cap. 8. n. 3. verſ. 4.

2 In text.ibi (*de camas*) Idem in habitatione, quia verbo victus habitatio continetur. Vide l. Verbo victus ff. de Verbor. ſignific. Mexi. in tract. taſſæ panis concl.4.n.14.

3 In text.ibi (*taxandolhes as ditas couſas, & pondolhes preços*) Conuenit enim gubernationi ſtatus publici quod victualia taxentur cap. 1. §. Poſt natale de pace tenenda. Mexi. d.concl.4.num.14.

AD §. XXI.

1 Vide Auend. de exequendis mandar.p.1. cap.2. num.8. Azeued. l.5.titul. 8. lib. 7. nouæ Recopilat. ſimilem legem apud Islandos pro occidendis coruis, & alijs animalibus damnoſis vide apud Olaum magnum de gentibus Septentrionalibus lib. 4. cap. 15. pag.137.

2 Quid ſi quis interficiar lupam prægnantem an debeat habere præmium pro lupinis in vtero exiſtentibus? Dic quod non. Vide Bertach. verbo Capiens verſ.5. Tiraq. in l. Si vnquam verbo Suſceperit nu. 152. Rebuff. in l. Quod dicimus ff. de Verborum ſignif.pag.723.

AD §. XXIII.

In text.ibi (*ou couſas que paſſem da dita quantia*) Ex his verbis de nouo additis videtur ſublatum dubium, de quo Gam.deciſ.80.

AD §. XXIIII.

Vide Rebuff. in l.Magiſtratus ff. de Iuriſd.omnium iudic.

AD §. XXV.

1 In text.ibi (*das injurias verbaes*) Vide Iulium Clarum Receptarum ſententiarum lib.5.§.Iniuria à principio Menoch. de Arbitr. caſu 263. Perez ad titul. 9. lib. 8. Ordinam. Surd. deciſ. 89. Bernard.Græuæ. ad Pract. Cameræ Imper. lib. 2. concl. 100. Farin. in Praxi criminal. p. 3. tract. de varijs, & diuerſis crimin. quæſt.105.

2 Iniuria non solùm dicitur verbalis, quæ dicitur verbo tenus, ſed & ea quæ ſcribendo fit, quia ſcriptura loquitur l. Non figura 37. verſ. Quatenus ff. de Action. & obligat. gloſ. verbo Conuicium in l. 1. ff. de Iniur. Capell. Tholoſ. deciſ. 127. num.9. Gail obſeruat. 104. num. 1. Farinac. d. quæſt. 105. num.4. Bernard. Græuæ. ad practic. Cameræ Imper. lib.2. concl.104. & non poſſunt iudex, & decuriones condemnare vt reus certis diebus carceri mancipetur. Cabed.deciſ.73. nu.6. Differentia tamen in eo eſt quod populares proſequuntur ſuas iniurias verbales coram iudice, qui eas determinare tenetur in Camera concilij cum decurionibus, & condemnare iniuriantem vſque ad metam ſex mille regalium nummorum, & ſi in plus condemnant in exceſſu annullatur condēnatio, & appellationi locus erit, & ſi non detulerint poterit per viā grauaminis á Præſide curiali cauſarum criminalium prouideri, ita iudicatum fuit in cauſa Ioannis Valaſci oppidi Turrium nouarum per pręſidem Philippum Antunez, & iudex, & decuriones fuerunt condemnati in expenſis, quia non detulerunt appellationi, & ſi nobiles proſequantur ſuas iniurias coram iudice, ille per ſe ſolum iudicare debet cum appellatione ad ſuperiorem ex Ordin. in præſenti. *Senatus Supplic. iudicauit.*

Iniuria

Digitized by Google

3 Iniuria irrogatur ſi quis dicat, tu mentiris, & tenetur actione iniuriarum. Vide Clar. §. Iniuria nu. 13. & 14. Menoch. conſ. 41. n. 10 Bellacom. tom. 2. Commun. Opinion. lib. 9. tit. 25. de Iniur. n. 49. vbi Viui. nu. 127. Soar. recept. ſent. lit. I. nu. 36. Fachin. Controuerſ. lib. 9. cap. 12. in principio Bernard. Græuæ. ad Practicam Cameræ Imper. lib. 2. concl. 100. â n. 9. & ſeqq. Farin. d. q 105. â nu. 310. vbi n. 311. aſſerit procedere quamuis fiat cum proteſtatione ſaluo ſcilicet honore mentiti, quia talis proteſtatio contrario facto proteſtantem non releuat.

4 Iniuria non eſt dicere, tu dicis falſum, vide Baptiſt. Coſt. de facti ſcientia, & ignor. diſt. 17. num. 1. cum ſeqq. Bernard. Græuæ. d. concl. 100. in Corol. n. 32 Farin. d. q. 105. n. 328.

Dominus poteſt agere iniuriarũ actione ſi iniuria fiat ſeruo, vel famulo eius contemplatione.

5 Dominus poteſt agere iniuriarum actione, ſi iniuria fiat ſeruo, vel famulo, eius cõtẽplatione. Vide Iaſ. in l. 1. n. 4. Cod. de Indict. viduit. tollẽda, & in l. De pupillo §. Si quis ipſi prætori n. 13. ff. de noui operis. Caſſan. in conſuet. Burgund. rub. 1. § 7. verbo De ſimple. n. 40. fol. 78. Gom. tom. 3. Variar. cap. 6. num. 6. Cott. in Memorab. verbo Iniuria. Hippol. conſ. 105. n. 5. Vezin. tom. 2. Communium Opinion. lib. 9. tit. 25. n. 78. Farin. d. q. 105. à n. 265. & n. 277. P. Molin. de Iuſtit. tract. 3. diſp. 2. n. 6.

Pater.

6 Pater pro iniuria facto filio agere poteſt nomine proprio. Vide Bellacomb. tom. 2. Commun. Opinion. lib. 9. tit. 25. num. 140. latè Farin. d. q. 105. à n. 255. vbi nu. 258. cum Surd. deciſ. 89. nu. 12. ante fin. aſſerit non è contra filium agere poſſe pro iniuria facta patri, & n. 259. limitat in filio emancipato pro cuius iniuria pater agere non poteſt, & n. 261. limitat. in filio naturali. Pater remittit iniuriam filio factam etiam eo renitente, ſecùs in maiori. Vide Fichard. tom. 2. Commun. Opin. lib. 9. tit. 25. n. 141. Perez tit. 11. lib. 1. Ordin. pag. 175. Clar. lib. 5. §. vlt. q. 58. n. 22. Bonaçoſ. Commun. crimin. p. 2. verbo Pater fol. 58. verſo. Boer. deciſ. 120. à nu. 1. Pinel. in l. 1. Cod. de bonis mat. p. 3. num. 105. Mench. Illuſtr. cap. 15. n. 8. Azeued. l. 8. n. 33. tit. 1. lib. 5 & l. 2. num. 129. tit. 10. lib. 8. nouæ Recop. Surd. deciſ. 89. nu. 12. Farin. in Praxi crimin p. 1. q. 14. nu. 34. cum ſeqq. & d. q. 105. nu. 257. P. Molin. de Iuſtir. tract. 3 diſp. 2. n. 8.

Maritus.

7 Vir poteſt agere contra iniuriãtem vxorem. Vide Tiraq. de Iure mariti gloſ. 2. n. 57. & 67. Clar. §. Iniuria n. 3 Hippol. conſ. 1. á n. 18. Flores de Mena Vari. lib. 1. q. 7. n. 9. P. Molin. d. diſp. 2. nu. 5. Farin. d. q. 105. n. 269. vbi n. 271. ampliat in iniuria facta nurui, quæ & ſocero facta cenſetur, & pro ea ipſe ſocer agit nomine proprio, & n. 274. aſſerit quod pro iniuria facta marito vxor agere non poteſt. Et filius poteſt accuſare patrem propter mortem matris, quam ipſe pater occiderat prout iudicatum refert in Senatu Supplicationis anno Domini 1615. Melchi. Phœbos deciſ. 23.

Senatus Supplic. iudicauit.

Vxor.

8 Vxor de licentia mariti, vel iudicis poteſt ſuam iniuriam proſequi & accuſare in iudicio. Vide Palat. in l. 55. Tauri nu. 14. vbi Caſtell. verbo Haziendo verſ. Quod procedit. Poteſt etiam agere contra illum qui appellauit maritum cornutum. Vide Perez l. 2. verbo Cornudo tit. 9. lib. 8. Ordin. pag. 227. Azeued. l. 2. nu. 49. tit. 10. lib. 8. nouæ Recopil. Farin. d. q. 105. n. 275. Poteſt tamen maritus cum ſit caput mulieris remittere iniuriam illi factã Vide Azeued. l. 8. n. 32. titul. 1. lib 5. nouæ Recopil.

E 2 Ioſeph.

Ióſeph.Ludou. de Iniur. concl.Vni. verſ. Amplia tertio. An vxor poſsit agere actione iniuriarum contra maritum eam acriter verberantem? Vide Cott. in Memorab. verbo Actio iniuriarum Tiraq.l.1.connub. gloſ.1. p.1.nu.24.. Menoch.de Arbitr. caſu 364.n.8. D.Barboſ.p.2. rub. ff.Soluto matri.n.34..

Rectores factam iniuriā ciuitati non poſſunt remittere.

9 Ciuitati factam iniuriam Rectores non poſſunt remittere. Vide Azeued.l.2.n.151.tit.10. lib.8. nouæ Recop.& ad Curiam Piſanam lib.2. cap.20.n.14.

Eccleſia.

10 Eccleſiæ iniuriam factam non poteſt Epiſcopus, vel prælatus remittere. Vide Azeued.d.l.2.nu.153. Farin.d.q.105 n.292.vbi nu.291. reſoluit quod facta iniuria clerico cēſetur etiā facta Epiſcopo, & Eccleſiæ, & per remiſsionem iniuriæ factam à clerico non cenſetur remiſſa ea,quæ fuit facta Eccleſiæ.

Monachus

11 Monacho facta iniuria, facta etiam cenſetur abbati,vel monaſterio,& pro ea competit actio abbati, vel monaſterio. Vide Farin.d.q.105. n.295. cum ſeqq. Nau. comment.2. de Regular.n.64.P.Molin. d.diſp.2. n.7. Monachus tamen poteſt iniuriam ſibi factam remittere, abſque ſyndico, non vero poteſt in iudicio ipſius vindictam petere, ex Fr. Emman.q.Regul.tom.3.q.39.art.3. verſ. Aduertenda.

Pupillus.

12 Pupillo factam iniuriam non poteſt tutor remittere. Vide Bonacoſ.Commun.crimin.p.1.verbo Curator pag. 44. & verbo Tutor fol. 180. in fine,& p.2.verbo Pax fol 58. verſo Menoch.conſ.145.n.22.vbi n. 47.quod poteſt pupillus actione iniuriarum conueniri. Azeued. d.l.2. nu 136. Cald Pereira in l. Si curatorem verbo Læſis n.27.

Abſens.

13 Abſens contra quem fuerunt prolata verba an poſsit iniuriarum actione agere? Vide Cou. lib.1.Vari.cap.11.num.9.verſ.Verum. Gom tom.3.cap.6 num.2. Caſſan.in conſuetud. Burgund. rub.1.§.5. verbo Et ſ. il ronchel num. 11. fol.46. Perez.l 9.tit.1.lib.1.Ordin.pag.35. & tit.9.in rub.verbo Dubitatur an locum habeat lib.8.Farin.d.q.105. nu. 83. vbi reſoluit quod ſic, niſi ſtatutū loqueretur in caſu datiuo, veluti ſi quis dixerit alicui verba iniurioſa.

14 De iniuria illata à conſanguineo vide Azeued.l.2 n.132.tit.10.lib. 8.nouæ Recop. D. Barboſ.in l. Lucius Titius à nu 2.ff.Soluto matrim. Et de iniuria illata conſanguineo vide Farin.d.q.105.à n.288.

Iniuria grauior dicitur quæ fit à conſanguineo.

15 Nota quod grauior dicitur iniuria quæ infertur à conſanguineo, de quo Afflict.in cap.1.§.Item ſi fidelis n.3. quibus modis feudum amit. lib.1.fol.32.Clar.lib.5.§.vlt.q.60.nu. 36. Gregor.l.10. verbo Los que han de guiar tit.9. part.5. Auil.ad cap.1. Prætor.fol.40.n.9.Menoch.de Præſumpt.lib 5.q.16.n.6.

16 An damnatus actione iniuriarum efficiatur infamis? Vide Clar.§. Iniuria num.5.Farin.d.q.105.à n.61. Bernard. Græuæ. ad Practicam Cameræ Imper. lib. 2. concl. 102. vbi quod iniuriarum condemnatus notatur infamia.

17 Iniuria dicitur inferri per verba generalia, veluti Ite in pace quia in meo genere non ſunt iudæi,mauri,latrones. Vide Perez l.2. verſ.Igitur maiori titul.9.lib.8. Ordin. pag. 228. Farin.d.q.105.n.12.& n.104. & ſeq. Capic. deciſ.58. nu.3. Menoch. conſ.107.n.10.& de actu indifferenti vide Maſcard. de Probat. concl. 1003. n.14.& 15.

18 In text.ibi(*com os Vereadores*)Vide ſimilem Ordinat. infra hoc lib. tit.66.

tit. 66. §. 5. Et iſti cum adiuncti ſunt ordinario ordinarij reputantur vide Azeued. l. 7. n. 65. tit. 18. lib. 4. nouæ Recop. Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap. 100. n. 49.

AD §. XXVI.

In text. ibi (*ſobre ſegurança*) Vide latè infra lib. 5. tit. 129. vbi dixi. Et nota quod ſi ambo fregerint ſecuritatem, & neſciatur quis prior inceperit, tunc neuter tenetur ad pœnam, ſed inuicem offenſa, & iniuria compenſatur ex Iaſ. in l. Si ſeruum §. Sequitur n. 12. ff. de Verbor. etſi poſtea ſint reconciliati Tiraq. in tract. Ceſſante cauſa p. 1. n. 239.

AD §. XXVIII.

In text. ibi (*poderão fazer ſimples petição a nós*) Vide Menoch. lib. 1. de Arbitr. q. 70. n. 24 cum ſeqq. Cabed. p. 2. deciſ. 60. verſ. Dicebam. Appellatione enim ſublata non cenſetur ſublatus recurſus ad ſuperiorem ex Padil. in l. Cum quidam n. 11 ff. de legat. 2. Menoch. d. q. 70. á nu. 21. Farin. in Praxi crimin. q. 17. n. 33.

AD §. XXX.

1 Vide latè Cald. Pereira in Comment. ad l. Vni. Cod. Ex delict. defunct. p. 1. n. 37. cum ſeqq.

2 In text. ibi (*todauia mãdamos, &c.*) Qui enim digniores ſunt, maiori pœna digni ſunt. Vide Perez l. 1. titul. 3. lib. 1. Ordin. pag. 66.

3 In text. ibi (*quomo nos parecer juſtiça*) Appellari debet pro parte iuſtitiæ ex Ordin. infra lib. 5. tit. 122. §. 8.

AD §. XXXI.

1 In text. ibi (*mandamos a todas as juſtiças que as não tirem*) Vide Syluan. conſ. 103. num. 1. Clar. lib. 5. §. vlt. q. 3. n. 6. & q. 5. num. 2. & 3. & q 19. verſ. Vnum tamen.

2 In text. ibi (*sòmente tirem, &c.*) In attociſsimis poteſt iudex ex officio inquirere ex Farin. in Praxi crimin. q. 1. nu. 9. Quid ſi pars confiteatur ſe delictum commiſiſſe vide Rebuff. in repet. l. Diuus ff. ad Syllan. à n. 28.

3 Quid ſi iudex malicioſè, & iniuſtè inquirat contra aliquem an condemnetur in expenſis? Dic quod ſic ex D. Barboſ. in l. Eum qui temere nu. 204. ff. de Iudic. Et ſuper delicto non punibili non poteſt formari inquiſitio ex Farin. in Praxi crim. p. 1. q. 17. n. 1.

4 In text. ibi (*ſobre as mortes*) Debet tamẽ de corpore occiſo cõſtare, nec poterit procedi ad capturam, quãuis quis laboret infamia. Vide Felin. in cap. Auditis n. 28. de Præſcript. Caſſan. in conſuet. Burgund. rub. 1. fol. 15. n. 23. vbi de abortione.

5 Nota quod ante mortem non poteſt inquiri, licet quis ſit lethaliter percuſſus. Vide Tiraq. poſt leges cõnub. gloſ. 2. n. 28. 29. & ſeq. Clar. lib. 5. §. vlt. q. 32. n. 10. Grammat. deciſ. 74. n. 28. Perez l. 2. in fine verſ. Sed dubitatur titul. 13. lib. 8. Ordin. Rebuff. in repet. d. l. Diuus n. 28. Etiamſi delinquens accuſetur de vulnerato, & poſtea moriatur accuſator. Vide Menoch. de Arbitr. q. 80. n. 123. & ſeq. *Ante mortem non poteſt inquiri.*

6 Nota quod non poteſt procedi ad inquiſitionem, quin prius de delicto coſtet. Vide Caſſan. in conſuet. Burgund. rub. 1. §. 5. verbo ſ. il non a grace n. 40. Clar. lib. 5. §. vlt. q. 4. & q. 52. & q. 55. n. 11. Gom. tom. 3. cap 9. in princip. Hippol in Pract. §. 1. n. 4. & conſ. 8. n. 1. & conſ. 12. num. 34. & conſ. 14. n. 13. & conſ. 18. n. 4. & cõſ. 26. *Nõ poteſt procedi ad inquiſitionem quin prius de delicto cõſtet.*

n.15.& conſ.35.n.3.& conſ.40.à n.4. & conſ 46.n.1.& conſ.48.num.7. & conſ.53.à n 1.& conſ.63.n.3.& conſ. 76. n.1.& conſ.130.n.11.& conſ.134. nu.1.Banacoſ.Commun.crimin.p.1. verbo Inquiſitio fol 93.& 94.& p.2. eod.verbo fol.39.Gregor.l.17.tit.15. part.7.Ioſeph. Ludou. Peruſ. deciſ. 12.nu.9.Bonacoſ. tom.2. Commun. Opinion.lib.9.tit.1.n.13.Nec ſufficit confeſsio Rei,ſed debet conſtare de delicto. Vide Brunor.à Sole in locis communib.verbo Confeſsio 7. Farin.in Praxi.crimin.p.1.q.1.n.6.

7 In text.ibi (*fogos poſtos*)Intelligitur quando ex induſtria, non verò quando caſu incendium fuit excitatum ex Ordin.infra lib.5. tit.86. §.3. ibi *& ſe o que puzer o fogo*, & §.5. ibi, *E ſe no pòr do fogo*.

8 In text.ibi (*que durmirão com ellas carnalmentè por força*)An procedat in conatu? Vide Felin.in tract. quando conatus verſ.8.fallit. Grammat. deciſ.2.nu.14.Viui. tom.2. Commun. Opin.lib.9 tit.12.n.9.& tit.13. n.71. pag. 500. Menoch. de Arbitr. caſu 360. Maſcard.de Probat.concl.138. n.9.Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ.cap.36.n.53.cum ſeqq. In Portucalẽſi Senatu anno Domini 1583. die verò decima Decembris *ſe tomou aſſento não ſer caſo de querela, nem deuaſſa, trauar hum homem de hũa molher,& trabalhar para dormir com ella,ſe actualmente a não dormio, & eſt in lib.3. Spheræ fol.*208.Poſtea anno Domini 1605. in eodem Senatu contrarium audiui conſtitutum,& iudicatum.

Senatus Portucal. ſtatuit.

9 In text.ibi (*furto*)De quo debet prius conſtare. Vide Gregor.l. 17. tit.15.part.7. Ioſeph. Ludou. Peruſ. deciſ.12.n 9.Brunor. à Sole in locis communib.verbo Confeſsio 7.Maſcard.de Probat.concl.829.

10 In text.ibi (*vindo à noticia dos juyzes*) Vide Felin. in cap. Cum olim num.4. de Teſtib. Iaſ. in l. Si adeo n.2. Cod de his quibus vt indignis. Menoch.conſ.74.num.10. Intellige dummodo delicta commiſſa ſint in territorio ſtatuentium ex Hippol. conſ.14.n.10.

11 In text.ibi (*foy feito algum roubo*) Intellige cum effectu iuxta text. in l. 4. §. Hoc autem iudicium ff. de damno infecto.

12 In text.ibi (*ou pela meſma parte a que o roubo for feito*)Idem ſi vis illa fuit facta famulò aſportanti res domini ſui ex l. vlt.ff. de vi, & vi armata,& in l.2.§.In hac actione ff.vi bonorum rapt.

13 In text.ibi (*feito de noite*) Noctu autem dicitur illatum vulnus,quando iam erant tenebræ poſt occaſum ſolis, vel antelucana hora, vel ſummo mane antequam aurora oriatur. Vide Doct.in cap. Si perfodiens de homicid.Caſſan.in conſuetud.Burgund.tub.1.§.8.verbo Dedens n. 21. pag.84.Gregor.l.6.verbo De dia tit. 29. part.7.Tiraq.de Retract.lig. §.1. gloſ.11.num.3. Perez l.9. verſ. Præterea titul.3. lib.4. Ordin. pag. 809. Cald. Pereira de Emptione cap. 4. num.20.

Noctu quando dicatur illatũ vulnus.

14 In text.ibi (*ferida no roſto*) Nota quod non procedit in minimo vulnere veluti raſcunho,vide Bald.in l. Si prædiũ n.10. C.de Ædilit.action. quem refert Afflict.in cap.1.de prohibita feudi alienar.Hippol.in Pract. §.Et quia n.3.& 4.& conſ.71.n.4.& 5. & conſ.80.n.16.& 22.& conſ.103. n.17.& in l.Vt allegas nu.7. Cod.de Siccar.Bonacoſ. Commun. crimin. p.1.verbo Statutum pag.154. verſo. Bertachin. verbo Grauicatura. Fr. Emman. quæſt. Regul. tom.2. q.33. art.3.Perez l.1. in fine titul.13. lib.8. Ordin.

In

Digitized by Google

Membrũ quod dicatur? 15 In text. ibi (*ou aleijão de algum mẽbro*) Membrum ſumitur pro ea parte, quæ habet certum officium deputatum, & omne id quod in corpore noſtro diſtinctam habet operationẽ illud proprium dicitur membrum ſecundum Ariſt. 3. Meteor. ad finem vide Clar. §. vlt. verſ. Item quæro q. 69. nu. 3. Caball. reſolut. crimin. caſu 136. nu. 16. Farin. in Praxi crimin. q. 19. n. 23 cum ſeq.

Digitus non eſt membrũ. 16 Digitus nõ poteſt propriè dici noſtri corporis membrum, & conſequenter ſtatutum puniens abſcindentem mẽbrum non habet locum in abſcindente alicui digitum Farin. d. q. 19. n. 24.

Barba nõ eſt membrum. 17 Barba hominis non dicitur mẽbrum. Vide Marian. in cap. Ad audientiam nu. 201. de homicid. Farin. fragment. crimin. lit. C. n. 374. vbi n. 373. de mamilla, & n. 375. de dente, & n. 376. de auricula.

18 In text. ibi (*com beſta*) Nota quod ſi lex iubet fieri inquiſitionem, vel accuſationem quando percuſsio fuit facta cum armis, vel cũ ſanguinis effuſione, non probata qualitate reus venit abſoluendus, fuit ſententia Iacobi de Arena, & Cyn. in l. 2. Cod. de Probat. ſequuntur Panorm. & alij in cap. Conqueſtus n. 6. de foro comp. Hippol. in l. Si quis ne quæſtio n. 30. ff. de quæſt. & in Pract. §. Quoniam n. 52. & in §. Et quia n. 11. & conſ. 96. n. 2. Clar. lib. 5. §. vlt. q. 66. n. 4. Chærian. & Bellacomb. tom. 1. Commun. Opin. n. 258. & 261. pag. 505. Maſc. de Probat. concl. 1248. n. 30. licet aliter iudicatũ referat Gam. deciſ. 170.

19 In text. ibi (*eſpingarda*) Quia ſi ſolùm loqueretur in arco non comprehenderet tormentum manuale, iudicatum refert Cab. p. 1. Areſto 55.

20 In text. ibi (*nos quaes caſos, &c.*) Iudex originis, vel domicilij poteſt ad requiſitionem partis inquirere de delicto alibi cõmiſſo. Vide D. Barb. in l. Hæres abſens §. Proinde ff. de Iudic. in artic. de foro delicti à n. 27.

21 In text. ibi (*por não ſaberem que era cometido*) Nota quod ſi per ſtatutum punitur poteſtas non inquirens de delicto, excuſatur, ſi nemo denunciauit delictum, ſeu maleficiũ, quod notorium non erat. Vide l. 1. §. Magiſtratus ff. de Magiſt. conuen. Perez ad rub. tit. 25. lib. 3. Ordin. pag. 735. Rebuff. in tract. Nominat. q. 17. n. 3.

22 In text. ibi (*porque não he de crer, &c.*) Debet tamẽ probari ſcientia in iudice ex doctrina gloſ. in l. Ex maleficijs §. 1. verbo Ignorans ff. de Action. & obligat. quia vbi quis tenetur de culpa in omittendo debet probari ſcientia Emman. Soar. in Theſauro recept. ſentent. verbo Ignorantia, & culpa in omittendo leuior eſt quam in committendo ex Farin. in Praxi crimin. tit. de Pœnis temper. q. 88. n. 89.

23 In text. ibi (*as quaes inquirições, &c.*) Vide in ſimili Fr. Emman. quæſt. Regul. tom. 2. q. 5. art. 11. Dubitatum fuit *ſe por hũa deuaſſa começada dentro dos trinta dias da Ordenação q̃ por ſe não acharem então mays teſtemunhas, ſe não acabou ſenão dahy a cinquo, ou ſeys mezes, ſe podia o delinquente com as que de nouo ſe acharão, ſer pronunciado à priſão. Foy julgado que não, por ſe não acabar a deuaſſa dentro nos dittos trinta dias* teſte Melchi. Phœb. tom. 1. Areſto 139. *Senatus Supplic. iudicauit.*

AD §. XXXII.

In text. ibi (*feito algum dano*) Etiãſi furtum non interueniat, quia aliud eſt damnum, aliud furtum l. Nauta § fin. ff nautæ caupones. Vide multa per Ludou. Rodolphin. quæſt. Vari. lib. 2. q. 51.

AD §. XXXVII.

1 In text.ibi(*algũa peſſoa ferida*)Sem per enim prius conſtare debet crimen eſſe commiſſum ad hoc vt aliquis capiatur vide l 1. §. Illud autem. ff ad Sylan.Clar.lib.5.§.vlt.q.4.

2 In text.ibi (*& lhe for dito*) Vide Correa de Saa in Fragment. ad lib. 5 Ordinar.Regi.fol.29. à num. 24. & fol.32.à num.68.Vnde quæri poteſt ſi delinquens aufugerit à conflictu, dictumque ſit miniſtro iuſtitiæ arripuiſſe iter per talem viam, ſi eum inſequutus fuerit non ad alia ſe diuertendo, eumque apprehenderit an in conflictu eum apprehendiſſe videatur,ſitque locus huic Ordin.?Et videtur quod ſic prout reſoluit nouiſsimè Mendez á Caſtro in Praxi Luſit.lib.5.cap.1.n.14.

3 In text.ibi (*achando que algũa teſtemunha a culpa*) Ergo vnus ſolus teſtis ſufficit vt quis capi poſsit. Vide Bonacoſ.Commun.crim.p.2. verbo Captura fol.8 verſo.Clar.lib 5.§.vlt. q.5 ad finem,&q.28. n.2. Corre.de Saa vbi ſupra fol.28 à n.7.Et nõ debet citari Clar.q.11.n.2 & 3.& iſti teſtes non probant poſtea in proceſſũ Maſcard concl.1366.n.6.& 7. Captura etiam decerni poteſt præcedentibus legitimis indicijs , vide Clar q.20.nu.2.Bonacoſ.Commun. crimin.p.2.verbo Indicia fol.36.verſo.Corre.vbi ſupra verbo Prezo n.6. Farin.in Praxi crimin.p.1.q.27.à nu. 112. D. Barboſ. in l. Si quis poſteaquam n 75 ff.de Iudic.

4 In nouiſsima reformatione iuſtitiæ §.14 ita conſtitutum eſt.*Nos delictos, que prouados mereçerem pena de morte natural, poderão os Corregedores, Ouuidores dos Meſtrados,& juyzes de fora deſte Reyno,& ſenhorios de Portugal,prẽder as peſſoas que lhe diſſerem,quẽ ſaõ culpadas antes de formar culpa,com declaração,que dentro em oito dias (ſendo o caſo de deuaſſa)ſerão obrigados a tiralà:& não ſe prouando pela culpa aos preſos dentro do dito termo,ſerão logo ſoltos,ſem appellação nem aggrauo que lho impida, ficandolhes ſeu direito reſeruado contra a peſſoa que injuſtamẽte os fez prender para lhe pedir as perdas,& danos.E ſendo caſo de querela,a parte querelarà , & darà proua dentro do dito termo,porque ſe moſtre tanto que baſte para auer de ſer prezo,& não prouãdo ſerà logo ſolto na forma que fica dito.*

Noui ſima iuſtitiæ reformatio.

5 In text.ibi(*proceda contra elle*)Vide Corre. de Saa vbi ſupra fol.20. n.50.cum ſeqq.

6 In text.ibi (*as juſtiças acodirem aos arroidos*)Et iudex qui videt aliquos rixari,& non impedit illos,debet officio priuari ex Cyn. in l. Si ſeruus Cod.de Noxali, quẽ refert,& ſequitur Boer.deciſ.83.n.11.

7 In text.ibi(*ou ferimento pelo roſto*) Et cicatrix ſi ſit notoria ex inſpectione oculorum iudex poterit facere condẽnationem de ipſa cicatrice ſine medico. Vide Hippol.conſ.16.n. 7.& in Pract.§.Secunda nu.27.& §. Aggredior nu.130.& in l.1. §.Si ſerui quaſi n.11.ff.de quęſtion.Graue enim delictum reputatur vulnus in facie ſi ex eo remãſura ſit cicatrix.Vide Fari. in Praxi crim.q.18.n.97.cũ ſeqq. vbi n.99.grauius ſi fœminæ inferatur, & n.100.agit de læſione facta in oculo.

8 Hæc Ordinat. quatenus habet quod ſi agatur de vulnere inflicto in facie,& pars nolit accuſare, iuſtitiæ locus ſit,aduerſatur Ordin.lib.5.tit. 122. in Princ.& §.1.de quarum conciliatione agit Phœb diciſ.31. vbi à n 5.tenet quod ſi detur venia partis n c ex propoſito fuerit perpatratum maleficium , nec detur cicatrix deformans faciem locus non erit iuſtitiæ. Si verò non de-

tur

tur venia, & pars læſa nolit accuſare, data tamē in flagranti captura, tunc erit locus iuſtitiæ, & alteri Ordin. lib.5.

9 In text. ibi (*o mande ſoltar*) Vide Ordin. infra lib.5.tit.122.§.4. in fine. Iudex qui indebitè aliquem carcerari mandat iniuriarum actione non tenetur per text. in l. iniuriarum §. Is qui iure ff. de Iniur. & in l. Quod Reipub. ff. Eodem. Vide Pariſ de Puteo in tract. Syndicatus verbo Captura cap. 2. incip. Quia plerumque officiales n.5. verſ. Pone quod impetitur officialis, optimè Farin. in Praxi crimin. q.27. à n.134. & præcipuè n.137. vbi etiam aſſerit text. in l. Nec magiſtratibus ff. de Iniur. loqui quādo apertè apparet quod magiſtratus aliquid fecerit animo iniuriandi.

AD §. XXXVIII.

1 In text. ibi (*que as feridas ſaõ mortaes*) Vulnus lethiferum an ſit iudex ſe ex medicorum inſtruet iudicio, & illud dicitur cuius curatio, vel omninò impoſsibilis, vel difficilima eſt. Vide Bajard. ad Clar. § Homicidium n.135. optimè Bernard. Græuæ. ad Pract. Cameræ Imper. lib.2. concl. 111. à num.17. Caſſan. in conſuetud. Burgund. rub.1.§.6. verbo par leurs n.4. Menoch. de Arbitr. caſu 265. à n.1. Maſcard. de Probat. concl.1077. nu.7. Vulnus non fuiſſe mortiferum in dubio iudicandum Menoch. d. caſu 265. num. vlt. Alex. Raudenſ. de Annalog. cap.31. n.32. Et ſi non fuit illatum vulnus, ſed contuſio requiritur examen ex Cabed. p.1. deciſ. 56. n. fin.

2 In text. ibi (*pelos melhores dous cirurgiães*) Dummodo communiter in arte periti reputentur. Vide Iaſ. in l. 2. nu.5. ff. quod quiſquis iuris. Auil. ad cap.1. Prætor. fol 50. n.28. Maſcar. concl.1034. n.11. & 22. & concl.1169. nu.20. Menoch. remed.5. Adipiſc. n.126. P. Sanch de Matr. lib.7. diſp. 113. n.16. & 17. Farin. in Praxi crim. q. 127. n.151. cū ſeqq. Cald. Perei. in l. Si curatorem verbo Minoribus nu.18. Et debent iurare, quia peritis in arte non creditur ſine iuramento ex Foler. in addit. ad Marant. de Ordin. iudic. p.6. memb.6. n.69. pag.327. Et ſi non conueniunt ſtandum eſt dicto ſenioris peritioris ex Tiraq. in præf. Primog. n.155. Caſſan. in conſuetud. Burgund. fol.70. nu.4. Gregor. l.16. verbo E conocieren tit.8. part.5. Et ſufficit vnus ſi ille tantùm ſit in ciuitate vide Hippol. in l. Diuus Pius n.11. ff. de quæſtion. Maſcard. concl. 615. n.7. Chærian. tom.1. Commun. Opin. lib.4. tit.9. nu.161. vbi ſecùs ſi cauſa ſit ardua, quia tunc tenetur mittere ad loca vicina Farin. d. q. 127. nu.153. Et aſſerenti in ciuitate adfuiſſe plures in arte peritos, quorum copiam haberi poterat, onus probandi incumbit ex Menoch. conſ.351. n.31.

3 Sententia ſecundùm medicorum, aliorumque in arte peritorum iudicium lata, an & quando in rem iudicatam tranſeat? Vide Fului. Pacian. de Probat. cap.47. ſub nu. 88. Burſat. conſ.184. nu.3. Theſaur. Pedam. deciſ.25. num.2. Menoch. conſ. 849. n.2. Farin. d. q.127. à n.128. optimè Bernar. Græuæ. d. concl.111. conſid.1.

AD §. XXXIX.

Dubitatum fuit *ſe ſe podia auer por ſerrada hũa deuaſſa com dez teſtemunhas sòmente, & determinouſe que erão neceſſarias ao menos trinta, & baſta eſte defeito, para ſe annular a deuaſſa* prout iudicatū refert Melch. Phœb. Areſt.106. *Senatus Supplic. iudicauit.*

AD

AD §. XXXXII.

Vide Perez l. 1. in med. verſ. Vtrum autem iudex tit.1. lib.8. Ordinam. Menoch. de Arbitr. caſu 341.

AD §. L.

Vide legem quæ poſita eſt in fine voluminis Ordinar. fol. mihi 174. *ſobre ſe deuaſſar dos officiaes da juſtiça, poſto que ojão de dar reſidencia.*

AD §. LXI.

In text. ibi (*ou fizerão alguus outros erros em ſeus officios*) Qui ſi de conſilio ſui aſſeſſoris errauerint non puniuntur. Vide Menoch. de Arbitr. lib.1. q 23 n.9. & caſu 253 n 5. & caſu 359. n.16. & 24. Et culpa imputatur aſſeſſori Cabed. deciſ. 74. p.2. n.5.

AD §. LXII.

1 Vide leg. quæ poſita eſt in fine voluminis Ordinat. fol. mihi 175. *em que ſe manda deuaſſar pelos Corregedores, & Prouedores das comarcas dos eſcriuães, tabelliães, & mays officiaes da juſtiça de que fala eſte § poſto que dem reſidencia de tres em tres annos.*

Nouiſſima iuſtitiæ reformatio. 2 In nouiſsima reformatione iuſtitiæ in §. antepen. ita conſtitutum eſt. *Não poderá nenhum eſcriuão ter mays de dous eſcreuentes, & eſtes terão carta de eſcreuentes, paſſada pela Chancellaria, & ſe deuaſſará delles como dos de mays officiaes de juſtiça, & ſerão caſtigados pelos erros que fizerem, como os proprios eſcriuães, &c.*

3 Vide Cabed. p 1. ſtylo propè antepen pag. 58. vbi in hæc verba: *Eſtá por muytas ſentenças determinado no Relação, que os rendeiros do verde não ſão officiaes de juſtiça, para ſe deuaſſar delles nas deuaſſas géraes, &c.* Vide Ord. hoc libro tit. 68. §. 14. *Senatus Supplic. iudicauit.*

AD §. LXIX.

1 In text. ibi (*pagará*) Vide D. Barboſ. in l. Eum qui remere n. 204 ff. de Iudic. Et inquiſitio eſt nulla, proceſſus, & ſententia vide Farin. in Praxi crimin. q.3. n.5.

2 In text. ibi (*perdas*) Ergo appellatione expenſarum non veniunt damna, nec è contra. Vide Azeued. l.3. in fine tit.13. lib.4. nouæ Recopil.

3 In text. ibi (*ſerá degradado dous annos para Africa*) Intellige parte inſtante circa condemnationem per l. vlt. Cod. Si intra certum tempus, reſoluit Farinac. in Praxi crimin. q. 34. n.126. cum ſeq.

Ad tit. 66 Ordin. Regiæ.

In antiq. tit. 46. De Decurionibus.

Dos Vereadores.

1 Decuriones repræſentant totam ciuitatem Menoch. cõſ. 134. n 14. vol.2. Et quod factum eſt ab illis, videtur factum à populo. Vide Gregor. l.24. tit.4. part.3. & l 17. tit 10. part.7. Menoch. conſ. 390. n.34. Garci. de Nobilit. gloſ. 3. §.2. num.2. Et non ſunt prout olim erant decuriones Roman. conſ. 501. ad finem, & non habent aliam poteſtatem, quàm eam, quæ illis à lege Regni conceditur ex Dec. conſ. 5. antè n.1. Stephan. Gratian Diſcept. Forenſ. cap.196. nu.17. & 18. Farin. in Praxi crimin. p.1. q. 41. n.58. aduerte etiam quod decuriones habent poteſtatem ſtatuendi, ſed non exequẽdi ſtatuta, nec poſſunt iubere vt aliquis carceri mancipetur. Vide Cab. deciſ. 73.

deciſ.73.p.1. Et vnus ex Decurionibus electus maior in ætate eſt præferendus in prærogatiua ſedẽdi alij, qui prior fuit adeptus poſſeſsionem Decurionatus, ita refert Phœbos tom.1.deciſ.66.à n.1.& n.12.reſoluit quod is qui fuerit electus ad officiũ Decurionatus non poteſt adminiſtrare ante confirmationem.

2 Decurionibus tradi debent ciuitatis claues per l. Turres Cod. de oper publ.reſoluunt Bonacoſ. tom. 2. Commun.Opinion.lib.8.tit.7. n. 6 in fine Rip. de Peſte p.2.nu.415. vbi an cuſtodia clauium ſpectet ad ſyndicum vniuerſitatis, & num.411. quod electio cuſtodum tempore peſtis ſpectat ad decuriones.

3 Negligentia in officio decurionibus imputatur. Vide Cald.Pereira in l. Si curatorem verbo Sine curatore n.7. Poſſunt petere mutuo pecuniam à ditioribus pro neceſsitatibus populi. Vide Gregor.tit.in princip.verbo De gracia part.5. Rip.de Peſte p.3. nu.162. Gemin.de Vſutis comment.3.§ 3. num.84. ad finem. Mench.Illuſt.cap.6. nu.7. cum ſeq. Mexi.in tract. taſſæ panis concl. 1. n.58. Auend. de Exequendis mand. p.1.cap.19.n.34.& p.2.cap.14.nu.9. Cened.Pract.& Canon. quæſt.lib.1. q.33.n.22.cum ſeqq.

Aduocatus poteſt eſſe decurio. 4 Aduocatus poteſt eſſe decurio Azeued. ad Curiam Piſanam lib.2. cap. 23. Et mercatores in ſua patria Mexi. in tract. taſſæ panis concl.5. n 137.

Mechanicus non poteſt eſſe decurio. 5 Mechanicus non poteſt eſſe decurio. Azeued. ad l.7.n.13.tit.9. lib.3. nouæ Recopil. Nec damnatus atroci iniuria l. Diuus ff. de Iniur. Tiraq. de iudicio in rebus exiguis verſ. 64. pag.mihi 70. Nec qui publicè verecundiam paſſus eſt propter delictum. Vide Auend. de Exequendis mand.p.1.cap.18.nu.24. pag.278. & cap. 19. num.24. verſ. Sunt autem. Azeued.l.7.n.15.tit.9.lib.3.nouæ Recopil. Nec ille qui exercet artem notariatus Gutier.Pract.lib.1. q.137. n.13.

AD §. I.

Decurio habitans rure poteſt cogi redire ad ciuitatem. Nota quod decurio habitans rure poteſt cogi redire ad ciuitatem. Vide Azeued. ad Curiam Piſanam lib.3.cap.2.& l.6.titul.3.lib.7. nouæ Recopil.& in multis locis edita ſunt ſtatuta,& leges municipales,quibus compelluntur ciues, vt in ciuitate ipſa habitẽt, nec in rus ſe cõferant, ne eorum conſilio, & opera ciuitas careat, quæ ſanè ſtatuta non ſolùm æquitati, ſed & iuri communi conſentanea eſſe poſt alios ſcribit Menoch.de Præſumpt.lib.5.q.12.n.4.

AD §. IIII.

Concordat alia Ordinat. infra hoc lib.tit.74.§.10.Et gubernatores debent intendere vtilitati publicæ vt per Fr. Emman. quæſt.Regular. tom.3.q.34.art.5.

AD §. V.

Concordat alia Ordin.infra hoc lib. tit.65.§.25.& admittitur tamen remedium de quo ibi §.28.

AD §. XI.

1 Vide apud Hiſpanos l.3 titul.7. lib.7.nouæ Recop vbi Azeued.& in l.7.n.6.

2 In text.ibi*(Porem ſe acharem,&c.)* Quomodo & quando præſcribi poſſint quæ ſint in vſu publico oppidi? Vide Valaſc. de Iure emphyr.q.8. n.38.Auend. de Exequendis mand. p.2.

p.2.cap.4.n.8.Greg.l.7.tit.29. part. 3. Azeued.l.1.tit 15.lib.4. nouæ Recop.Cald.Pereira de Empt. cap.21. num.5.

3 In text.ibi (*elles logo per ſy, &c.*) Hæc Ordinat.in hac ſecunda parte, vt non contrarietur priori,eſt intelligenda de vi facta communitati intra annum.

AD §. XII.

1 Quibus ſolemnitatibus locentur loca,ſeu res ciuitatis,aut municipiorũ vide Auend. de Exeq.mand. lib. 2. cap.12. quem citat Valaſc. de Iure emphyt.q.20.n.16.

2 In text.ibi(*& as que acharem &c.*) Qui finito officio non tenentur ex contractu,niſi obligauerint ſe nominatim,vt fuit concluſum in Capella Tholoſ.deciſ.70.Vide tamen l.2. Cod de adminiſt.rerum publ.lib.11. vbi Plate.Gõzal.ad reg.8.Canc.gloſ. 37. n.29.Secùs ſi ex delicto quia tenentur de mala adminiſtratione, & facit cap.Aduerſus de Immunit.Eccleſ.Cald.Pereira in l. Sicuratorem verbo Sine curatore n.7.

AD §. XVI.

In text.ibi(*encorrerão nas penas &c.*) Nota quod licet fiat retorcutio ſtatutorum contra iudicem, & conſules,non tamen fit contra alias perſonas de populo,quæ illi ſtatuto interfuerunt. Vide Iaſ.in l.1. n.13. & in l.2.n.2.ff.quod quiſquis iuris.

AD §. XVII.

Vide Valaſc. de Iure emphyt. q. 20.n.16.col.2. Azeued.l.1.tit.5.lib.7. nouæ Recop.Auend de Exequend. mand. p.1. cap.12. vbi latiſsimè an domini vaſſalorum poſsint facere defenſas in terminis locorum ſuorum,vel prohibere venationem, & vſum piſcandi ſubditis ſuis.

AD §. XIX.

Vide Azeued. ad Curiam Piſanam lib. 2. cap. 20. Et non poſſunt pœnam minuere niſi data cauſa ex Bobadil in ſua Politica lib.4.cap.5.à nu.62. Iudex enim inferior in foro, etiã interiori pœnã minuere legalẽ non poteſt ſine cauſa in proceſſu inſerta vt per Cou. lib.2. Vari. cap.9. Clar.§.fin.q.85. nu.10. verſ.Vlterius quæro.Auend. de Exequend.mand. p.1.cap.7.n.7.verſ.Et ſicut in fine,& p.2.cap.16.à n.11.

AD §. XXI.

De iure Decuriones poterant taxare ſalaria ſuis legatis l.Legatus §.Si quis Cod.de legat.lib.10.& l.A tutoribus §.vlt.ff.de admin. tutor. Auen. de Exequend.mand.cap.2.n.8.

Dubitatum fuit *ſe por cauſa de tranſação podião os Vereadores ou outro official da Camara quitar coima.* Determinouſe *que ſi, quando pendião demandas* teſte Melch.Phœbo Areſto 47. *Senatus Supplic. iudicauit.*

AD §. XXIII.

Vide Bart.in l.Prætor ait §. vlt. ff. de Edendo.Auend. de Exequendis mand. p.1. cap.21. num.11. Azeued. l.8.n.4.tit.6.lib.4.nouæ Recop.

AD §. XXIIII.

In text.ibi (*poços*) Vicini tenentur pro puteo publico reaptando. Vide Angel.in l 1. §.Vicinales ff. Ne quid in loco publico. Guid. deciſ. 444.

Cott.

Digitized by Google

Cort. in Memorab. verbo Puteus pag. 719. Iaſ. in l. 2. Cod. de Iure emphyt. num. 26. Hippol. in Pract. §. Aggredior n. 73. Menoch. remed. 8. retin. nu. vlt. Ceuall. Communium contra cõmun. tom. 4. q. fin. n. 272.

AD §. XXV.

In text. ibi (*jurados*) Vide Caball. reſolut. crimin. caſu 126. n. vlt.

AD §. XXVI.

Vide Caſſan. in Catalogo gloriæ mundi p. 7. conſid. 21. & l. 15. titul. 7. lib. 7. nouæ Recop. Azeued. l. 5. tit. 7. lib. 3. pag. 288. Cœli. Rodog. lection. antiq. lib. 26. cap. 5. ad finem Auil. ad cap. 1. Prætor. fol. 55. Rebuff. ad l. 30. ff. de Verbor. ſignif. pag. 176. Auen. de Exequẽdis mand. p. 2. cap. 10. n. 23.

AD §. XXVIII.

1 In text. ibi (*& outros fação de nouo*) De huiuſmodi ſtatutis vide Abb. in cap. Conſuluit in 3. nu. 4. vbi Deci. num. 4. & 5. de Appellat. Garci. de Nobilit. in inſcript. nu. 10. Azeued. l. 14. n. 2. titul. 6. lib. 3. nouæ Recopil. pag. 250.

2 In text. ibi (*conſiderando em todo as couſas que a bem commum cumprirem*) Vide Cabed. p. 1. deciſ. 74. n. 4. quod ad Decuriones pertinet in ciuitate ſtatuere de his omnibus quæ ciues, & incolas dirigant ad bene, beateque viuendum, præſertim circa victualia, & opera mechanica.

3 In text. ibi (*chamem os juyzes, & homẽs bõs*) Vide l. 2. & l. Ambitioſa ff. de decretis ab ordine faci. Nota quod ſingulorum de vniuerſitate nomina ſcribenda ſunt in arduis, de quo Bart. in l. 1. ff. de albo ſcribendo Roland. conſ. 90. vol. 2. Redoan. de rebus Eccleſiæ non alien. rub. do his qui conſentiunt alienationi §. & in tali canonicorum fol. 191. Garc. de Nobilitate gloſ. 3. §. 2. n. 8. Steph. Gratian. Diſceptat. Forenſ. cap. 196. n. 11. Et ad Rectorem antiquiorem pertinet congregare ſenatum Gregor. l. 21. verbo & llegat titul. 18. part. 2. Fr. Emman. quæſt. Regular. tom. 3. q. 73. art. 3. ad finem.

4 In text. ibi (*& guardar*) Intellige durante illo anno, quo finito expirat eorum imperium. Vide Iaſ. in §. Sed iſte num. 33. Inſtit. de Action. per text. in Princip. Inſtit. de perpet. & tempor. action. Menoch. conſ. 182. n. 12 Azeued. ad tit. 1. n. 8. lib. 2. nouæ Recop. pag. 123. D. Barboſ. in l. Quia tale num. 94. ff. ſoluto matrim.

5 In text. ibi (*ſe tiuerem demanda*) Aduerte quod conſules ciuitatum, & alij adminiſtratores iniuſtam litem proſequentes tenentur iudicati vt per Paul. Montan. de Tutelis cap. 31. effectu 6. à n. 4.

AD §. XXIX.

1 In text. ibi (*não lhas poderà reuogar*) Nota quod ſtatutum debet eſſe cõmune, neque enim poteſt cõcedi in odium certarum perſonarum, itaut liceat ab huiuſmodi iniquitate appellare. Vide Ozaſc. deciſ. 17. n. 16. Menoch. conſ. 39. num. 25. & 26. Mench. frequent. cap. 4. nu. 6. Perez l. 2. verbo Cornudo in fine tit. 9. lib. 8. Ordin. pag. 229. Viui. & Bonacoſ. tom. 1. Commun. Opinion. lib. 1. tit. 17. n. 253. & ſeq. pag. 233.

2 Nota in hoc Regno ſemper practicatum fuiſſe quod in his pœnis ſtatutorum oppidorum, & ciuitatum nũquam captiuis pars daretur, ſed in

alijs pœnis impoſitis ab officialibus iuſtitiæ. Ita Cabed.p.2.deciſ.60. Et anno Domini 1607. die verò tertia Decembris emanauit regium diploma,quo cautum erat *que as camaras deſte Reyno nas poſturas que fizerem,não appliquem parte aos captiuos.*

3 In text.ibi(*quizer aggrauar, &c.*) Intellige ſuis expenſis. Vide Azeued.ad Curiam Piſanam lib.2.ca.16.

AD §. XXXII.

1 Nota quod numerus aliquorum miniſtrorum Reipub. taxari poteſt, qui panem,vinum, piſces, & carnes ad vrbem adducant. Vide Cabed. p.1.deciſ.74.n.4. Et pretium poteſt de publico taxari reſpectu pannorum pro faciendis veſtibus. Surd. de Aliment.tit.8.priuil.94.n.9.

2 Et vnus artifex non poteſt vti officio alterius, poteſt tamen vti diuerſis negoriarionibus Cabed.p.1. deciſ.158. vbi de cauſa mota inter ſergueiros, & ſombrereiros, Matienſ.l.12.gloſ.1.titul.12. lib.5. nouæ Recopil.

3 In text.ibi(*& as mays couſas que ſe comprarem,& venderem*)Non in ſapone vide Cabed. p. 2. Areſto 8. & in his quæ ſunt neceſſaria ad victum, poteſt princeps, vel officiales ab eo poteſtatem habentes taxare pretia: & ſtatuere quonam tempore vendi debeat frumentum, vide Cabedum deciſ.92.p.2.

AD §. XXXIIII.

Vide Surd. de Alimenr. titul.8. priuil.94.à nu.4. Stephan. Gratian. Diſcept.Forenſ.cap.149. nu.38. vbi reſoluit quod ſtatutum debet eſſe commune, nequè enim in odium certarum perſonarum, itaut liceat ab huiuſmodi iniquitate appellare.

AD §. XXXX.

1 Deſumitur ex l.1.Cod.ſuper indict. lib. 10. l.Nemini, & l. Omnes Cod.Operibus publicis,& vide Menoch.conſ.28.n.34.& conſ.32.n.30. Rebuff.ad l.27.ff.de Verbor. ſignif. pag.157. Azeued. l.1. titul.6. lib.7. nouæ Recopil. Theſaur. deciſ.57.à num.1. Garci. de Expenſis cap.12. à num.63. Phœbos deciſ.34.n.12. vbi n.13.limitat vbi eſt neceſsitas ſaltem grauis,tunc enim concilium ciuitatis,& Decuriones poſſunt collectam imponere, & citat Auend. de Exequendis mand.cap.14.num.18.verſ. Nono. *Collecta non imponitur niſi de licentia Principis.*

2 Circa materiam impoſitionum collectarum vide Capell. q.348. Ioſeph.Ludou.Peruſ. deciſ.43. Steph. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap.196. n.31.cum.ſeqq. Collecta per capita an per facultates imponatur? Vide Bellacom.tom.1.Cõmun.Opin.lib.4.tit.39.nu.9.pag.647.Azeued. l.3. n.1.& 11.tit.14.lib.6.nouæ Recop. Et an immunitas vni conceſſa alijs accreſcat? Vide Aufrer. ad Capell. deciſ.348.Azeued.l.2.tit.14.lib.6.Reo.

3 In text.ibi (*& não ouuer para ellas dinheiro do concelho*) Debet enim vniuerſitas prius ſuos reditus exequtere antequam particulares exigat. Vide gloſ.in l.1.§.Quod ſi nemo verbo Proconſul ff. quod cuiuſcunque vniuerſ. nomine, Surd. de Aliment. tit.7.q.22. n.7. & faciunt quæ q.30. n.11.cum ſeqq. Menoch.conſ.75.n. 86.Cabed.deciſ.49.n.3.p.r.

4 In text.ibi(*o eſcriuão ao Corregedor da comarca*)Nam dato periculo in mora poſſunt ſine Præſide collectam imponere. Vide Mexi. in tract. taſſæ panis concl.1.n.62.cum ſeq.Azeued. ad l.25.

ad l. 25. num. 5. titul. 6. lib. 3. nouæ Recopil. pag. 262.

AD §. XXXXI.

1 Nota quod vniuerſitates, & communitates, quæ non habent iuriſdictionem, ſed ſunt ſubditæ, & ſubiectæ ſub alio domino non poſſunt facere collectas, nec tallias. Ita Caſſan. in conſuetud. Burgund. rub. 13. §. 6. verbo de poete n. 8. & 9. Capell. deciſ. 347. Syluan. conſ. 9. nu. 15. & conſ. 32. n. 15.

2 In text. ibi (*que em ſeu titulo he conteudo*) Vide ſupra titul. 58. §. 43. num. 15.

3 In text. ibi (*ſe contem no titulo do juyz dos orfaõs*) Infra hoc lib. ti. 87. §. ii.

AD §. XXXXII.

1 In text. ibi (*os fidalgos caualeiros, &c.*) Nota quod hi quamuis tabelliones ſint, non amittunt priuilegia nobilitatis, ſicquè non ſunt cogendi cum plebeis ad ſolutionẽ tributorum, & ſuperindictionum. Vide Cou. Pract. cap. 19. n. 7. Azeued. l. 22. n. 5. ti. 6. lib. 6. nouæ Recop. latiſsimè Gutier. Pract. lib. 1. q 137. per totam.

2 In text. ibi (*Doutores*) Procedit in magiſtris Artium, qui Doctorum priuilegijs gaudent prout latiſsimè comprobat Ioann. Martinz à Coſta in addit. ad formam libellorum annot 53. à n. 7. & iudicatum vidi in Senatu Supplicationis.

Senatus Supplicat. iudicauit.

3 In text. ibi (*Lecenceados*) Vide Syluan. conſ. 88. nu. 8. & 14. Gregor. l. 4. verbo por ſciencia tit. 29. part. 7. Et procedit in aduocatis. Vide Gregor. l. 2 verbo ſabedoria tit. 10. part. 2. & l. 8. verbo que mueſtran tit. 31. part. 2. Menoch. de Arbitr. caſu 379.

4 In text. ibi (*& algũas peſſoas que tão pobres ſejão*) Vide Gregor. l. 4. verbo eſcuſa titul. 19. part. 4. Roland. conſ. 66. nu. 20. vol. 1. Mench. Illuſtr. cap. 41. n. 4. & 7. Surd. de Aliment. tit. 8. priuil 91. n. 5. Azeued. l. 4. n. 6. tit. 14. lib. 6. nouæ Recopil. Flores de Mena Vari. lib. 2. q. 21. n. 129. Et de collecta ad ſoluendas expenſas cauſæ, in qua omnes fuerunt partes vide Cabed. p. 2. Areſto 15. Et immunitates ſunt reſtringendæ ex Vincenç. de Franch. deciſ. 259. n. 24.

5 In text. ibi (*& aſsi os juyzes, &c.*) Vide Guid. q. 398. Caſſan. in conſuetud. Burgund. rub. 1. §. 4. n. 57. fol. 37.

6 In text. ibi (*os que tiuerem por priuilegio eſpecial*) De priuilegiatis, qui ſe excuſant à muneribus vide Bonacoſ. Commun. crimin. p. r. verbo Gabella fol. 78. verſo Caſſan. d. §. 4. gloſ. & fur des homes num. 60. & in Catalogo gloriæ mundi p. 9. conſid. 33.

7 In text. ibi (*que não paguem nas fintas*) Nota quod ſi iſti deſcribantur in libro debentium, & ſcientes non appellauerint intra decem dies, ſi poſtea conueniantur vt ſoluant, non excuſabuntur. Ita Angel. in l. 1. §. Si quis tutor ff. quando appellandum ſit. Garci. de Nobilit. gloſ. 4. n. 18. & gloſ. 47. nu. 20. Maſcard. de Probat. concl. 207. in fine, & vi. Bernard. Græueum ad praticam Cameræ Imper. lib. 2. concl. 60. conſid. 9. n. 2.

AD §. XXXXIII.

1 In text. ibi (*ou para fazimento, ou refazimento dos muros*) Vide l. 2. Cod. de quibus munerib. lib. 10. Auiles ad cap. 23. Prætor. verbo den orden n. 3. ad hoc quod à reparatione murorũ nemo excuſatur, nec à reparatione pontiũ, & aquæductuum publicorũ.

2 Eccleſijs, & eccleſiaſticis niſi de

F 2 conſen-

Digitized by Google

conſenſu ſummi Pont. ad reparationem murorum, pontium, viarũ, &c. licitum non eſt tributa imponere etiam cum laicis communia, quãuis laicorum bona ad illorum reparationem ſufficiant inconſulto ſummo Pontifice, niſi tanta ſit neceſsitas, & pietas quod ſine periculo, aut ſcandalo ad illũ recurri non poſsit, tunc enim ſufficit Epiſcopi cum clericis conſenſus, vide cap. Non minus cap. Aduerſus de Immun. Eccleſ. cap. 1. eod. tit. in 6. l. Placet Cod. de Sacroſ. Eccleſ. l. 2. Cod. de Epiſcop. & cleri. Auth. Item nulla cõmunitas Cod. eod. tit. per quam videtur abrogatã eſſe l. Ad inſtructiones Cod. eod. Angel. in Sum. verbo Immunitas §. 37. Syluest. eod. verbo 1. n. 20. Greg. l. 54. verbo en las calçadas tit. 6. part. 1. P. Ledeſm. in Sum. tom. 2. tract. 7. cap. 2. concl. 27. Gutier. Pract. lib. 1. q. 3. D. Sahag. in cap. 2. de Iudic. à n. 25. Fr. Emman. in Addit. ad explicat. Bullæ Cruci. § 9 nu. 72. Card. Tolet. in Sum. lib. 1 cap. 29. P. Molin. de Iuſtit. tract. 2. diſp. 672. Guid. Pancirol. in theſauro Vari. lect. lib. 3. c. 31. Ceuall. Commun. contra cõmun. q. 415. & tom. 4. q. 896. n. 617. cũ ſeqq. Pradil. in Sũma legum pœnal. p. 2. caſu 48. n. 12. P. Azori Inſtit. Moral. p. 2. lib. 10. cap. 7. col. 1080. Flores de Mena Vari lib. 2. q. 21. à n. 213. Morl. in emporio iuris p. 1. tit. 1. q. 16. n. 22. Et definitum fuiſſe à Clemente VIII. anno Domini 1600. quod Eccleſiaſtici de mãdato Eccleſiæ ſoluant tributũ quando laicorũ bona non ſufficiunt refert D. Mart. de Iuriſd. p. 4. cent. 1. caſu 1. n. 52. Et latius caſu 9 Bernar. Græuæ. ad Pract. Cameræ Imper. lib. 2. concl. 52. nu. 15. latè Fr. Antonius de Souſa in relect. de Cenſuris Bullæ Cœnæ cap. 19. diſp. 92. plures Doctores refert Cened. ad Decretal. collect. 153. nu. 4. optimè Nicol. Garci. de Benefic. p. 2. cap. 3. à n. 11. vbi dicit in Rota fuiſſe deciſũ quod clerici non tenentur ad gabellam impoſitam à laicis pro reparatione murorum, pontium, viarum, niſi fuerit de licentia Papæ.

3 Nota quod ciuitates, ac cõmunitates pro ſalario medici, & aduocati abſq; Regia licentia non poſſunt imponere collectam. Vide tamen Bellacom. tom. 2. Cõmun. Opin. lib. 4. tit. 39. nu. 2. pag. 646. Auil. ad cap. 1. Prætor. fol. 55. Azeued. ad Curiã Piſanam lib. 2. cap. 20. Perez l. 1. tit. 12. lib. 2. Ordin. pag. 308. Auend. de Exequendis mand. p. 2. cap. 10. n. 11. Flores de Mena Vari. lib. 2. q. 21. n. 20.

AD §. XXXXIIII.

In text. ibi (*para o leuar dos preſos*) Remiſsio cuius expenſis ſit facienda? Vide Menoch. de Arbitr. caſu 228. n. 8. Perez l. 2. verbo que lo embien a coſta del querelloſo titul. 17. lib. 8. Ordin. pag. 341. Vincent. de Franch. deciſ. 332. num. 4. Pennam in Direct. Inquiſitor. p. 3. comment. 34. Surd. de Aliment. titul. 1. q. 74. Corre. de Saa in fragm. ad lib. 5. Ordinat. fol. 39. num. 135. Sebaſt. Næui. ad Auth. de Exhibendis reis in princip. num 3. collat 5. D. Barboſ. in l. Hæres abſens §. Proinde in att. de foro delicti n. 89. cum multis ſeqq. Rebuff. in tract. de Except. nu. 201. plures refert Doctores Cened. ad Sextum collect. 33. n. 3.

AD §. IL.

Circa modum excuſationis concordat alia Ord. ſupra hoc lib. tit. 62. §. 78. & de his receptatoribus vide latè. Ferdin. Paez de excuſatione paren-

parentum ob numerum liberorum n.1. cum ſeqq. vbi etiã reſoluit quod his receptatoribus triennij datur va catio iuxta text. in l. 2. Cod. de honor. & muneribus contin. lib. 10. Garci. de Nobil. gloſ. 35. nu. 65. cum ſeqq. Vincent. de Franch. deciſ. 264.

Ad tit. 67. Ordin. Regiæ.

In antiq. tit. 45.

Em que modo ſe fará a eleição dos juyzes, Vereadores, Almotaces, &c.

De electionibus iudicum, adilium, & decurionũ faciendis.

1 SVper electionibus nouiſsime extat Regium diploma editum à Rege Philippo II anno Domini 1612. die verò ſexta Iunij, quo datur regula in electione ſeruanda. Plura de electionibus vide per Cabedum deciſ. 84. p. 2.

2 Eligibilis de iure cõmuni fit inelegibilis de conſuetudine per cap. Cum olim vbi notatur de cleri. coniug. Aym. conſ. 238. n. 6. Cõtrariũ tamen reſoluit Bobadil. in ſua Politica lib. 3. c. 8. n. 9. Et conſuetudo in electionibus multũ valet, & cõſideratur vt per Melch. Phœb. deciſ. 67. n. 12.

3 Deſcendentes ex conuerſis iudæis non ſunt eligendi ad officia publica, & honores per cap. Conſtituit 17. q. 4. reſoluunt Hippol. ſing. 197. Otalor. de Nobilit. p. 3. cap. 7. nu. 20. verſ. Cæterum Simanch. de Cathol. tit. 47. nu 82. & ſeq. Perez l. 4. tit. 3. lib. 8. Ordin. Auend. de Exequendis mand. p. 1. cap. 19. n. 2 Olan. in Antinomia iuris verbo Deſcendentes nu. 35. Azeued. ad Curiam Piſanam cap. 12. nu. 23. & ita cautum eſt in d. Regio diplomate ibi, *& ſem raça alguã* Curi. Philipp. p. 1. §. 2. n. 19.

Baſtardi, & ſpurij an eligendi.

4 De baſtardis, & ſpurijs vide Auend. d. cap. 19. n. 19. & quod filius Commendatarij profeſsi in Ordine noſtri Ieſu Chriſti non eſt ſpurius reſoluunt P. Molin. de Iuſtit. tract. 2. diſp. 141. poſt Guti. & Flaminium Phœbos deciſ. 68. Azeued. ad l. 7. nu. 14. tit. 9. lib. 3. nouæ Recop. vbi n. 13. de tabernarijs, & alijs vilibus perſonis, de quibus idem Azeued. ad Curiam Piſanam lib. 1. cap. 12. n. 23. Exercens enim tabernam, miniſtrando cibũ, & potum venientibus ad domũ ſuam amittit priuilegium nobilitatis ex Gutier. Pract. lib. 1. cap. 137. n. 11.

Nemo poteſt ſe ipſum eligere.

5 Nemo poteſt ſe ipſum eligere, cap. Cum in iure peritus vbi gloſ. de Elect. Iaſ. in l. Cum filiusfam. n. 19. ff. de legat. 1. Azeued. ad Curiam Piſanam lib. 2. cap. 11. Cened ad Decretal. collect. 99 n. 3. & de nominatione agit Valaſc. conſ. 193. n. 8.

6 Nobilis non poteſt eligi ad officium procuratoris quãdo cõſuetudine introductum fuit ne huiuſmodi perſonæ ad hoc munus eligãtur Vide Cab. p. 1. Areſto 89. Et qui electi ſunt á Rege non poſſunt ſe excuſare niſi coram Senatoribus ſacri Palatij per Ordin. ſupra hoc lib. tit. 3. §. 14. reſoluit Cabed. p. 1. deciſ. 38. n 3.

7 Electionem non ritè factam, de aliquo officiali ad inſeruiendũ Reip. poteſt quilibet de populo impugnare quia intereſt Reip. habere plures à quibus defendatur l. Nam & intereſt ff. de Muner. & honor. Auend. de exequendis mand. lib. 1. cap. 19. n. 27. Azeued ad l. 1. n 6. tit. 14. lib. 5. nouæ Recop. Burg. conſ. 10. n. 20. Matienſ. l. 1. gloſ. 8. tit. 14. lib. 5. nouæ Recopil. Bobadil. in ſua Politica lib. 3. cap. 8. n. 17. Cabed. p. 1. deciſ. 112. & p. 2. deciſ. 84. n. 16. cum ſeq.

Senatui Supplic. indicauit.

8 In ſupremo Senatu iudicatum fuit in inſtrumento grauaminis quod dum pendent exceptiones contra electionem ſolemniter factam electus, nec officium

exercere valet, nec poteſt iuramentum ſubire donec terminentur exceptiones, teſte Melch.Phœbo deciſ.65.à princip.

9 Electus agens interdicto vnde vi debet probare non ſolùm poſſeſſionem per ingreſſum, ſed etiam ſuã electionem rectè factã, aliàs non obtinebit Vide Bellam.deciſ.17.Afflic.in conſtit. Regni ſub rub.48. Azeued. ad Curiam Piſanam lib.1.cap.13.n.3. Et pendente quæſtione ſuper nullitate electionis ſuperſedetur in adminiſtratione. Vide Vincēt.de Franch. deciſ.419.n.1.Et electus pro officiali ad certum tempus lapſo illo tempore intra quod fuit impeditus ſeruire, non debet ſibi reintegrari aliud tantum tempus, quo fuit impeditus ſeruire vt per Vincent.de Franc.deciſ.419.num.2.& 3. optimè Valaſc. conſ.155.n.4.& 5.

10 In electione Ædilium iudex in camera votum non habet, prout iudicatum fuit Portucalenſi Senatu anno Domini 1600. die verò 22. Februarij Iudic.D.D.Aluaro Velhó, & Ludouico Daraujo, ſcriba Antonio de Mendoça. Quando dantur pares voces in electionibus forte dirimenda eſt quæſtio, quod iudicatum fuiſſe in ſupremo Senatu refert Melch.Phœbus deciſ.67.nu.1.&.2. vbi nu.3.aſſerit in hoc anno 1618.in eodem Senatu iudicatũ fuiſſe quod ſi dentur pares voces in electionibus quod noui ſuffragatores ſint euocandi ex proceribus ciuitatis.

Senatus Portucal. iudicauit.

Senatus Supplicat. iudicauit.

Ad Princip. Ordin. Regia.

1 In text.ibi (*com os homẽs bõs*) De viro bono, quod ſumatur pro iudice aſſerit Rebuff.ad l.73.ff.de Verbor. ſignif. ſub verbo viri, boni arbitrio, pag 352.vbi etiam reſoluit virum bonum pro vtili, vel recto accipi in l. Fideicommiſſatij in fine ff. de Fideicommiſſar. libert. ibi, vel bonis viris cõplutibus. Et in electionibus habetur reſpectus ad numerum perſonarum eligentium, non vero ad eorum qualitatem, & dignitatem, ita Phœb.deciſ.66 n.18.

2 In text.ibi (*tomarà em eſcrito o eſcriuão da camara*) Vide Gam.deciſ.184.

3 In text.ibi (*cunhados*) Etiamſi ſit maritus cognatæ propriæ, vel vxoris prout iudicatum refert in ſupremo Senatu Melchi. Phœbus deciſ. 66. n.14.&15.

Senatus Supplic. iudicauit.

4 In text.ibi (*as peſſoas que mays pertencentes lhe parecerem*) Qui ſint magis idonei vide Tiraq. de Nobilit. cap. 20. n.1.Capic.deciſ.27.n.8. Caſſan. in Catalogo gloriæ mundi p.8.conſid.36.Menoch. lib.6. de Præſumpt. q.59. nu.10. Auend. de Exequendis mand.p.1.cap.19. nu.16.cum ſeqq. Cabed.p.2.deciſ.84. in princip. Et poſſunt eligi viles perſonæ quoties Reſp. vel Eccleſia idoneorum hominum penuria laborat, quia tunc minus idonei muneribus obeundis admouentur. Vide Bobad.in ſua Politica lib.3.cap.4.n.38.Stephan.Gratian.Diſcept Forenſ.cap.186.n.53.

5 Originari ſemper præferuntur peregrinis vide Alciat de Præſumpt. reg.1.præſ.37.nu.1. Caſſan.in Catal. p.10.conſid.32. verſ.Licet enim, & p.11. conſid. 22. Menoch. lib. 5. de Præſumpt.q.12.num.5.Auendan. de Exequendis mand.p.1.cap.19. nu.17. Azeued.l.14.num.10.tit.3.lib.1.nouæ Recopil Cabed.p.1.deciſ.2. num.8. Melch.Phœb.d.deciſ.67.n.11. Præſumuntur enim magis diligere patriam vt per Rebuff.in Auth Habita Cod. Ne filius pag. 594. Mench. Illuſtri.cap.5.n.16.& cap.11 n.31. Horoſco en ſus Emblemas morales lib 2.

Originarij ſemper præferuntur peregrinis.

lib. 2. embl. 20. Flamin. de Reſignat. lib. 5. quæſt. 3. à num. 142.

6 Senes præferuntur iunioribus. Vide Sebaſt. Næui. ad l. 2. nu. 5. ff. de Vacat. muner. Menoch. conſ. 126. n. 22. & 26. Guillelm. in cap. Rainuntius verbo In extremis n. 6. Et de Senibus vide Fr. Emman. quæſt. Regul. tom. 3. q. 24. art. 2. Pined. in vita Diui Ioannis Baptiſtæ lib. 2. pag. 97. Et plus valet vmbra ſenis, quàm enſis iuuenis, quod ex Bald. refert Auiles in Proœm. ad capita Prætor. n. 18. pag. 17. In ſupremo Senatu iudicatum fuit quod Decurio electus qui ſit maior in ætate, eſt præferendus alij etiamſi priùs acquiſiuerit poſſeſſionem teſte Melch. Phœb. deciſ. 66. à princip.

Senatus Supplic. iudicauit.

7 Coniugati non coniugatis. Vide Caſſan. in conſuet. Burgund. rub. 4. in princip. gloſ. dic ſeigneur nu. 37. fol. 126. Menoch. d. q. 12. n. 6.

8 Filios habentes non habentibus. Vide Alciat d. reg. 1. præſūpt. 36. Menoch. d. q. 12. nu. 6. & habentes filios maſculos Monr. de Tutel. c. 35. n. 57.

9 Nobiles ignobilibus. Vide Tiraq. de Nobilit. cap. 20. n. 1. Menoch. lib. 6. de Præſumpt. q. 59 n. 10.

10 In text. ibi (*que na pouoação delles não achem os electores, &c.*) Neceſsitas enim multa fieri ſinit, quæ alioquin crimine non vacarent cap. 4. de Regulis iuris. Nobilis qui habitat in ciuitate, præfertur nobili qui rure habitat, nec debent eligi ad regendam ciuitatem ruri inhabitantes. Vide Boer. deciſ. 272. Auend. de Exequendis mand. p. 1. cap. 19. n. 19. Menoch. de Arbit. q. 99. n. 25. cum ſeqq. Et de illis qui habitant in ſuburbijs vide Rebuff. ad l. 138. propè finem ff. de Verbor. ſignif. Azeued. ad Curiam Piſanam lib. 2. cap. 5. n. 3.

In text. ibi (*contando ſegundo direito Canonico*) Fuerūt hæc verba de nouo appoſita in hac noua Recopilatione teſte Phœbo d. deciſ. 66. nu. 20. & 21.

AD §. IX.

Vide Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap. 184. vbi plura circa officia non continuanda.

2 In text. ibi (*mandamos que o que em hum anno for juyz, &c.*) Si hoc anno non ſeruierit quia ſuper eius electione lis mota fuit an in alio anno ſeruire debeat? & iudicatum refert in ſupremo Senatu quod non poterit in alio anno ſeruire Melch. Phœbus deciſ. 66. n. 17. & 18.

Senatus Supplic. iudicauit.

AD §. X.

In text. ibi (*poſto que de nòs tenha priuilegio para ſer eſcuſo dos officios, &c.*) Reguengarij ſunt exempti ab officijs etiam nobilibus concilij, quia Regalia prædia tenentur exarare, & ideo ab oneribus perſonalibus ſunt immunes iuxta text. in l. Semper verſ. Coloni ff. de Iure immun. ibi coloni quoque Cæſaris á muneribus ciuilibus, vel municipalibus liberantur, vt idoneores prædijs fiſcalibus habeantur, & cum hoc priuilegium ſit onerosūm non comprehenditur ſub verbis huius Ordin. quæ tantùm de gratioſo intelligenda eſt, & quando priuilegium eſt oneroſum tranſit in vim contractus, & non poteſt per Principem reuocari ex Bald. in l. Qui ſe patris n. 32. & ſeq. Cod. Vnde liberi, & eſt recepta traditio vt per Menoch. conſ. 113. nu. 9. & conſ. 307. n. 5. cum ſeqq. & conſ. 331. n. 66. P. Sanc. de Matrim. lib. 8. diſp. 33. n. 3. Gonzal. ad reg 8. Cancel. gloſ. 28. n. 23. Et in expreſſo pro hac ſententia cito conſ. Menoc. conſ. 156 n. 33.

F 4 vbi

vbi inquit quod in immunitate conceſſa alicui immunitas nihil exempto ſuffragatur vrgente bello, quando ex priuilegio, & liberalitate ſicque titulo lucratiuo fuit conceſſa vt loquitur l. Si ex toto ff. de legat. 1. ſecùs verò quando immunitas fuit conceſſa ex contractu, ſicque ex titulo oneroſo, nam tunc nullo belli caſu extinguitur, vel annullatur, vel etiam minuitur, ita docent Ioan. Baptiſt. à S. Seuerino in l. Omnes populi n. 181. ff. de Iuſtit & iure, qui ſcribit quod cum ciuitas Senenſis ſuperueniente magna, & graui penuria impoſuiſſet collectam gratia emendi frumentum, fuiſſe dubitatum an immunes ex pacto oneroſo tenerentur ad ſolutionem illarum collectarum, & concludit fuiſſe terminatum non teneri., idem etiam Vincent. de Franchis deciſ. 125. n. 6. reſoluit in priuilegio conceſſo ciuitati Baronti ex cauſa onetoſa, & in vim contractus, quod nec expreſſe potuit per Principem reuocari.

AD §. XIII.

1 In text. ibi (*os obriguem que venhão jurar*) Et interim quod non intrant Curiam ad iurandum non poterunt exercere officium. Vide Auiles ad Capita Prætorum in proœm. gloſ. en los caſos nu. 1. fol. 20. Azeued. ad Curiam Piſanam lib. 1. cap. 13. n. 5.

2 Reſpublica illa cenſetur beata, quam docti adminiſtrant Plate. in l. 2. nu. 2. Cod. qui ætate ſe excuſent lib. 10. D. Barboſ. in l. 1. ff. Soluto matrim. p. 7. n. 54. Et potius præmittenda eſt gubernari iuriſperitis quam alijs vt tradit Auiles ad cap. 1. Prætor. n. 5. pag. 45.

Ad tit. 68. Ordin. Regiæ. *In antiq. tit. 49. De Ædilibus.*

Dos Almotaceys.

1 DE Ædilibus vide plura apud Robert. Valtur. lib. 8. de re militari cap. 1. verbo Ædiles. Aymar. Ribar. lib. 2. hiſtoriæ ciuilis fol. 39. Budæ. in poſterioribus annot. ad Pandectas pag. 240. Et vnde dicantur vide Garci. de Nobilit. gloſ. 48. § 4. nu. 4. Et qui ſint Ædiles cereales vide Bobadil. in ſua Politica lib. 3. cap. 3. n. 3.

2 Apud Romanos ad Ædilitatem ſcribæ non admittebantur. Vide Alexand. ab Alexand. vbi Tiraq. lib. 4. dierum geneal. cap. 4. pag. 458.

AD §. II.

In text ibi (*poderà a parte appellar, ou aggrauar*) Vide Gam. deciſ. 80.

In text. ibi (*no titulo dos juyzes ordinarios*) Supra hoc lib. tit. 65. §. 23.

AD §. IIII.

Data neceſſitate vtpote quia milites præſidiales aduenerint poſſunt macellarij cogi dare plures boues, quàm ſint in contractu. Vide Auen. de Exequendis mand. p. 1. cap. 19. num. 35. Mexi. in tract. taſſæ panis concl. 4. num. 20.

AD §. X.

1 De vendentibus vinum limphatil vide apud Hiſpanos l. 8. & 9. tit. 16. part. 7. & l. 1. tit. 7. part. 6. Iſern. in Ærario conſt Neapol. verbo Artifices. Rebuff. tom 2. ad leges Galliæ tit. de hoſpitibus verſ. 12. concluſio pag. 276.

Digitized by Google

pag. 276. Sebaſt. Næui. ad l. Is qui in puteum 11. ff. quod. vi. aut clam. Azeued. l. 5. tit. 11. lib. 5. Recop. Bobadil. in ſua Politica lib. 3. cap. 4. n. 90. Et de vino veteri mixto cum muſto. Vide Auend. de exequendis mand. p. 1. cap. 19. n. 30. verſ. Quinto. Matienſ. l. 1. gloſ. 9. n. 6. tit. 14. lib. 5. nouæ Recopil.

2 Poteſt fieri ſtatutum contra ruſticos vendentes ligna, & vt pondus appareat maior, vtquè carius vendatur ſcindunt ligna, eaquè componunt ad fraudandos emptores, hi enim puniendi ſunt arbitrariè vt reſoluit Matienſ. d. l. 1. gloſ. 9. n. 9.

3 De vtentibus falſis ponderibus, & menſuris. Vide Marant. de Ordine iudic. p. 4. diſt. 11. tit. iudicium ſeculare, & ecclesiaſticum à num. 44. Menoch. de Arbitr. caſu 317. Matien. l. 2. gloſ. 5. & 6. tit. 13. lib. 5. nouæ Recopil. Mexi. in tract. taſſæ panis concl. 5. à n. 30. Ludouic. Rodolph. Vari. quæſt. lib. 2. q. 40. nu. 13. vbi per totam q. 40. aſſerit ſcientiam requiri in vtente falſis ponderibus vt criminaliter puniri poſsit.

4 In text. ibi (*paguem para o conſelho cem reys*) Nota quod decuriones ſtatuto poſſunt augere pœnam iuxta doctrinam gloſ. verbo Tolli in Clem. Ne Romani de Elect.

AD §. XII.

1 In text. ibi (*& ponhão nelle almotaceria*) Vide Afflict. in cap. Poſt natale n. 6. de pace ten. lib. 3. fol. 51. Iudex etiam ciuitatis poteſt taxare, & reuidere maximè ad querelam vendentis, vel procuratoris populi, ſeu Concilij ex Mexi. in tract. taſſæ panis concl. 4. n. 13.

2 Nota quod macelli vulgo *carniceiros* poſſunt compelli exercere artem ſuam etiam inuiti hoſpites recipere ſecundum Angel. in l. 1. §. Ait prætor ff. de Poſtulando Deci. in l. Inuitus ff. de Regulis iuris. Caſſan. in Catalogo p. 11. conſid. 32. Flamin. de Reſignat. lib. 5. q. 3. num. 219. Sebaſt. Næui. ad l. 3. n. 25. ff. de Mun. & hon.

3 Decuriones poſſunt taxare numerum cauponarum ex Cabed. p. 1. deciſ. 74. n. 3.

4 Qua pœna puniantur macellarij ſi carnes infirmitate mortuas vẽdant? Vide Menoch. de Arbitr. caſu 382. n. 6. cum ſeqq. Mexi. in tract. taſſæ panis concl. 1. verſ. Y por el conſiguiente. Bobadil. in Politica lib. 3. cap. 4. n. 99.

AD §. XVI.

In text. ibi (*affilar*) Nota quod illud pondus dicitur falſum quod nunquam tranſiuit per manus affinatorum. Vide Maſcard. de Probat. concl. 1044. n. 5. Bobad. in ſua Politica lib. 3. cap. 4. n. 105.

AD §. XVIII.

1 Vide Plat. lib. 6. de legibus ibi curent ædiles vt vbes, quàm mundiſsima ſit, Platin. lib. 2. de optimo ciue ibi ædilium munus eſſe putabatur curare vt fora, vici, ſtratæ, viæ publicæ, cloacæ, aquæductus, cæteraquè ædificia lauta, munda, integra, expedireque aſſeruarentur, tum ad vtilitatem, tum ad ſalubritatem ciuium l. 1. & 3. ff. de via publica Petr. Gregor. Syntag. iuris. lib. 1. cap. 2. n 5. optimè Bobadil. in ſua Politica lib. 3. cap. 6. á princip.

2 In text. ibi (*nem ſe entupão os canos da villa*) Nec via iuxta l. ædiles ff. de via publica, quamuis ſit vicinalis, quã nos *beco* appellamus ex Syl. conſ. 60.

In

3 In text.ibi*(nem a ſeruidão das agoas)* Vide D. Thom. lib.1. de reginine Principis cap.2. ibi, ſicut aer temperatus,ita & ſaluber aqua eſt inquirenda, ex his enim maximè pendet ſanitas corporũ,quæ ſæpiùs in vſum hominum aſſumuntur Conſtant. Cæſar in ſua Agricultura lib.2. cap. 6. aquarum præ omnibus curam habere oportet non ſolùm propter aquæ fructum,ſed etiam quod temperatiſsimum aerem faciat ſicitatibus aborris, optimè Bobadil d.lib.3. cap.6.à n.17. Et plures quæſtiones de aqua adducunt Iaſ. & alij in repet.l.quominus ff.de Fluminib.Maſcard. concl.122.à nu.1. Et ſpurcare aquam fontium, & riuorum prohibitum eſt vt per Caſſan. in Catal. p. 12. conſid. 18. col. 13. Sebaſt.Næui. ad l. Is qui in puteum n. ff. quod vi aut clam. Et de toxicante aquam fontanam Farin. in Praxi crimin. p. 5. q.122.n.12.

AD §. XIX.

In text.ibi *(a cada hum ante as ſuas portas das ruas)* Vide l.3.ff.de via publica. Auil. ad cap 17. Prætor. gloſ. eſten num.2.Auend.de Exequendis mand.p.1.cap.19.nu.38. Bobadil.in ſua Politica lib.3.cap.6.n.8.Nec ſufficit ſi in lateribus viæ ponantur. Vide Afflict. in cap 1. §. Viæ nu.28. quæ ſint regalia lib.3. fol.195. Bertachin.verbo Via n. 29.

Clericos, & eccleſiaſticas perſonas comprehendunt diſpoſita in hoc §.vt per Bobadil.d.cap.6. nu.5. Mexi. in tract. taſſæ panis concl. 5. n.70.

AD §. XX.

Vide l. 3. in fine ff. de via publica ibi non permittant ſtercora proijcere,nequè morticinia, nequè coria iacere. Bart. in l. Ædiles ff. de via publ. Rip.de Peſte in princip. & de remedijs præſeruat. contra peſtem p.2.verſ.Tranſeo nu.74. Auend. de Exequendis mand.p.1.cap.19. n.38. Bobadil. in ſua Politica lib.3. cap.6. n.3.& 4. Et poteſt quis conqueri de malis odoribus vicinorum ex Stephan.Gratian.Diſcept.Forenſ. cap. 186. n.17.

AD §. XXII.

1 In text.ibi *(das demandas que fizerem, &c.)* Non tamen habent iuriſdictionem ad deſtruenda ædificia iam facta prout iudicatum vidi Portucalenſi Senatu in cauſa Franciſci Tarejo Vimaranenſis, Intereſt enim Reip ædificia non deſtrui,cum hoc pertineat ad decus vrbis vt per Stephan.Gratian.Diſcept.Forenſ. cap. 32. n.19. Qui etiam vicino ſciente, & patiente opus fecit, non poteſt idem vicinus agere vt opus deſtruatur ex l. Labeo ff. de aqua pluuia Franc.Marc.deciſ.497.n.17. & nu. 26.D.Barboſ.in l. Quæ dotis n.71. ff. ſoluto matrim. Cauſa interdicti vnde vi ſeruitutum coram iudice ordinario eſt diſcutienda ex Cabed.p.1. Areſto 5.

2 In text.ibi*(ou ſobre eſtercos, & immundicias, ou agoas que ſe lanção)* Vide Bobadil. in ſua Politica lib.3. cap.6. à n.20.

3 Sues per plateas ambulare non debent permitti, & ſatis commendat Petrarch.de Republ.bene adminiſtranda ibi, porcorum grunientium, ac ſolum ſuffudientium fœdum ſpectaculum è callibus remouendum eſt, ac pœnis ſanciendum, vt qui porcos habent rure eos alant, aut domi includant, repertos verò in pu-

in publico quicunquè voluerit impune eripiat, refert, atquè alia eleganter adducit Bobadil. in ſua Politica lib. 3. cap. 6. n. 15.

AD §. XXIII.

1 In text. ibi (*dentro da villa, ou ſeus arrabaldes*) Dubitatum fuit in cauſa Domnæ Ioannæ Lamacenſis, & Antonij Cardoſi cæpta cotam iudice de Britiande an prædictus Antonius poterat ſeuſynam facere, & nouum opus nuntiare in quoddam mollendino, quod prædicta Ioanna in villa ſua ædificabat, ea ſcilicet ratione quod illi præiudicium inferebat, aquam impediens ne in ſuos agros, & mollendinum efflueret, & iudicatum fuit hoc fieri non poſſe, & licitè iudicem qui illud ſequeſtrum vulgò embargo fecit, poſſe ipſum tolelre, quia nulliter, & de facto fuit poſitum, & quæ de facto fiunt, de facto poſſunt reuocari gloſ. verbo Seius in l. Minor 25. annis ff. de Euict. Eſt enim receptiſsima ſententia in hac materia quod pro ſeruitutibus ruſticis non competit nunciatio noui operis per l. Qui viā ff. de noui operis nunt. Gom. l. 46. Tauri n. 24. Iaſ. in l. 1. §. fin. ad finem ff. de noui operis nunt. quod ſine dubio procedit in ſeruitute diſcontinua, vt eſt ſeruitus aquæductus, & aliæ ſimiles vt optimè aduertit Alciat. d. l. Qui viam nu. 4. & lib. 3. Paterg. cap. 24. Per hæc ita vidi iudicatum Portucalenſi Senatu anno Domini 1589. iudic. D. D. Ignatio Ferreira, Ludouico Galuão, ſcriba Gaſpare Soeiro.

Senatus Portucal. iudicauit.

2 In text. ibi (*fizer mays obra ſem mandado de juſtiça*) Nota quod ſi tranſactis tribus menſibus cauſa non ſit finita poterit præſtita cautione de demoliendo ſuis ſumptibus, opus perficere. Ita probat text. in l. Vni. Cod. de noui operis nunt. cap. 2. 3. & vlt. eod. Iaſ. in l. 1. ff. eod. Viui. tom. 2. Commun. Opin. lib. 8. tit. 6. nu. 6. pag. 338. Bernard. Græuæ. ad Pract. Cameræ Imper. lib. 1. concl. 16. á nu. 17. latè circa materiam. Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap. 384.

3 Nota quod ſi conſtaret euidenter de iniuſtitia, & malitia nunciationis iudex non debet pati quod opus dimoliatur: quamuis prohibitio præceſſerit arg. text. in l. æquiſsimum 2. in princip. de bonor. poſſeſſ. ſecundum tab. Bonacoſ. Commun. crimin. p. 2. verbo Nuntiario fol. 54. & verbo Opus nouum fol. 55. Gregor. l. 8. verbo fuere rebelde titul. 32. part. 3. Surd. conſ. 154. n. 20. & vide caſum per eundem deciſ. 168. á n. 9. optimè Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap. 84. n. 36. cum ſeqq.

AD §. XXIIII.

1 In text ibi (*& alçarſe quanto quizer*) Nota licitum vnicuique eſſe ædificium ſuum vſque ad cœlum extollere per l. Altius Cod. de Seruit. & aqua reſoluunt Menoch. de Arbitrar. caſu 156. Aldouin. conſ. 10. n. 5. cum ſeqq. Brunot. á Sole in locis commun. verbo Ædificate, Cardoſ. in Praxi. iudicum verbo Ædificate, & verbo Seruitus n. 34. P. Molin. de Iuſtit. rom. 3. tract. 2. diſp. 709. á n. 1. Bernar. Græuæ. ad Practicam Cameræ Imper. lib. 2. concl. 69. n. 1. Cabed. p. 1. deciſ. 152. n. 1. vbi n. 2. reſoluit hoc non procedere quoties quis propè monaſterium ædificat, quod ſibi non proſit, Eccleſiæ vero, aut monaſterio noceat, & adde Padillam in d. l. Altius n. 19. Gail. lib. 2. obſeruat. cap. 69. num. 23. & cauſa

Ædificiū ſuum vſque ad cœlum extollere vnicuique licet.

ſuper

ſuper feneſtris,& ianuis, & alijs quæ ſuper atria eccleſiæ aperiuntur, debet coram ædilibus, & decurionibus tractari non coram iudicibus eccleſiaſticis ita iudicatum fuiſſe aſſerit Cabedus vbi proximè n.3.

2 Nota quod in æmulationem vicini ædificatio permiſſa non eſt. Ita Menoch. d.caſu 156.n.3.& lib.6. de Præſumpt q.29 nu.28 Theſaur. Pedam.deciſ.16.ſub n.10. Viui.Neapol.deciſ.306. num.6. & deciſ.493. Maſcard.de Probat.concl.620.n.15. Idem in fortalitijs reſoluit Alex. Raudenſ.reſp.7.n.31.& reſp.10. nu. 271.vol.1.& reſp.1.n.21.vol.2. Dicetur autem fieri ad æmulationem quando ædificās nullam vtilitatem ex eo ædificio percipiat vt per Phœbos deciſ.73.n.10.

3 In text.ibi (*direito da porta, ou janella, ou freſta do outro ſeu viſinho*) Nota quod vicinus non poteſt de nouo ædificare portas, vel feneſtras directò aduerſus ianuas, vel vicini feneſtras. Ita Phœbos deciſ.73.á n.6.

Senatus Supplic. iudicauit.

AD §. XXV.

In text.ibi(*feito janella*)Quid ſi illam habeat clauſam, & ea non vtatur? Vide doctrinam gloſ. in l. Si ſic conſtituta ff.quemadm.ſeruit.amitr. Bart.in l.In filijs Cod. de decurion. lib.10 & faciunt quæ in ſimili Xuar. in proœmio legum fori nu.15. cum ſeq.

AD §. XXVI.

In text.ibi(*beco*) Appellatur via vicinalis Syluan. conſ.60. Afflict. in cap.1 §.Viæ num.6.quæ ſint regalia lib 3.fol.194. Et quæ dicatur? Vide Maſcard. de Probat. concl. 1404. Viui.tom 1. Commun. Opin. lib.4. tit.26.nu.155. in princip. verſ. Quod interpretatur pag. 629. Ioſeph. Ludou.tom.3.Commun.Opin.titul.de Via,actu, itinere, &c. concl.1. verſ. Vicinales pag. 577. Surd. deciſ.42. n.16. Et ſi ab vtraque parte tendat ad viam publicam, tunc dicitur via publica ex Syluan.conſ.96.n.1. Afflict.deciſ.62. hanc etiam appellant traueſſam.vel quelham Luſitanè, & Latinè angiportum.

AD §. XXVII.

Vide Cæpol. de Seruit. vrban. cap.61.de Feneſtra. Menoch.de Arbitrar.caſu 156.n.4. ad hoc quod vicino non licet habere feneſtram verſus vicinum ad illius æmulationem.

AD §. XXX.

Vide Afflict.in cap. 1. de feudi cognit.n.20.& in cap.1. §.Viæ n. 17. quæ ſint regalia lib.3.Auend.de Exequendis mand.p.1.cap.19.nu.39. ad hoc quod prohibentur occupationes viarum, & exitus ciuitatum, & locorum,ſi occupatio eſt perpetua, ſecùs ſi eſſet temporalis.

AD §. XXXI.

1 Vide Afflict. in cap.1. §.Viæ n.11. & 17.quæ ſint regalia lib.3.& in cap. 1. de feudi cognit.nu.20.lib.2. fol.3. vbi de conſuetudine in contrarium. Iaſ.in l.De quibus n.51. ff. de Legib.

2 Nota quod pōs non poteſt fieri ſupra viam publicam vide Afflict.d. §.Viæ n.12.fol.194. l.8.titul.7. lib.7. nouæ Recopil.Surd deciſ.42. nu.8. cum ſeq. Bobadil. in ſua Politica lib.3.cap.6. nu.3. Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap.84. num. 24. cum ſeqq. vbi de primo gradu ſcalarum, de mercibus, de truncis arborum,

borum, per quæ impeditur liber tranſitus per viam.

AD §. XXXII.

In text. ibi (*fiqua do concelho*) Non poterat enim fieri hæc conſtructio ſine illius licentia ex l 2. §. Si quis à Principe ff. Ne quis in loco publico, quia ſolum publicum debet eſſe liberum vſquè ad cœlum vt per Bald. in l Item lapilli n. 8. ff. de rerum diuiſ. Stephan. Gratian. diſcept. Forenſ. cap. 84. n. 24. & ſeq.

AD §. XXXIII.

1 Nota quod ſi quis promiſit non aperire feneſtram in ſuo pariete cum verba ſonent in factum non videbitur ſeruitus conſtituta, ſed pactum quoddam perſonale, quod non ligat particularem ſucceſſorem. Ita Specul. tit. de Empt & vend. §. Sciendum n 24. Rip. in l. 1. §. Si hæres n. 4. ff. ad Trebel. Hyppol ſing. 334. D. Barboſ. in priuatis ſcholijs ad l. Apud Iulianum 40. §. Si quis alicui n. 3. ff. de Legatis 1.

2 In text. ibi (*de hũa vara, & quarta*) Vide l. Si cui, & l. Meniana Cod. de Ædific. priuat. & apud Hiſpanos l. 25. vbi Gregor. verbo Quanta tit. 32. part. 3.

3 Nota quod ſi feneſtra fiat ſuper ſolo relinquenda eſt menſura, ſecùs ſi ſuper tecto. Vide D. Barb. in priuatis ſcholijs ad l. 1. ff. familiæ herciſc. nu. 16. faciunt quæ Cæpol. de ſeruitut. vrban. cap. 28. n. 7.

AD §. XXXIIII.

Quid ſi paries communis ſit an poſſit facere caminum vide l. Quidam Hiberus ff. de Seruit. vrban. præd. l. Si ſeruus §. Si furnum ff. ad legem Aquil. Et ſi quis fecerit parietem communem ad ſuum cõmodum, & propter ſe, alter vicinus non tenetur ad expenſas illas factas in dicto communi pariete ex Hipol. conſ. 25. n. 14. & conſ. 10. n. 46.

AD §. XXXVI.

1 Vide de materia l. Si ædes, & l. Sabinus ff. communi diuid. l. Quidam Hiberus §. Parietem ff. de ſeruit. vrban. præd.

2 In text ibi (*& não conſtar, &c.*) Quando paries eſſet communis in extremitatibus pręſumi quoquè eſſe cõmunem in medio reſoluunt Honded. conſ. 80. n. 23. lib. 1. Syluan. conſ. 60. n. 16. Maſc. de Prob. concl. 1144. & concl. 328. n. 8. cum ſeq. Menoch. de Præſumpt. lib. 6. q. 73. n. 19. Surd. conſ. 126. n 12. cum multis ſeqq. Stephan. Gratian. Diſcept Forenſ. cap. 263. n. 3. cum ſeqq. Et generale eſt vt media præſumantur eſſe illius, cuius ſunt extrema ex Menoc. conſ. 1101. n. 5.

AD §. XXXVII.

In text. ibi (*faça à ſua cuſta*) Vide l. Si nec, & l. Si ædes Cod. Communi diuid. Hippol. conſ. 10. n. 46. vbi tenet quod ſi vicinus meus fecit parietem inter ſe, & me, principaliter tamen propter ſe, quod licet afferat vtilitatem mihi, tamen ipſe vicinus non poterit petere à me partem expenſæ, quia attenditur principalis intentio ipſius facientis parietem.

AD §. XXXXI.

In text. ibi (*podeſe acoſtar a elle*) De iure communi nullo modo poterat

aliquis ſe muro coniũgere, ſupponere, nec immittere l. Sacræ §. Muros, & l. Sanctum eſt ff. de rerum diuiſ. l. 22. vbi Grego. tit. 32. part. 3. Petr. Iacobi in Pract. ſub tit. de foſſatis, & muris. Rebuff. ad l. 157. ff. de verbor. ſignif. pag. 547. Ranch. p. 3. deciſ. 128. Boer. deciſ. 232. n. 4. vbi an poſſit perforare murum.

AD §. XXXXII. & vlt.

In text. ibi (*paſſarem tres meſes*) Vide l. 1. Cod. de noui operis nunt. Cardoſ. in Praxi iudicum, & aduocat. verbo Nunciatio noui operis n. 8. & de opere demoliendo vide Steph. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap. 84. à nu. 1. Bernard. Græuæ. ad Practicam Cameræ Imperialis lib. 1. concl. 16. nu. 17. cum ſequentibus vbi agit de cautione præſtita poſt tres menſes de opere demoliendo.

2 In text. ibi (*não ſeja mays ouuido*) Intellige oppoſita exceptione per ea quæ Tiraq. in l. Si vnquam verbo Reuertatur nu. 212. & ſeq. Gutier. Pract. lib. 1. q. 96. n. 11. Bonacoſ. tom. 2. Cõmun. Opin. li. 3. tit. 4. n. 9. pag. 381. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloſ. 56. n. 93. & gloſ. 66. n. 45. & ſeq. D. Barb. in priuatis ſcholijs ad rub. ff. ad Trebel. nu. 4. & vide addita infra lib. 3. tit. 20. §. 37.

Ad tit. 69. Ordin. Regiæ.

In antiq. tit 50.

Do Procurador do Concelho.

De Procuratore cõcilij.

NOta quod nobilis non poreſt Procuraror concilij eligi, ſi in oppido, vel ciuitate cõſuetudine introductum non erat ad tale officium nobiles vocari. Vide Cabed. p. 1. Areſto 89.

Ad tit. 70. Ordinat. Regiæ.

In antiq. tit. 51.

Do Theſoureiro do Concelho.

De Theſaurario concilij.

Ad Princip. Ordinat. Regia.

IN text ibi (*& não receberà, nem deſpenderà couſa algũa, &c.*) Vide l. 1. Cod. de conuent. fiſci debit. lib. 10. Cott. in Memorab. verbo Libri pag. 544. ad hoc quod libri conſulum villarum, in quibus ſcribuntur collectæ, quæ diætim occurrunt non faciunt fidem niſi per notarium ſubſcribantur.

Ad tit. 73. Ordin. Regiæ.

Dos Quadrilheiros.

HIC titulus habuit ortum á titulo de Irenarchis lib. 10. Concordat àpud Hiſpanos l. 12. tit. 26. part. 2. Vide Caſſan. in Catalogo p. 6. conſid. 14. Clar. lib. 5. § vlt. q. 7. n. 4. Sebaſt. Næui. in l. Munerum 18. n. 8 de Muner. & honorib. Bobad. in ſua Politica lib. 1. cap. 13. n. 20. & lib. 2. cap. 13. n. 61. & lib. 4. cap. 7. nu. 16. Et de cuſtodibus damnorum datorum an ſint miniſtri iuſtitiæ? Dic quod ſic, vt ſunt *os jurados, & vintaneiros* vide Farin. conſ. 65. n. 36.

AD §. II.

1 In text. ibi (*ou outros crimes*) De iſtis denuntiationibus vide Felin. in cap. Sicut olim de Accuſat. & in cap. Si perfodiẽs n. 2. de homic. Menoch. de Arbitr. caſu 323. nu. 13. cum ſeqq. Clar. lib. 5. § fin q. 7. & vide quid Hippol. conſ. 85. n. 27. Gregor. l. 6. verbo Eſcogidos tit. 17. part. 3.

Denun-

Denuntiatio nō requiritur ſi offenſus præueniat in accuſādo maleficium.

2 Denunciatio non requiritur ſi offenſus præuenit in accuſando maleficium, ſeu iudex in inquirēdo. Vide Iaſ. in l. Cum ſeruus n. 5. ff. de Verbor. Pereg. de Iure fiſci lib. 2. titul. 5. n. 18. Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap. 163. n. 8 Nec pro leui delicto. Vide Hippol. in l. Vnus §. Cognitutū n. 30. ff. de quæſt. Iaſ. in l. Sciendum nu. 13. ff. qui ſatiſdare cogantur. Strach. de Mercat. p. 1. n. 85. Hippol. conſ. 103. n. 18. Tiraq. de Iudicio in rebus exig. pag. mihi 54.

3 Omittens accuſare, vel denūciare quando tenetur accuſare, vel denunciare ex officio, peccat, & contra charitatem vt plurimū, & proinde ad reſtitutionem damni illati tenetur. Ita Sayr. in Claui Regia lib. 12. cap. 14. n. 12. cum ſeqq.

4 Quid ſi plene non conſtet de delicto commiſſo? Vide Steph. Grat. Diſcept. Forenſ. cap. 163. n. 15. vbi reſoluit quod ſtatutum vt quilibet teneatur capere malefactorem, tunc demum arctabit, quando conſtaret de plena ſcientia maleficij, ſi imponatur pœna corporalis, cum aliàs ſufficeret ſcientia per famam, aut ſuſpicionem, vt quia malefactor fugiebat, & rumor erat poſt eum, ex hoc enim inducitur ſuſpicio, & præſumptio, idem concludit Surd. deciſ. 221. n. 14.

Ad tit. 74. Ordin. Regiæ.

In antiq. tit. 55.

Dos Alcaides mòres.

Vide apud Hiſpanos l. 2. & 6. tit. 18. part. 2. Bobad. in ſua Politica lib. 1. cap. 10. n. 50.

1 De caſtrorum cuſtodia nō deſerenda, & pœnis impoſitis deſerentibus agit larè Balthaſar Ayala de iure & officio belli lib. 3. cap. 18.

2 Dominus fortalitij non poteſt compellere ſubditos ad cuſtodiam nocturnam faciendam in caſtro, vel fortalitio. Ita Garci. de Expenſis cap. 9. n. 40.

3 Caſtra debent per dominos cuſtodiri, & reparari tempore pacis, & belli, & non expenſis communibus. Vide Mench. Illuſt. cap. 6. Cott. in Memorabil. verbo Fortalitium.

Ad Princip. Ordin. Regiæ.

1 In text. ibi (*deue ſer esforçado*) Fortitudo, & magnanimitas ſociæ ſunt nobilitatis. Vide Luc. de pœna in l. Vni. Cod. de Theſaur. lib. 10. & Iuuen. Satyra 8. Quis generoſū putet niſi fortia.

2 In text. ibi (*porque aſsi ſe eſperarà, &c.*) Vide Bobadil. in ſua Politica lib. 1. cap. 4. n. 5. & 6.

Ad tit. 75. Ordin. Regiæ.

In antiq. tit. 56.

Dos Alcaides piquenos das Cidades, & Villas.

Vide Clar. lib. 5. §. vlt. q. 28. n. 7. Bonacoſ. Commun. crimin. p. 2. verbo Capere fol. 8. verſo. Bobad. in ſua Politica lib. 1. cap. 13. n. 10. vbi agit de origine nominis *Algazil*, & n. 38. quod vile ſit eius officium

Ad Princip. Ordinat. Regiæ.

1 In text. ibi (*mas naturaes de noſſos Reynos*) Naturales qui ad officia aſſumuntur exteris ſunt præferendi. Vide Perez ad titul. 2. lib. 7. Ordin. pag. 414.

2 In text. ibi (*que nunqua mays poſſa ſeruir de Alcaide*) Nota quod depoſitus ab officio propter ſuum delictū

Digitized by Google

non poteſt ad aliud ſimile illi, quo quidem priuatus eſt, redire. Vide Azeued.l.9.nu.4. tit.23. lib.4. nouæ Recop.Curi.Philip. p.1.§.2. nu.37. Auil.ad cap.1.Prætorum verbo Officio n.16.

AD §. III.

In text.ibi (*porque onde os concelhos eſtão de poſſe, &c.*)Forma, & conſuetudo, & lex antiqua in creatione officialium eſt ſeruanda. Vide l. Super creandis Cod.de Iure fiſci lib.10.Perez l.23.in princip.titul.2.lib.7. Ordinat. pag.413.

AD §. VIII.

In text.ibi (*pagalo ão por ſeus bẽs*)Ergo in perſona non punietur, quia qui non delinquit nunquam tenetur pœna corporali pro alio gloſ. ſingularis in l. Obſeruare §.Proficiſci ff.de officio proconſ. quam allegat ad hoc Xuar.de Fideiuſſ.in cauſa crimin.fol.113.col.1.

AD §. X.

Sine mandato iudicis non licet delinquentes capere. 1 In text.ibi(*& prenderà por mandado dos julgadores*)Vide Bonacoſ.Commun. criminal. p. 2. verbo Capere fol.8. verſo. Perez l.1.titul.14. lib.2. Ordinam.pag.324. Corre.à Saa in Comment.ad lib.5.Ordinat. fol.31. nu.50.cum multis ſequentibus Bobadil. in ſua Politica lib. 1. cap. 13. num.2.& 16. Et plures caſus,in quibus licitum eſt delinquentes capere ſine iudicis mandato refert Farin.in Praxi crimin.p.1.q.32.à n.34. Si non deferat boletinum poteſt ei reſiſti, niſi copia ſuperioris adeſſet coram quo de exceſſu conqueri poſſet. Ita Azeued.l.7.n.4.titul.23.lib.4. nouæ Recop.Farin.d.q.32.n.31.

2 Quid ſi ille qui capiendus eſt ſe intra donum contineat, & clauſis oſtijs, & feneſtris nolit commentarienſi aperire? Dic poſſe cõmentarienſem frangere etiamſi in mandato non contineatur, Ita Farin.d.p.1. q.27.n.93.& ſeq.

AD §. XI.

1 In text.ibi (*ſerà em eſcrito*) Vide l. Neminem Cod.de Exhibendis reis l.Cũ clericus Cod. de Epiſc.& cler, cap.1. de Iudic. Apud Hiſpanos l.1. tit.9.part.2.vbi gloſ.verbo Sin mandado,& l.2.tit.29.part.7.& l.7.ti.23. lib.4.nouæ Recop.Gom.tom.3.cap. 9. n.3. Perez l.1.tit.14.lib.2. Ordin. gloſ.1.in fine.Petr.Greg.Syntag.iuris p.3.lib.47.cap.40.n.18.& lib.32.cap. 6. n.5. Auiles ad cap 1. Prætor.fol. mihi 26. Menoch.de Præſumpt.lib. 2. q.24.nu.15. Bobadil.in ſua Politica lib.1.cap.13.n.16 & 17.

2 In text.ibi (*& iſto não auerà lugar quando o julgador mandar ao Alcaide, &c.*) Vide Bald.in cap.Cum parari col.3. de Appellat. Perez d.l.1. gloſ. Vni.in fine. Bobadil.d.cap.13.nu.16. in fine.

3 Nota quod repertum in fraganti delicto apparitor apprehendere poterit,etiamſi mandatum iudicis non habeat. Vide Farin.in Praxi crimin. p.1.q.21.n.137.cum ſeqq.

AD §. XII.

Vide Corre. de Saa in fragmentis ad lib.5. Ordinat. Regiæ fol. 33. nu.73.ad hoc quod apparitores,qui apprehendere non poſſunt ſine iudicis mandato,idcirco nec relaxare, niſi id prius expreſsè imperet iudex, cui & prehendere,& cuſtodiam relaxare incumbit ex officio.

In

In text. ibi (*ſoltem peſſoa*) Nota cuſtodi culpam minui, ſi dum virum nobilem captum haberet, laxauit habenas credens ei dicenti ſe non fugiturum. Vide Azeued. l.12. n.6. cum ſeqq. & n.20. tit.23. lib.4. nouæ Recopilat.

Ad tit.77. Ordin. Regiæ.

In antiq. tit.58.

Dos carcereiros das Cidades, & Villas, & das carcerages.

1 HÆC Ordinatio ampliata eſt per aliam, quæ inſerta eſt in fine voluminis Ordinat. pag. mihi 177.

2 Pro ſalario cuſtodiæ poteſt carceratus retineri. Vide Guid. q.448. Clar lib 5 § fin. q.62. nu.10 Surd. de Aliment. tit.8. priuil 62. n.16 Perez l.12. tit.14 lib.2. Ordin. pag 336 & l. 25. eod. tit. & lib. pag. 345. vbi reſoluit quod non detinebitur ſi pauper ſit.

3 Et pro cibarijs datis carcerato retinetur ex Stephan Gratian. Diſcept. Forenſ. cap.80. n.14. Aduerte tamen quod carcerato prohibens victum præſtari punitur ex Surd. d. tit.8. priuil.78. n.10. Non tamen cuſtos carceris poteſt carcerato vendere panem, vinum, & alia, propter prohibitionem Ordinationis ſupra tit.33. §.10.

4 Contractus factus inter cuſtodem carceris, & carceratum non valet. Vide Rebuff. ad l.48. ff. de Verbor. ſignif. pag.256.

AD §. II.

1 In text. ibi (*que não tragão ſoltos*) Intellige cum Farin. in Praxi crimin. p.1. q.27. n.98. cum ſeqq.

2 Nota negligentiam præſumi in cuſtode carcerum, ſi carceratum prout debeat in vinculis non tenuit, ex Farin. d. p.1. q.31. n.34.

AD §. III.

1 In text. ibi (*por culpa*) Nota quod ſemper præſumitur ſua culpa iuxta text. in l. vlt. circa med. ff. de cuſtod. reorum. Clar. lib.5. §. vlt. q.68. nu.8. Azeued. l.12. n 16. cum ſeq. titul.23. lib.4. nouæ Recop. Farin. in Praxi crim. p 1. q.31. n.170. vbi dicit quod cuſtos dicitur negligens, & in culpa quando poſuit carceratum contra mandatum iudicis in aliquo loco non tuto ex eo poſtea aufugit.

2 Nota quod cuſtos non eſt in aliqua culpa, vel negligentia, ſi carcerati aufugerint ex carcere aliquo fortuito caſu, tunc enim excuſatur in totum, nec in aliquo tenetur, per text. expreſſum in l. Milites ff. de cuſtodia reorum reſoluit Farin. d.q 31. n.149.

3 Amplia primò cuſtodem ſcilicet excuſari ex fuga carcerati, ſi nobilis, & bonæ opinionis carceratus pro paruo debito, vel leui cauſa criminali detentus ab illo ſit in latioribus ſtantijs, & carceribus, à quibus aufugit. Vide Tiraq. de Nobilitate cap.20. n.27. & 28. Grammat. deciſ. 14. num.3. Caſſan. in Catalogo p.8. conſid.34. Perez l 12. titul.14. lib.2. Ordin. pag 335. Boer. deciſ. 217. nu.9. Azeued. d. l.12. n.8. tit.23. lib.4 nouæ Recopil. Cott in Memorab. verbo Nobilitas pag.602. Palat. in repet. cap. notab.6. §.7. nu.10. Gutier. de Iuram confirm. p.1. cap.16. nu.4 Menoch. lib 6. de Præſumpr. q.59. nu.3. Bobadil. in ſua Politica lib.1. cap.13. num.27. & lib.3. cap.15. num.132. Farin. d.q.31. num.145. & ſeq. Cald.

Pereira de Empt.cap.34.num.42.
4 Amplia ſecundò in ſenibus, & infirmis carceratis,quos veroſimiliter cuſtos non ſuſpicatur quod aufugere poſſent ex latioribus carceribus,in quibus ſtare permiſit, quia excuſatur licet aufugerint. Ita Farin.d.q 31.n.148.
5 Amplia tertiò procedere quando carceratus præparauit fugam aliquo proditorio modo, qui non poterat à cuſtode præuideri ex Farin. d.q.31.n 159.
6 Amplia quartò quando carcerati aufugerent fracto muro,ſi cuſtos non fuit negligens in officio ad ſciendum ſit ne ferrum, vel venenũ in carcere. Vide Bonacoſ. Commun.crimin.p.1. verbo Carceris cuſtos fol.21.Perez l.12. titul.14 lib.2. Ordin.pag.335. verſ.Quarto. Farin. d.q.31.n.165.
7 Amplia quintò in fuga carcerati facta cum violentia, cui idem cuſtos reſiſtere minimè poterat. Vide Farin.d.q.31.à n.166.
8 Amplia ſextò ſi reliquit cuſtodiam viro fideli,qui communiter talis, & diligens reputabatur. Vide Tiraq. de Pœnis temper. cauſa 51. n.57.Mench.Illuſtr.cap.32.n.6. Farin.d.q.31.n.49.cum ſeqq.
9 Amplia ſeptimò ſi carceratus iuit de licentia cuſtodis per ea quæ reſoluit Surd.de Aliment.tit.9.q.17. n.10. Et is qui exijt è carcere cauſa voti cuiuſpiam implendi ſtatim reuerſurus,non dicitur aufugere,quãuis cuſtos qui id permiſit, teneatur, niſi ex conſuetudine excuſetur ex Bald.in l.1. Cod. de Ædilit. Action. nu.17. Tiraq. in l. Si vnquam verbo Suſceperit liberos n.179 Et exiens à carceribus iuſſu cuſtodis pro confeſſo non habetur reſoluit Maſcar. de Probat. concl.820. nu.19. Melchior Mendez prætorienſis carceris cuſtos facultatem conceſsit Sebaſtiano de Carualho apud ſe carcerato eundi foras,quem Prætor extra carcerem inueniens, apprehendit,dicens caſum eſſe elogij, ſed in Senatu Portucalenſi anno Domini 1607. die verò 18. Auguſti indicatum fuit ex hoc fugam non argui, nec caſum eſſe elogij, iudice D.Antonio Aluarez Sanchez criminali auditore, ſcriba Franciſco de Souſa. *Senatus Portucal. indicauit.*

AD §. IIII.

In text.ibi (*não deixarà de hauer a pena aſsimadita*) Intellige niſi cauſa neceſsitatis ſit abſens ex Bald.& Salycet. in l. Ad commentarienſem Cod.de cuſtodia reorum. Vide Hippol.conſ.128.nu.28.cum ſeqq. Caſſan. in Catalogo gloriæ mundi p.8. conſid.34. Menoch.de Arbitr. caſu 302.n.5.& caſu 345.n.9.Azeued.l.12. n.19.tit.23.lib.4.nouæ Recop.

AD §. VI.

In antiq. lib. 5.tit. 54.§ 6.

In text.ibi (*eſtaua prezo por feito ciuel*) An aliqua pœna affici debeat cuſtos carceris vltra debiti ſatisfactionem? Vide Gregor. ad titul. 29. in princip.verbo Accuſados part.7. Azeued.ad l.12.titul.23. lib.4. nouæ Recopil.Farin.in Praxi crimin.q.31. n.80.vbi affirmatiuè reſoluit.

AD §. VIII.

Nota quod cuſtos carceris non poteſt relaxare captum ſine bulletino relaxationis ex Angel in l. Nequè §. 1. ff. de In ius vocando, vbi Succin.n.51. & Paul. n.2. Et poteſt relaxari de nocte ſi periculum ſit in mora ex Angel.in l.More ff.de Ferijs vbi

vbi Bald. & Alexand. Farin. in Praxi crimin. q. 31. n. 91. cum ſeqq.

In antiq. tit. 59.

Ad tit. 78. Ordin. Regiæ.

De Notarijs:

Dos Tabelliães das notas.

1 NOtarius debet eſſe vir omni exceptione maior, vt eius inſtrumentis plena fides adhibeatur ex l. Si quis ex argentarijs §. Quid enim ff. de Edendo reſoluit latè Surd. conſ. 6. à princip. vbi nu. 3. dicit quod inſtrumentum à notario ſuſpecto de falſo ſcriptum non probat.

Notarius nemo præſumitur.

2 Notarius nemo præſumitur. Vide Menoch. lib. 2. de Præſumpt. q. 78. Ceuall. Communium contra commun. q. 386. Bernar. Græuæ. ad Practicam Cameræ Imper. lib. 2. concl. 13. in coron. n. 19. Præſumitur tamen ex longa poſſeſsione, in qua quis tanquam notarius ſtetit, & actus fecit notarijs conuenientes in commodum tertij, & ob bonum publicum per l. Barbarius ff. de Officio prætor. reſoluunt Cou. Pract. cap. 19. nu. 9. Burg. de Paz in l. 3. Tauri p. 2. concl. 3. Maſcard. de Probat. concl. 198. à n 18. & concl. 1198. n. 56. Viui. & Turſan. tom. 1. Communium Opinion. lib. 4. tit. 11. n. 24. & 25. pag. 563. vbi Bellacōb. n. 115. Menoch. d. q. 78. n. 9. & 13. Ioſeph. Ludou. Lucana deciſ. 115. Auiles ad cap. 1. Prætor. n. 12. fol. 25. Tiraq. de Præſcript. verſ. 27. Mench. Illuſt. cap. 62. nu. 5. Azeued. ad l. 8. n. 15. tit. 9. lib. 3. nouæ Recopil. Flores de Mena Vari. lib. 2. q. 23. nu. 85. cum ſeqq.

Notarius debet in ſcriptura ſignum apponere.

3 Notarius debet in ſcriptura ſignum apponere. Vide Caſſan. in conſuetud. Burgund ad finem in approbat. conſuetudinum Burgundiæ verbo Signe de aulcun fol. 386. Menoch. conſ. 42. num. 9. cum ſeqq. & conſ. 48. num. 1. & 15. Franc. Burſat. conſ. 26. n. 10. Rot. Roman. in nouiſſ. deciſ. 76. n. 1. p. 1. Bertaz. tract. clauſul. in proœm. nu. 13. Ceuall. Commun. contra commun. q. 32. Maſcard. de Probat. concl. 1243. n. 18. cum ſeqq. Rebuff. in tract. Nominat. q. 10. n. 11. & 16. Bernard. Græuæ. ad Pract. Cameræ Imper. lib. 2. concl. 13. in coronide nu. 17. Et non poteſt ſignum mutare vt per Caſſan. in Catalog. p. 1. conſid. 38. Menoch. de Arbitr. caſu 318. nu. 23. & ſi vtetur diuerſis ſignis debet puniri de falſo. Vide Caſſan. in conſuet. Burgund. rub. 2. §. 1. in princip. n. 30.

4 Creditor inſtrumentum petens debiti, illud ſoluit, & non debitor, quia ſecundum naturam eſt vt ſentiat onus expenſarum, qui ſentit commodum inſtrumenti ſuper credito confecti. Vide Tiraq. de Retract. lig. §. 29. gloſ. 3. nu. 1. Azeued. l. 13. nu. 3. tit. 25. lib. 4. nouæ Recopil. Auend. de Exequendis mand. p. 2. cap. 19. nu. 2. vide infra latius §. 14. in fine n. 48.

AD §. II.

1 Vide Cou. Pract. cap. 19. num. 2. verſ. De his, & n. 3. Azeued. l. 12. n. 9. tit. 25. lib. 4. nouæ Recop. de protocolo, & eius amiſsione, vide Farin. in Praxi crim. q. 154. á n. 28.

2 Notario creditur de amiſsione inſtrumenti quando adſunt aliquæ coniecturæ. Ita Bonacoſ. tom. 2. Commun. Opin. lib. 4. tit. 11. nu. 205. pag. 579. in princip.

3 Nota quod ſi protocolum non apparet exemplum non amittit vires ſuas vt per Felin. in cap. Cum P. nu. 2. de fide inſtrum. Cou. d. cap. 19. n. 3. Gam. deciſ. 252. n. 1. Gregor.

l.9.verbo Vn libro tit.19.part.3. Perez l.2.titul.1.lib.2.Ordin. pag.575. In dubio tamen præſumitur non fuiſſe factam ſcripturam quando non reperitur in notis Surd. deciſ. 231. n.1.

AD §. III.

In text.ibi (*cada vez que forem chamados*) Nota quod tabellio recuſans facere inſtrumentum tempore habili periurus eſt, & debet officio priuari ſecundum Cardin.in Clem. 1.verbo Dudum notab.13.de iureiur. refert Deci.in l.Inuitus nu.6.de Regulis iuris. Menoch.de Arbitr. caſu 369. Gregor.l.4. verbo Fagan tit.19. part.3. Perez l.2.tit.15.lib.2. Ordin. Azeued.l.18.tit.25. lib.4. nouæ Recopil.

AD §. IIII.

1 In text.ibi (*logo as lerão*) Intellige oculis, & ore proprio, & non ſufficit recitare mente, & ore. Vide Cou.in cap.Relatum o 1. nu.11. verſ. Primo equidem de teſtam.Abb.in cap.1.n. 4. vbi Felin. nu.22. de fide inſtrum. Iaſ.in l.Si ita ſtipulatus § Chryſogonus n.11.ff.de Verbor. Cald. Pereira de Empt.cap.34.nu.16.& 25.& cap. 35.n.1.

2 In text.ibi (*prezente as partes*) Vide gloſ.verbo Abſoluta in l.Contractus Cod.de fide inſtrum. gloſ.2.ad finem in l. Generaliter Cod. de tabular.lib.10.Peral.in Rub.nu.6.ff.de hæred.inſtit. Hippol. ſing. 56. Menoch.de Arbitr.caſu 144.num.9.& conſ.37.n.122.& conſ.48 num.2.& conſ.87.nu.47. cum ſeqq. Azeued. l.13.n.31.tit.25.lib.4.nouæ Recopil. Cald.Pereira de Empt.cap 34.n.43.

Inſtrumētum abſq; teſtibus nō probatur. 3 In text.ibi (*& teſtemunhas*) Inſtrumentum enim abſque teſtibus non probat. Vide Alexand.conſ.13. nu. 10. vol.1 Deci.in cap.1.n.12. de fide inſtrum. Tiraq. de Retract.tit.1.§.8. nu.35. gloſ.9. Caſſan. in conſuetud. Burgund. rub.4. §.19. propè finem verbo Ou de notaire. Burſat. conſ. 26. n.11.Crauet.conſ.860.ſub. nu.1. Bernard. Græuæ. ad Practicam Cameræ Imper.lib.2.concl.13. in coronid.num.12. Cald.Pereira de Empt. cap.6 n.2.& 3. & vide quid cap.34. n.43.

Contrahētes debent ſcripturā ſubſcribere. 4 In text.ibi (*aſsinarão ellas, & as teſtemunhas*) Vide apud Hiſpanos l.13. tit.25.lib.4.nouæ Recop. Viui.com. 1. Commun.Opinion.lib.4.titul.10. n.311.pag.549.& Viui.d. lib.4. tit.11. nu.123.pag.573. Azeued.l.13. tit.25. lib.4.nouæ Recop.Valaſc.conſ.102. nu.6. Cald.Pereira de Empt.cap.6. n.12.& cap 34.n.43.

5 In text.ibi (*& ſe cada hũa das partes aſsinar não ſouber*) Vide Cald.Pereira de Empt.cap.6.n.21.& cap.34 n.14. Et etiam alius ſtante impedimento, vel neceſsitate poteſt pro alio ſubſcribere ex Gonzal. ad reg. 8. Cancel.gloſ.60.n.44.cum ſeqq.

6 In text.ibi (*aſsina pela parte, ou partes*) Vide Cald Pereira d.cap 34.n.17. ad hoc quod vnus teſtis poteſt pro pluribus contrahentibus litterarum ignaris ſubſcribere.

7 In text.ibi (*ou riſcadura*) Vide Felin.in cap.Ex litteris n 10.verſ.Quinta declaratio de fide inſtrum. Gom. l.3.Tauri nu.91.& l.45.n.145. ad finem, & 146. Menoch.de Arbitr.caſu 187.nu.34. cum ſeqq. Maſcard.de Probat.concl.494.Brunor.à Sole in locis communib. verbo Apoſtilla n. 1. Surd. conſ.16. vbi latè de inſtrumento cancellato.

8 In text.ibi (*por interlinha*) De interlineaturis vide Menoch. d. caſu 187.n.40.Maſcard.de Probat.concl. 1254.n.8. & eas appellat ſuperductiones

ctiones Vlpian. in l. 1. ff. de his quæ in teſtam. delentur.

9 Nota quod ſi inſtrumentum interlineatum, ſeu reſeruatum redigatur in publicam formam debet notarius in tranſſumpto mentionẽ facere de illis interlineamentis, ſeu raſuris, aliàs manet ſuſpectum. Vide Alexand. conſ. 14. n. 4. vol. 6. Bonacoſ. Commun. crimin. p. 1. verbo Falſam fol. 65. in fine. Bellacomb. tom. 1. Commun. Opinion. lib. 4. titul. 11. n. 241. pag. 582. Azeued. l. 13. nu. 49. tit. 25. lib. 4. nouæ Recop. Menoch. conſ. 395. n. 57. Maſcard. de Probat. concl. 1254. n. 16.

10 In text. ibi (*mingoada*) Nota quod inſtrumentum factum à notario per verba obſcura, & non intelligibilia non eſt validum. Vide Greg. l. 3. verbo Eſcuramente tit. 13. part. 3.

AD §. V.

1 In text. ibi (*forem requeridos, &c.*) Vide Cald. Pereira de Nominat. cap. 6. n. 25. & de Empt. cap. 34. n. 16. vbi tenet hæc verba præceptum, & prohibitionem continere; ac proinde licet rem geſtam non annullẽt, nullitatem inducere.

2 In text. ibi (*por ementas*) Ideſt per notas, vulgariter *cifras*. Vide Maſcard. de Probat. concl. 288. Cardin. Mantic. de tacitis, & ambig. conuent. lib. 2. tit. 10. à princip. vbi reſoluit quod abbreuiatura imperfecta ab ipſo notario ſine vllo iudicis mãdato poteſt extendi ſecundum conſuetudinem in ſimilibus receptam, quod ſane intelligendum refert circa ſubſtantialia, vel etiam naturalia, non circa accidentalia.

3 In text. ibi (*as não dem ate que as notas ſejão perante as partes lidas, & aſſinadas*) Verba hæc præceptum, & prohibitionem continere, ac proinde licet rem geſtam non annullent, tamen nullitatem inducere tenet Cald. Pereira de Empt. cap. 35. n. 43.

AD §. VI.

1 Vide gloſ. verbo Cognoſcant in l. vlt. col. 3. Cod. de Iure delib. Bald. in Rub. n. 11. Cod. de Fide inſtrum. Boer. deciſ. 118.

2 In text. ibi (*que os ditos tabelliães conheção*) Vide Gregor. l. 54. titul. 18. part. 3. verbo Conocer. Vincent. de Franch. deciſ. 265. Azeued. l. 14. tit. 25. lib. 4. nouæ Recop. Gutier. Pract. lib. 1. q. 143. & 145. latè Cald. Pereira de Empt. cap. 7. à n. 1. Et tabellio non tenetur cognoſcere contrahentes Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. tom. 3. cap. 497. n. 4.

AD §. VIII.

Vide Cald. Pereira de Empt. cap. 25. n. 33. vt reſoluit quod non obſtante quacunque clauſula in contractu appoſita, aut facultate ingrediendi conceſſa, ingreſſus propria auctoritate prohibeatur ſi venditor, aut quiſpiam alius refragetur.

AD §. XII.

1 In text. ibi (*farão*) Quid ſi fiant ab aliqua parte, & poſtea tabellio redigat in notã an valeant? Dic quod ſic. Vide Abb. in cap. Cum P. tabellio n. vlt. de Fide inſtrum. Gregor. l. 5. verbo De ſus manos tit. 19. part. 3. Azeued. l. 13. nu. 13. tit. 25. lib. 4. nouæ Recopil.

Conuentiones partium per ſententiã confirmãtur.

2 In text ibi (*poſto que as ditas eſcripturas, &c.*) Nota conuentiones partium per ſententiam confirmari ex l. Si conuenerit 13. ff. de Re iudicata

Bart.

Bart.in l.Si quos nu.2.Cod.de Decurion. lib. 10. Hyeron. Muſcorn. de Iuriſ. num.123. Hering. tract.de Fideiuſſ.cap.1. nu.135. Pinel. in l.2. Cod de Reſcindenda vend p.2.cap. 2. nu.23. Duenh. reg.187. verſ.vlt. Gom.l.45.Tauri n.192.col.pen. Bernard.Græuæ.ad Pract.Cameræ Imp. lib.2.concl.1.n.49. Gam. deciſ.371. n.4.Valaſ.conſ.173.nu.24. Cald.Pereira de Renouat.Emphyt.q.11.n.4. Et per huiuſmodi confirmationes iudicum non denegatur poteſtas. reſcindendi contractum prætextu læſionis vltra dimidium. Vide Cagnol. ad l.2. Cod. de Reſcind. vend. n.160.vbi Pinel p.2. cap.2. num.23. Rebuff.tom.2.ad leges Galliæ tit.de Reſtit art.1 gloſ.1. num.9. Menoch. conſ.1.num.355.

AD §. XIII.

Qua pœna puniatur notarius conſcribens contractum vſurarium? Vide Menoch.conſ 300.n.84 & 85. Baptiſt. Coſta de facti ſcientia, & ignorantia cent.2.diſt.72.n.9.Farin. in Praxi crimin.q.154.à n.14.

AD §. XIIII.

1 De Gabellis latè tractant Hiſpani tit.17.lib.9.nouæ Recopil.Laſſarte de Decima vendit. Gironda de Gabellis. Nouiſsimè Gutier. in eleganti tract.de Gabellis.

2 Gabella apud nos vulgo dicitur *ſiza* quam cum Regina Philippa vxor Regis Ioannis I. quæ erat filia Ducis Alencaſtrenſis Angli vidiſſet impoſitam,dixit,bona ſiza,quaſi bono conſilio Rex motus fuerat in impoſitione huiuſmodi tributi ad Regiæ dignitatis onera ſupportanda. Vel poteſt fortè melius dici quod nomen acceperit à tributo Neapolitano quod Aſizia nuncupatur, de quo Afflict.ad Conſtit.Regni Siciliæ lib.1 Rub.70.de triceſsima,& ſalario nu.11.tenent Cabed. p.1.deciſ. 113.n.vlt. Eduard. Nunez. do Leão no liuro da Origem da lingoa Portugueza cap.12. Petr.Marizi.Dialogo 4.Regum Luſitaniæ fol 134.verſo,& ſeq.

3 Apud Hiſpanos appellatur *Alcauala*,quæ quando incæperit, & vnde traxit originem vide apud Chronicam Regis Alphonſi II. cap.263. & Regis Petri Caſtellæ anno 2.cap. 18. fol.15. Zamalloa in Compendio hiſtoriali Hiſpaniæ lib. 14. cap.17. Lazarte de decima vendit.in præfat. n.19.& 20. Gudiel na geração dos Girões cap. 17. fol.65. Fr. Hieron. Roman. de Republ. gentilica cap. vlt. fol.173.verſo P.Molin.de Iuſtit. diſp.663.à principio.latiſsimè Gutier. in tract. de Gabellis q.2.per totam.

4 Aduenæ, & alienigenæ, qui in his Regnis vendiderint,aut permutauerint gabellam ſoluere renentur, prout apud Hiſpanos diffinitum eſt l.24.tit.19.lib.9. nouæ Recopil.Bertach. de Gabell. p.7. nu.6. Mench. Vſufreq.cap.52.n.2. Gutier. de Gabellis q.84.n.4.& 5.

5 Alimenta præſtita pro certo ſalario, vel pretio conſtituto non debent gabellam Gutier. in tract. de Gabellis q.34.

6 Beneficiorum vacantium fructus vendiri per laicum adminiſtratorem, vel ſequeſtrum non debent gabellam. Lazarre de decima vendit.cap.15.n.9.& cap.19. nu.43. Gutier.de Gabellis q.87.á n.12.

7 Bona defuncti, quæ venduntur pro animæ expiatione, non debent gabellam. Girond.p.11.à n 3. Parlad. rerum quotid. lib.1. cap.3. §.1. nu.15. Gutier.

Gutier. de Gabellis q.74. per totam.
8 Bona clerici defuncti vendita eius præcepto in teſtamento debent gabellam, Gutier. de Gabellis q.75. n.1. & limitat n.5. & *6.*
9 Bona hæreditatis iacentis clerici vendita vt creditoribus ſatisfiat debent gabellam Gutier. de Gabellis q.88. à princip. vbi n.8. quod gabella non debetur ex venditione bonorum laici facta per Eccleſiam, vel clericum ab eo hæredem inſtitutum & á n.*16.* quod gabella debetur ex venditione bonorum clerici iubentis in ſuo teſtamento vt hæres ſuus laicus vendat talem ſuum fundum, vel alia bona Titio certo quodam pretio ibi deſtinato, & nu.25. quod gabella non debetur ex bonis clerici, vel epiſcopi defuncti venditis pro expiaculo animæ ſuæ, quando omnia veniunt in eum finem expendenda, quia animam ſuam inſtituit hæredem vniuerſalem pro Miſsis, ſacrificijs, & eleæmoſinis pauperum ſolutis debitis, & legatis.
10 Cenſus conſignatiui ſuper rebus conſtitutio, vel uenditio debet gabellam Anton. Gom. tom. 2 Vari. cap.11. n.44. verſ. Secundum. Giron. p.5. in princip. n.1. Laſſarte cap.10. à n.5. Auend. reſp.23. nu.1. Parlad. rerum quotid. lib.1. cap.3. §.4. nu.38. & §.8. n.49. Perez in rub. tit.2. lib 8. Ordin. verſ. Sed quæro an debeatur gabella pag.34. Fr. Emman. ſuper Motu Pij V. de Cenſibus dubit. 5. fol.224. Azeued. l.1. n.98. tit.17. lib.9. Recop. Gaſp. Roderi. de Annuis Reddit. lib.2. q.4. n.6. Gutier. de Gabell. q.54. per totam. Cenſus enim cõſtitutio vera eſt emptio. Menoch. lib.3 de Præſumpt. q. 107. num.14. Salaz. de Vſu, & conſuet. cap.11. nu. 91. Annæ. Robert. rerum iudic. lib.2. cap.8. pag.430. & ſeq. Bern. Græuæ. ad Practicam Cameræ Imper. lib.2. concl. 7. conſid.1. requiſ.2. Ex redemptione tamen ipſius cenſus ex pacto á princip. in ipſo contractu cenſus appoſito redimibili noua gabella non debetur, niſi clauſula redimendi eſſet oppoſita in nouo contractu lazarte cap. 10. nu. 10. Gaſp. Roderi. d. q.4. num.9. P. Molin. de Iuſtit. tract.2. diſp.384. verſ. Si autem cenſus. Gabella ſoluenda eſt illi publicano ad quem pertinent vectigalia vbi ſita ſunt bona, ſuper quibus annuus redditus conſtitutus eſt Lazarte cap.4. n.31. Girond. p.6. n.29. Felician. de Solis de Cenſib. lib. 2. cap. fin. n.12. Azeued. l.1. nu.9. tit.15. lib.5. & l.1. nu.119. tit.17. lib.9. Recop. latè Gutier. de Gabellis q.55. per totam, vbi nu.6. reſoluit quod ſi in diuerſis territorijs extent bona, ſuper quibus cenſus ſpecialiter conſtitutus eſt, pro rata valoris vnius cuiuſquè fundi eorum bonorum debeat gabellæ ſolutio fieri. Ex venditione cenſus ad vitam, vel perpetui redimibilis ſuper redditibus Regijs hoc eſt *ſobre juros del Rey* non ſoluitur gabella Laſſarte cap.10. nu.43. Gutier. q.57. n.17. Cabed. p.2. deciſ.113. à n.7.
11 Compromiſſum non debet gabellam Girond. de Gabellis p.3. n.10. Azeued. l.2. n.21. tit.17. lib.9. Recop. Gutier. de Gabellis q.45 n.29.
12 Conditionalis contractus pendente conditione non debet gabellam, quæ conditione impleta ſoluetur primo gabellario, hoc eſt, loci, & temporis, in quo fuit celebratus contractus conditionalis. Tiraq. de Retract. lig. §.1 gloſ.21. n.23. & de Retract. conuent. §.6. gloſ.2. n.2. Pinel. in l.2. Cod. de Reſcind. vendit. p.2, cap.3. n.35. Laſſarte de decima vendit. cap.5. num.1. & 10. Parlad. lib.1. rerum

rerum quotid.cap.3.§.3.n.34. P.Molin de Iuſtit. tract.2. diſp.337. verſ. Vbi Surd.deciſ.305.num.16.Cardin. Mantic. de Tacitis, & ambig. conuent lib.4 t.t 26.num.16. Gutier.in tract.de Gabellis q.8. Cabed.p.1.deciſ.18.n.4.

13 Datio in ſolutum voluntaria ſoluit gabellam Girond.p.5.princ.à n.41. Laſſarte cap.7.n.1.verſ.Verum. Surd.deciſ.305.n.6. Ignat. de Villar. in Sylua reſponſ.lib.1.reſp.11.nu.19. Latiſsimè Gutier.in tract.de Gabell. q.23.

14 Decimales fructus conducti à clericis gabellam debent Gutiet. in tract.de Gabellis q 93.n.73.

15 Diuiſiones ſi fiant per viam refutationis non debetur ex contractu gabella, quia refuratio non eſt contractus, ſed diſtractus, ſecùs ſi pretio fiat Gutier.de Gabellis q.63.n.6.

16 Diuiſio quæcunquè bonorum facta, ſiue inter hæredes, ſiue inter ſocios, etiam interueniente pecunia, vel alijs rebus non debet gabellam, apud Hiſpanos diffinitum eſt per l. 35. tit.18.lib.9. Recop. & apud nos in articulis gabellarum cap. 6. §. 4. poſt multos Gutier. de Gabellis q. 71. à n.9.cum ſeqq.

17 Dimiſsio ſimplex, vel refutatio non ſoluit gabellam Surd.deciſ.305. num 18.

18 Donatio gratuita, niſi in fraudem gabellæ fiat, non debet gabellam vt per Gutier. in tract. de Gabellis q.64.per totam vbi n.3. quod donatio omnium bonorum ea lege facta vt donatarius donatorem alere teneatur non debet gabellam, & n.5.quod donatio quando in ea interuenit pretium debet gabellam.

19 Dos etiam æſtimata non ſoluit gabellam.& diffinitum eſt apud Hiſpanos l.35.in 1.p.tit.18. lib.9. nouæ Recop. Parlad. rerum quotid. lib.1. cap.3 §.6.n.42.Laſſarte cap.20.n.35. Girond.p.7.§.2.n.8. Gutier.de Gabell.q.72. Cabed.p.1.deciſ.104.n.6. vbi dicit iudicatum.

20 Emphyteuticũ ius venditum, ſiue proprietario ipſi, ſiue cuicũquè altero gabellam debet Gutier. de Gabellis q.58.n.23. Non autem debetur ſi emphyteuta det pecuniam domino directo tempore conceſſionis pro ingreſſu, quia illud quod datur pro ingreſſu regulatur pro pẽſione ſoluta per modum ſolutionis antecipatæ vt per P.Molin.de Iuſt. tract.2.diſp.450.

21 Libri non debẽt gabellam per l.34.tit.18.lib.9.Recopil. Gutier.de Gabellis q.78.n.3.cum ſeqq.

22 Locatio, & conductio non debent gabellam Gutier. de Gabellis q.35.n.1. & 4. Etiam ſit ad longum tempus, & pro eo toto tempore vnum pretium conſtituatur q. 40. à num.1.

23 Nullitate laborans contractus non ſoluit gabellam prout conſtitutum eſt in articulis gabell. cap.6. in princ. Vide Anton. Gom. tom. 2. Vati.cap.2.n.31.in fine. Surd. d.deciſ.305.n.17. Gutier.Practi. lib.1. q. 129. n.2.& de Gabellis q.9.& q.28. num.5.

24 Permutatio ſoluit gabellam, & diffinitum eſt in articulis gabellarum cap.1.§.1.ibi, *& tambem do preço em que forem aualiadas as couſas que forem trocadas, & eſcambadas, paguem pela dita guiza.* Vide Parlad. lib 1. rerum quotid cap.3 § 2. nu.22. Cardoſ. in Praxi iudicum verbo Gabella nu. 6. Gutier.de Gabellis q.27.

25 Promiſsio de vendendo non ſoluit gabellam Gutier. de Gabell.q.47. Cardin. Mantic. de tacitis, & ambig.conuent. lib.4. titul. 2. n.3.

Digitized by Google

num. 3. Valaſc, conſ. 77. num. 7.

26 Quaſicontractus non debent gabellam nouiſsimè Melch. Phœb. deciſ. 24. n. 24.

27 Redditus venditio debet gabellam vide Gaſp. Roder. de Annuis reditib. lib. 2. q. 4 á n. 7. & q. 22. n. 28.

28 Rex de eo quod emit, vel vendit nõ debet gabellam ex l. Vniuerſi Cod. de Vectigalib. l. Licitatio §. Fiſcus ff. de Public. & habetur apud Hiſpanos l. 5 tit. 7. part. 5. vbi Greg. verbo Para elRey P. Molin. de Iuſtit. tract 2. diſp. 663. nu. 4. vbi nu. 9. reſoluit deberi ex illis rebus gabellam, quia debitor tenetur de euictione iuxta l. Ob cauſam Cod. de Euiction. Et Rex in rebus, quas vendit non poteſt ſibi eſſe tributarius, & vide omnino quæ Cald. Pereira de Reſolut. Emphyt. cap. 6. n. 5. cum ſeqq. Pereg. de Iure fiſci lib 6. tit. 5. n. 24. cum ſeqq. & cõſtitutum eſt in nouo regimine gabellarum §. 16.

29 Socius priuilegiatus non excuſat ſocium à ſolutione gabellæ, nam ſi vendatur res communis clerici, & laici, tantùm ſolui debet decima, vel gabella de ea parte, quæ competit laico gloſ. verbo Fratribus in l. vlt. Cod. de Muner. & honor. lib. 10. Cou. Pract. cap. 34. n. 2. Bened. Capr. tom. 1. Commun. Opin. lib. 1. tit. 2. n. 130. pag. 161. Menoc. de Arbitr. caſu 379. n. 8. & conſ. 136. n. 23. & 25. Cald. Pereira in l. Si curatorem verbo Vel aduerſarij dolo n. 33. faciũt quæ D. Bar. in l. Quia tale n. 42. ff. Soluto matr. quamuis contrariũ ſequatur Steph. Garian. Diſcept. Forenſ. cap. 26. n. 16.

30 Sepulturæ vſus venditio non ſoluit gabellam, vt nouiſsimè reſoluit Melch. Phœb. deciſ. 8 n. 15.

31 Tranſactio non ſoluit gabellam, secùs quando qui poſsidet dimittit rem pro pecunia, Vide Parlad. rerũ quotid. lib. 1. cap 3. § 2. n. 31. Laſſarte cap. 7 nu. 5. in fine, & cap. 17. nu. 51. Azeued. l. 2. nu. 20. tit. 17. lib 9. nouæ Recop. Quaran. in Sum. Bullarij verbo Alienatio n. 43. pag 33. Gutier. in tract. de Gabell. q. 45. per totã. Cald. Pereira de Reſolut. Emphyt. cap. 16. n. 49. & cap. 9. nu 34. & 35. Et in Senatu Supplicat. anno Domini 1615. in cauſa Antonij Mendez, & Didaci de Catualhaes ex oppido Vimaranenſi ita iudicatum fuit. *Acordão os do Deſembargo, &c. Aggrauados ſão os aggrauantes pellos Deſembargadores da caſa do Porto, em auerẽ por boa a tranſaução de que ſe trata, reuogando ſua ſentença em forma da ditta trãſaução, da qual ſe não pagou ſiza, auendo translação de dominio, & poſſe: julgão a dita tranſaução por nulla, &c.* Iud. D. D. Hieronimo Pimenta de Abreu, & Dyoniſio do Mello, ſcriba Marco do Quintal. *Senatus Supplic. iudicauit.*

32 Venditio cum pacto de retrouẽdendo iuxta terminos l. 2. Cod. de Pactis inter empt. ſoluit gabellam, ex reuenditione autem alia non debetur Tiraq. de Retract. conuent. §. 6. gloſ. 2. nu. 15. Gom. tom. 2. Vari. cap. 2. ſub n. 31. & l. 79. Tauri nu. 30. Pinel. in l. 2. Cod. de Reſcind. vendit. p. 2. cap. 3. n. 36. Girond. p. 5 in princ. n. 30. Laſſarte cap. 14. á n. 36. Parlad. lib. 1. rerum quotid. cap. 3. §. 4. n. 5. Matienſ. l. 7. gloſ. 3. n. 14. ti. 11. lib. 5. nouæ Recop. P. Molin. de Iuſtit. tract. 2. diſp. 374. verſ. Dubium eſt. lariſsimè Gutier. de Gabellis q. 10. nu. 22. cum ſeqq. nouiſsimè Melch. Phœb. deciſ. 24 á n. 16.

33 Venditio reſoluta, aut reciſſa per remedium l. 2. Cod. de Reſcind. vendit. debet gabellam Pinell. d. cap. 3 num. 35. verſ. Diuerſum autem. Parlad d. cap 3. §. 5. num. 5. Girond. p. 6. § Vni num. 22. Gutier. de Gabellis q 12.

34 Venditio, vel permutatio reſciſſa doli mali metus ve cauſa ſoluit gabellam Lazarte d.cap.14.n.55. Girond.d. § Vni. num.23. & 24. P. Molin.d.diſp.352.verſ.Petes, vbi aſſerit quod in hoc Regno venditor reſtituere tenetur emptori vna cum parte pretij,quod plus accepit,partem gabellæ quam,quoad eam partem pretij,emptor ſoluit.Gutier.de Gabellis q.24.per totam.

35 Venditio neceſſaria debet gabellam. Laſſarte cap.19.n.100.latiſſimè Gutier.de Gabellis q.22.

36 Venditio rei habita fide de pretio celebrata ſtatim debet gabellam & peti poteſt antequam veniat dies ſolutionis pretij Auend.reſp.29. in princip.verſ.Fiſcus. Azeued.l.1. nu. 82. cum ſeqq.tit.17. lib.9. Recopil. latè Gutier.de Gabellis q.49.

37 In text.ibi (*& não farão carta algũa de venda, &c.*) Procedit etiam quando venditio fit per priuatam ſcripturam,prout iudicatum audiui in Senatu Supplicationis anno Domini 1591. in quadam cauſa Ioannæ da Rocha,& Melchiotis de Nouaes ex oppido de Alanquer, iud. D. D. Petro Barboſa, & Ludouico Machado, & Hieronimo Cabral, quo tẽpore etiam agebatur de nouo regimine gabellarum in §. *E porque ſou informado*,vbi requirebatur quod in charta venditionis tranſcriberetur certitudo gabellæ ſolutæ,quamuis aliud reſoluat Stephan.Gratian. Diſcept.Forenſ.cap 11.à n.26.

Senatus Supplic. iudicauit.

38 Dubitatum fuit in Senatu Supplicationis an hæc Ordin. quatenus contractum nullum reddit ob non ſolutam gabellam ex venditione bonorum immobilium haberet locum in venditione celebrata per chyrographum,in terminis ,in quibus fieri poteſt intra quantitatem ſcilicet Ordin.lib.3. tit.59. Et iudicatum fuit procedere etiam in hac venditione facta per chyrographum teſte Melch.Phœb.Areſto 61.

Senatus Supplic. iudicauit.

39 In text.ibi (*em que os taes bẽes eſtiuerem*) Ergo gabella de venditione bonorum immobilium ſoluenda eſt in eo loco,vbi ea bona,quæ venduntur,ſita ſunt ex Batt.in l.Forma §.1.n.2.ff.de Cenſib.& apud Hiſpanos ita cautum eſt per l.9.tit.17.lib. 9. nouæ Recop.vbi Azeued. Greg. l.8.gloſ.vlt.tit.5.part.5.Lazart.de decima vend.cap.4.nu.31. Girond. de Gabellis p.6.n.27.Parlad.lib.1. rerũ quotid.cap.6.§.8.nu.10. D. Mart. in votis nouiſſ.deciſ.voto 27.n.6.Cald. Pereira quæſt.forenſ.lib.1.q.12.n.4. Et de cenſu vendito ſuper aliqua re immobili gabella ſoluenda eſt , vbi res ſita eſt. Vide Stephan. Gratian. diſcept.forenſ.cap.29.n.1. Et gabellam,quam *ſiza* vocamus,ſemper ſoluendam eſſe in loco venditionis tenet Cabed.p.2.deciſ.113.n.2.& dicit iudicatum in ſupremo Senatu anno Domini 1616.& 1617.Melch.Phœb. deciſ.24.n.27.

Senatus Supplic. iudicauit.

40 In text.ibi(*& ſerà incorporada de verbo ad verbũ,&c.*)Si omittatur hæc incorporatio de verbo ad verbũ venditio erit nulla,& nunquam ſupplebitur talis nullitas, nec præſumetur ex tempore,quando enim vitium,& defectus ſcripturæ ex eo patet euidẽs dicitur,& nõ ſuppletur ex tempore, iuxta tradita per Seraphin.de priuilegijs Iuram.priuil.31. n.72. Menoch. de Præſũp.lib.3.q.132.n.79.Maſc.de Probat.cõcl.1140.n 25.& cõcl.1316. n 33. Valaſc.conſ.162.n. 20 & ſeq. Auen Iun.ad l 41.Taur.gl.3.n.5.& 6.

41 In text.ibi (*ſerão nenhũas, & de nenhũ effeito*) Idem ſi nõ fuerit ſoluta integra gabella ex Tiraq.de Retract. tit.2.§.4.gloſ.6.n.24.& de iudicio in rebus

Digitized by Google

rebus exig. verſ. 22. Aduerte quod ſolutio gabellæ interuenire debet ante contractum venditionis, nec emptor euadit nullitatem contractus, & pœnam huius Ordin. tranſactis aliquot annis eam fiſco, aut eius publicanis ſoluat prout crebrius in ſupremo Senatu iudicatum refert Melch. Phœb decif. 24. n. 8.

42 Gabellam non fuiſſe ſolutam probatur per librum exactoris. Vide Batt. in l. 1. n. 4. Cod. de Exactoribus tribut. lib. 10. Menoch. conſ. 21. n. 23. & conſ. 23. n 15 & conſ 98. nu. 50. & conſ. 122. n. 10. & conſ. 199. n. 3. Maſcard. de Probat concl. 834. n. 36. Flamin. de Reſig. lib. 1. q. 14. n. 54. Et cõtra gabellam eſt iudicandum in dubio Gut in trac. de Gabellis q. 6. n. 10.

43 Nota quod annullata venditione ex eo defectu emptori reſtituetur gabella, ſi quam ſoluit, probat art. gabellarum cap 6. in princip. ibi. *E achandoſe que a tal venda por direito não val, & for desfeita por ſentença, em talcaſo não haja ahi ſiza*, quod etiam de iure tenuerunt Bald. & Salycet. in l. 2. Cod. de Eunuchis Girond. de Gabellis p. 5 à nu 25. Firmian. eodem tract. 3. p. 8 nu. 16. Pinel. in l. 2. Cod. de Reſcind. vendit. p. 2. cap. 3. nu. 35. ad finem Garci. de Expenſis cap. 18. n. 47. Azeued l. 1. n. 147. verſ. vltimò tit. 17. lib. 9. nouæ Recopil. Gutier. Practic. lib. 1. q. 129 n. 2. Parlad. lib. 1. rerum quotid. cap. 3 § 3. n. 35. & 36. Melch. Phœbos decif. 24. n. 26. Cabed p. 1. decif. 18. n. 4. Si tamen venditio iam conſumata reſcindatur ex aliqua cauſa, id quod datum eſt fiſco nomine Gabellæ repeti non poteſt vt per text. in l Debet ff. de ædilitio edicto reſoluunt Tiraq. de Retract. conuent. § 6. gloſ. 2. n. 8. Melch. Phœb. decif. 24. n. 21. vbi n. 23. tenet quod nec etiam debet auferri quod fuerit datum proxenetis, vel mediatoribus, vel ſcribis.

44 In text ibi (*as proprias partes, ou ſeus herdeiros*) Ergo illis tacẽtibus nullus alius tertius eam nullitatem obijcere poteſt arg. l. Cum prætor ff. de Iudic. l. 4. § Competit. ff. Si ſeruitus vendic.

45 In text ibi (*em qualquer outro tempo que quizer*) Etiam poſt triginta annos opponi poteſt ex traditis per Balb. de Præſcrip 4. p. 4 princ. q. 32. n. 4. & 5. Ozaſc. decif 142. n. 33.

46 In text. ibi (*& iſto meſmo ſe guardarà nos bẽes que ſe venderem em pregão, &c.*) Nulla enim eſt ſubhaſtatio ſi gabella non fuit ſoluta vt per Mendez à Caſtro in praxi ſeculari Luſit. lib. 3. cap. 21. n 83. Gutier. de Gabellis q. 22. Nota etiam de neceſsitate requiri quod certitudo tranſcribatur in charta addictionis, imò ſi aliter fiat inualida erit, dictio enim, &, eius eſt naturæ vt qualitas adiecta in prima prohibitione videatur repetita in ſecunda ex gloſ 1. in l. Si ſic conſtituta ff. quemadm. ſeruit. amitt. recepta vt per Surd. decif. 88. n. 25. Cened. Practic. ſing 50. n. 18. & ſing. 97. & ita iudicatum fuit in Senatu Supplicationis anno Domini 1615. in cauſa Antonij Fernandez Vlyſiponenſis, & Antonij Nogueira Vimaranenſis, & tenor ſententiæ talis eſt. *Acordei, &c. Aggrauados ſaõ os aggrauantes pelos Deſembargadores da caſa do Porto, em abſoluerem aos R. R. do por elles pedido, reuogando ſua ſentença viſtos os autos, & como ſe proua não ſe pagar ſiza da venda na forma que em direito ſe requeria, nem ſe encorporar a certidão na carta de arrematação: pelo que conforme a direito, a venda, & arrematação foy nulla, por tal a julgo, & mando que os R. R. reſtituão o caſal, com os fructos da indiuida occupação, q̃ ſe liquidarão na execução deſta ſentença.* *Senatus Supplicat. iudicauit.*

H 2 *& os*

& os A. A. reſtituão o preço per que foy comprado, ou ſe compenſe pelos fructos, atè a concurrente quantidade, & paguem os R. R. as custas dos autos. Iudic. D. D Dyoniſio de Mello, & Aluaro Velho, ſcriba Marco do Quintal.

48 Dubium eſt an emptor teneatur ſoluere inſtrumentũ emptionis? Dic quod quando ſcriptura tendit in commodum emptoris, & venditoris ambo tenentur ad ſolutionem argum. text. in l. quoniã liberi Cod. de teſtib. & gloſ. in l. Si irruptione §. vlt. ff. finium regund. dum reſoluit expenſis illorum, inter quos lis eſt ſuper quæſtione finium regundorũ, poſſe iudicem, ad quem cognitio cauſæ pertinet, menſorem mittere, quam ſequuntur Caſſan. in conſuetud. Burgund. rub. 1. §. 6. verbo par leurs n. 9. fol. 70. verſo. Gregor. ad l. 26. verbo Deſpenſas titul. 16. part. 3. Vincent. de Franch. deciſ. 332. nu. 7. Flores de Mena Vari. lib. 1. q. 7. § 4. n. 10. Surd. de Aliment. tit. 1. q. 62. n. 7. & tit. 4. q. 21. n. 6. vbi idem reſoluit de teſte producto ab vtraque parte Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap. 57. n. 2. Et quod emptor, & vẽditor debeant ſoluere, excepto vno tantùm caſu, quãdo ſcilicet emptor vi retractus vult à vẽditore rem ab illo emptam abſtrahere tradunt Caſſ. rub. 10. §. 1. verbo Les frais n. 6. Tiraq. de Retract. lig. §. 29. gloſ. 3. n. 1. & de retract. conuent. §. 6. gloſ. 2. n. pen. Si tamen contractus ſit factus in commodũ tantùm vnius, veluti in pecunia mutuata tenetur debitor expẽſas ſcripturæ ſoluere vt per Bal. quẽ refert, & ſequitur Tiraq. vbi proxime. Auend. de Exequendis mand. p. 2. cap. 19. n. 2.

AD §. XIX.

1 Nota quod teſtamẽtum non eſt contractus ex gloſ. in l. Teſtamentũ Cod. de Teſtam. Vide D. Barboſ. in l. Diuortio §. Si virnum. 36. ff. Soluto matrim. Rebuff. ad l. 99. ff. de Verbor. ſignif. pap. 420.

2 In text. ibi (*a parte a que pertencer.*) Nota quod notarius illis tantùm edere tenetur inſtrumẽtum, ad quorum inſtantiam confectus eſt, Ita Bernard. Græuæ. ad Pract. Cameræ Imper. lib. 1. concl. 106. â princip. Gregor. l. 9. verbo Aquel tit. 19. part. 3. Cacheran. Pedam. deciſ. 57. nu. 1. Rutg. Ruland. de Commiſſar. p. 3. lib. 5. cap. 19 n. 22.

3 In text. ibi (*não lhe darà mays outra*) Vide Azeued. l. 17 tit. 25. lib. 4. nouæ Recop. faciunt quæ Cou. Pract. cap. 19. n. 3. Mench. Illuſtrium ca. 31. n. 31. Poterit tamen á Palatinis Senatoribus epiſtolã habere vt ſibi aliud præſente parte cõcedatur, vt conſtitutũ eſt in regimine Senatorum Palat. §. 69. & Ordin. lib. 3. tit. 60. § 6.

4 Quid ſi dicat protocolum, *hũs, & muytos inſtrumentos*, an plura liceat conficere? Dic quod ſic per ea quæ reſoluit Cald. Pereira de Empt. cap. 35. n. 12.

AD §. XX.

In text. ibi (*deixarà feito ſeu ſinal publico*) Sine quo non valet vide Azeued. l. 12. á num. 13. tit. 25. lib. 4. nouæ Recopil.

Ad tit. 79. Ordin. Regiæ.

In antiq. tit. 60.

Dos tabelliães do judicial.

De Tabellionibus.

1 NOta quod ſpurij, aliique infames exercere poſſunt officium tabellionis, quia non eſt dignitas, ſed onus, & officium vile vt per Iaſ. in rub. ff. de noui operis

Tabelliones ſofficiũ poſſunt infames exercere.

operis nunt nu.3. Tiraq.de Nobilit. cap.15.n.15.& cap.34.n.34.Caſſan.in Caralogo p.11.conſi.19. Viui.tom.1. Commun.Opin. lib.4. tit.11. nu.42. verſ. Et hoc non mirum. Cou.Pract. cap.19. n.6.Greg.tit.19.in princ.verbo Eſcriuanos part.3.Menoch.conſ. 18. n.1.17.& 18. Gutier. Practic. lib. 1. q.137.n.3. Azeued. ad l.7.nu.16. tit.9.lib.3.& l.22.n.5.tit.14.lib.6.nouæ Recopil. Farin.conſ.94.nu.5. In hoc tamen Regno tabellionis, vel ſcribæ officium vile nõ reputabitur, cum Reges conferre ſoleant iſta officia famulis ſuis in ſeruitij impenſi ſatisfactionem,cum ſint dicti famuli nobili genere orti, & à dictis Regibus nobiliũ titulis cohoneſtati, iiſq; famulis præcipit Ordin.infra tit.96. §.2.ad finem commendari prædicta officia,ibi, *& não auendo criados noſſos a que tenhamos obrigação,&c.*)

Clerici nõ poſſunt eſſe tabelliones.

2 Clerici non poſſunt eſſe tabelliones. Vide Viui. d. nu.42. verſ. Et ideo clerici Franc. Marc. p.2.deciſ. 194. Aldouin.conſ.51.n.29. Bernar. in Pract cap.60.vbi addit.lit.A. Cardoſ. in Praxi iudicum verbo Clericus n 78.Ceuall.Communium contra commun.q. 404.nu.2. Pradil. in Summa legum pœnaliũ p.2.caſu 54. n.9. D.Garſi.Maſtrillo Siciliæ deciſ. 159. à n.1. D.Matt. de Iuriſdict. p.4. caſu 116. n.15. Clericus beneficium Eccleſiaſticũ habens vnde congruè ſuſtentari poſſet etiam in tribunalibus eccleſiaſticis publicis tabellionis officio vti non poterit ex Cou. Pract.cap.19.n.8.verſ.Tertia cõcluſio reſoluit Sayr.in Claui Regia lib. 12. cap.25.nu.6. & Graſſis in aureis deciſ.p.2.lib.3.cap.2.á n.17.

3 Nota quod notarius deputatus ad ſcribendum certum genus actorum non poteſt alia diuerſa ſcribere etiam de conſenſu partiũ. Vide Hippol.in l.1.§.Præterea num.127. ff.de quæſt.Greg.l.7.verbo Aquel officio tit.9.part.2. Auend. de Exequendis mand.p.1.cap.10.n.4.verſ. Et hoc ca ſu,& p.2.cap.15. Azeued. ad tit. 25. in princ.n.19.& l.19.lib.4.nouæ Recopil.D.Barboſ.in l.1.ff.de Iudic.art. 1. n.177. Vnde fiſcus etiam notarios habet particulares adeo vt alij tabelliones fiſcalia acta conſcribere nequeant ex Pereg.de Iure fiſci lib.7. tit.2.n.16.

4 Notarius non poteſt conficere inſtrumentum publicum extra territorium eius,qui eum creauit notarium etſi partes conſentiant ex Bart. in l. Apud proconſulem ff. de Manumiſſ.vind. Ioſeph. Ludou. Peruſ. deciſ.115.n.23.Greg.l 8.verbo de Segouea titul.18.part.3. Valaſc.conſ.9. D.Barboſ.d.art.1.n.176.

AD §. IIII.

Tabellio factus à Rege, non poteſt extra Regnũ facere inſtrumentũ

In text.ibi (*de hum lugar forem ſoſpeitos,&c.*) Aduerte quod tabellio factus à Rege non poteſt extra Regnum facere inſtrumentum. Vide Bart. & alios relatos vbi proximè Stephan. Gratian Diſcept. Forenſ. cap.167.n.55. vbi etiam de creato à Papa,vel Imperatore, cui permittitur in quacunquè parte orbis ſuum officium exercere,in Hiſpania autẽ, quæ non recognoſcit Imperatorem non poterit creatus ab eo exercere officium ſuum.

AD §. V.

In text.ibi (*& o que lhes for mandado pelos juyzes*) Similis eſt alia Ordin. ſupra titul. 24. §. 19. Nota quod ſicut tabellio non poteſt ſcribere niſi iudice mandante, ita etiã non poterit alicui eo non mandante actorum copiam dare ſecundum Bal.Fulgoſ.

& Paul. in l. Is apud quem Cod. de Edendo, quos refert Iaſ. ibi n.3. Deci. in cap. 1. nu. 53. verſ. Tertio limita de Probar.

2 In text. ibi (*em maneira que por ſua negligencia a juſtiça não pereça*) Nota quod partes poſſunt contra tabelliones agere ad intereſſe, ſi eis præiudicet defectus alicuius ſolemnitatis ex l. vlt. Cod de Magiſt. conuen. vbi Bart. Menoch. conſ. 37. nu. 3. Farin in Praxi crimin. q. 155 n. 12. Cald. Pereira quæſt. forenſ. conſ. 19. n. 48. & 49 & de Empt cap. 34. n. 49.

3 In text. ibi (*o dia, mes, & anno*) Vide Ordin. ſupra tit. 24. §. 16. Et debet facere per longum, & non abbreuiatè, vel per ambitum, aut ſignum. Vide Alciat. lib. 10. Parerg. cap. 25. Afflict. in conſtit. regal. l. 78. in princ. n 19.

4 De his abbreuiaturis vide apud Hiſpanos l. 7. vbi Gregor. titul. 19. part. 3. Azeued. l. 12. n. 6. cum ſeqq. titul. 25. lib. 4. nouæ Recop. Cardin. Mantic. de tacitis, & ambig. conuẽt. lib. 2. tit. 10. á princip. Cald. Pereira de Empt. cap. 35. n. 43.

AD §. VI.

In text. ibi (*as concertarão com outro tabellião*) Vide infra hoc titul. §. 28. Quid ſi ipſe tabellio ponat concordiam, non tamen cõcordet in veritate? Vide Bart. in l. Si quis obrepſerit nu. 2 ff. de falſis, Tiraq. de pœnis tempet. cauſa 42. n. 11. & ſeq.

AD §. XI.

Teſtis dictum non annullatur qui negauit In text. ibi (*pelo coſtume*) Nota quod non annullatur dictum teſtis, qui negauit affinitatem. Ita Maſcard. de Probar. concl. 1040. n. 4. Menoc. de Præſumpt. lib. 5. q 22. nu. 19. Bobadi. in ſua Politica lib. 5. cap. 2. n. 50. & de leui affinitate Tiraq. de iudicio in rebus exig. verſ. 86. Nec de falſo puniri poteſt. Valaſc. conſ. 51. nu. 15. poſſe tamen puniri de crimine ſtellionatus reſoluunt Maſcard. conc. 743. n. 10. Iaſ. in l. Si quis nec cauſam. n. 22. ff. Si certum petatur, & in l. Si duo patroni § Idem Iulianus n. 38. ff. de Iureiur. & in l. 1. §. Hoc autem n. 10. ff. de noui operis. Felin. in cap. Fraternitatis de Hæret. nu. 25. Soccin. reg. 520. verſ. Primo fallit. Bernard. reg. 745. Grammat. deciſ. 43. à n. 5. Clar. § Falſum n. 9. Azeued. l. 2. n. 40. tit. 8. lib. 4. nouæ Recop. *affinitatẽ punitur de falſo.*

AD §. XII.

In text. ibi (*no titulo dos enqueredores*) Infra tit. 85. §. 2.

AD §. XIII.

Nota quod confeſsio inuentarij bonorum ad abſentes pertinentium pertinet ad iudicem ordinarium eoquòd tabellio ſcribere debet iuxta iſtam Ordin. licet datio curatoris ad bona pertineat ad iudicem orphanorum ex Ordin. infra hoc. lib. titul. 89. in Princip.

AD §. XIIII.

Vide Ordinat. infra lib. 3. titul. 86. §. 20. cum multis ſeqq.

AD §. XV.

In text. ibi (*no titulo dos eſcriuães dante os Deſembargadores*) Supra hoc lib. tit. 24. §. 28.

AD §. XVII.

Vide Cald. Pereira de Emptione cap. 35.

Digitized by Google

cap.35.n.12.ad hoc quod quando ex protocollo fuit vnum inſtrumentũ aſſumptum aliud extrahi non poteſt parte non citata, & inaudita, licet primum exemplum poſsit liberè deſumi. Ideo prudentes notarij ſolent in protocollis ſcribere iam dediſſe exemplum partibus.

AD §. XVIII.

Vide ſimilem Ordin. infra hoc lib. tit.83. §.vlt. & vbi primum cauſa fuerit finita intra menſem vnum debent acta mittere vt rationes fiant ſub pœna amiſsionis officij ex Ord. ſupra titul.24. §.46. & habetur in §. præcedenti.

AD §. XIX.

In text.ibi (*ſem ſua licença*) Quæ præcedere debet vt per Caſſan. in conſuet Burgund. tub.4. §.7. gloſ. Si ce non. eſt n.38. cum multis ſequent. fol.163.

In text.ibi (*a outro eſcriuão, ou tabellião do meſmo officio*) Vide Cald. Pereira de Empt. cap.35. n.6. ad hoc quod nullus alius præter ipſum tabellionem ex protocollo poteſt inſtrumẽta publicare, quoniam qui inchoauit debet perficere, & abſoluere, & acta ſunt perficienda ab eo nuntio, & tabellione, qui ea ſcribere exorſus eſt: nam ſi tabellio, qui ſcripſit ægritudine laboret, aut alio impedimento detineatur, iudicis mandato non aliter alius poterit inſtrumenta publicare, & in publicam formã redigere.

AD §. XX.

Similis eſt Ordin. ſupra hoc lib. titul.24. §.4 & 5. & nunc auctæ ſunt pœnæ per legẽ à Rege Philippo II. editam ſuper diſtributionibus.

AD §. XXIII.

In text.ibi (*no titulo dos aggrauos*) Infra lib.3. titul.84 §.3. & expreſsius tit.70. §.16. cum ſeqq.

AD §. XXVII.

Similis Ordin. ſupra tit.24. §.10. hoc lib.

AD §. XXVIII.

In text.ibi (*as quaes outroſy, &c.*) Hoc in Ordinat. antiqua non inuenitur vt videre eſt in §.14. à quo hic deſumptus fuit, & tabelliones concordiam facientes excuſabantur à pœna ob conſuetudinem, de qua Tiraq. de pœnis temp. cauſa 42. n.11. Menoch. conſ.1. n.257. Cott. in Memorab. verbo Conſuetudo o 2. Surd. deciſ.284. n.13. Gabr. lib.7. Cõmun. tit. de Crimin. concl.8. nu.20. Maſcard. de Probat. concl.1341. n.16. cũ ſeqq.

AD §. XXX.

Similis eſt Ordinat. lib.5. tit 117. §. 11. Vide Cald. Pereira de Empt. cap.34. nu.43. ad hoc quod querelæ poſtquâm lectæ fuerint per querelantem, & iudicem ſignabuntur.

AD §. XXXI.

In text.ibi (*ou ſe quizerem liurar delle por carta de ſeguro*) Faciunt quæ Tiraq. de Rettact. tit.2. §.2 gloſ.1. n.67. Gom. tom.3. cap.1 nu.88. Menoch. remed.4. adipiſc. nu.473. Clar. lib.5. §. vlt. q.13. vbi quod poſſunt plures accuſari ſi cõſentiãt, ſecùs ſi cõtradicat aliquis vt probat hæc Ord. ibi *ſe algũa das partes, &c.* Si vero ſint duo rei, qui habeant diuerſos iudices, debet

Digitized by Google

cauſa agitari coram vno iudice, & vnicus erit ſcriba amborum ex Ordinat.lib.5.tit.124.§.11. Hæc.Ordin. loqui videtur cum tabellionibus,& ſcribis, qui tanquam promotores pro parte iuſtitiæ procedunt, & de partibus, nec verbum quidem agit, cum vnus accuſator plures libellos contra plures reos componere poſſit, quod videtur probare §. Iſte in verſ.Saluo,&c. & ſeruat ſtylus iudiciarius.

AD §. XXXII.

In text.ibi(*no liuro quinto*) tit.124. §.20.

AD §. XXXIII.

In text.ibi(*no liuro quinto*)Tit.124. §.18.

AD §. XXXIIII.

In text.ibi(*no liuro quinto*)Tit.121.

AD §. XXXV.

In text.ibi(*no liuro quinto*)Tit.124. §.12.

AD §. XXXVI.

In text.ibi(*no liuro quinto*)Tit.125.

AD §. XXXVIII.

In text.ibi (*no titulo do alcaide*) Supra hoc lib.tit.75.§.23.

AD §. pen.

Nota non licete hanc Ordin.extendi ad alios caſus vt in ſimili de lege Caſtellæ reſoluit Azeued. l. 7. tit.25.lib.4.nouæ Recop.

In text.ibi(*ou cunhados*)Per matrimonium ſcilicet de præſenti vt per Iaſ.in l.Quod Seruius n.2.ff.de Condict. ob cauſam. Intelligo durante affinitate gloſ.verbo Succurrendum in l. Sed hoc ita 22. ff. de Re iud. Duenh. reg.36. verſ. Tertio limita. Hippol.in l.Etiam n.12. ff.de quæſt. Tiraq.in tract. ceſſante cauſa n.27. D.Barboſ in l.Maritum n. 63.ff.Soluto matrim. Farin.in Praxi crimin. q.53.n.48.

Hæc Ordin.in aduocatis non ſeruatur, admittuntur enim fratres, & alij conſanguinei, & affines intra gradus hic expreſſos ad aduocandum,tàm in Senatu Supplicationis, & Portucalenſi, quám in tribunalibus inferioribus ex communi conſuetudine,& legitimè præſcripta, & ita ſæpè iudicatum fuit in Senatu Supplicationis, & ego obtinui in Portucalenſi Senatu in propria cauſa anno Domini 1615. die verò ſecunda decembris, iudic.D.D.Georgio Pinto de Miſquita, & Didaco Soares, ſcriba Damiano Cardoſo, & hanc Ordin. conſuetudine reuocatam eſſe tradit Melchior Phœbꝰ tom.1.Areſto 43. *Senatus Supplic. & Portu. iudicauerunt.*

Ad tit.80. Ordinat. Regiæ.

Das couſas que ſaõ communs aos tabelliães das notas, & aos do judicial.

AD §. I.

Vide Padil.in l.Si qua num.15. Cod.de diuerſis Reſcript.

AD §. II.

In text.ibi(*darão fiança*) Si tamen ſit perſona valde idonea,tunc ſtabitur ſoli cautioni ipſius,cum generali hypotheca bonorum ſecundùm Bart.in l.Quicunquè Cod.de fundis patrim.

patrim. lib. 1. Felin. in cap. Super his de Accuſat. & in cap. Ad noſtram in 2. n. 10. verſ. Quid autem ff. de Iureiur. Auiles ad cap. 6. Prætor. gloſ. Pobres nu. 11. P. Sanch. de Matrim. lib. 10. diſp. 18. n. 43.

AD §. III.

In text. ibi (*na cidade*) Et in ſuburbijs ex text. in l. 2. ff. de Verbor. ſignif. cap. Si ciuitas de Sentent. excommun. lib. 6. Azeued. ad Curiam Piſanam lib. 2. cap. 5. n. 3.

AD §. V.

In text. ibi (*em nenhum tempo que forem tabelliães*) Bene tamen ſi poſt depoſitum officium. Vide Bart. in l. 1. Cod. de Primicer. lib. 12.

In text. ibi (*nem procurarão em juyzo por peſſoa algũa*) Quid ſi acceptent mandatum, & procurẽt an actus erit nullus tanquam factus contra legẽ? Dic quod non, quia quãdo lex prohibet aliquid ſimpliciter propter honeſtatem, valẽt actus licet contra legem, vide Felin. in cap. 2. nu. 3. de Iudic. Deci. conſ. 17. Caſſad. deciſ. 2. de Præbend. n. 3 Cou. Pract. cap. 19. à n. 5.

AD §. VI.

In antiq. tit. 63. §. 9.

Vide Hippol. in l. 1. §. Præterea n. 91. ff. de quæſt. Azeued. ad tit. 25. in princip. num. 19. & 20. lib. 4. nouæ Recopil. D. Barboſ. in l. 1. ff. de Iudicijs art. 1. num. 177.

AD §. VII.

Dies in inſtrumẽtis apponendus.

1 In text. ibi (*ponhão ſempre juntamẽte o dia*) Vide Bertaz. in tract. Clauſul. inſtrum. in proæm n. 8. & clauſ 1. gloſ. 5. Aym. conſ. 274 n. 7. & 8. Menoch. conſ. 1. num. 77. Galganet. in tract. de Condit. & de monſtrat. p. 2. cap. 2. q. 4. vbi etiam reſoluit quod ſi annus, menſis, & dies fuerint erroneè, ſiue falsò appoſiti poſſunt verè apponi per eundem notarium iudicis auctoritate. Non autem apponi debet hora: ex gloſ. in cap. Duobus verſ. Appareat de Reſcript. in 6. reſoluit Pereg. de Iure fiſci lib. 6. tit. 6. ſub n. 37. Et an dies in vno inſtrumento appoſitus præſumatur in ſequentibus repetitus latiſsimè diſſeruit Menoch. de Arbitr. caſu 64. ad quem locum ſe remittit lib. 2. de Præſumpt. q. 82. n. 6. Et conſuetudo quod inſtrumentum fiat ſine die, & anno valet vt reſoluit nouiſſimè Camill. Borrell. in Summa omnium deciſ. tit. 14. de Conſuet. n. 73.

Et annus.

2 In text. ibi (*& anno do nacicimento de noſſo Senhor IESV Chriſto*) Vide Hondedæ. conſ. 66. n. 26. vol. 1. Bertaz. tract. clauſul. inſtrum. in proæm. nu. 6. & clauſ. 1. gloſ. 2. In Romana Curia conſuetudine ſeruatur quod anni Domini computantur à die natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſic in Italia, Catalonia, Aragonia, Hiſpania, Dacia, Vaſconia. In Gallia verò, Anglia, & Alemania computantur à die Annuntiationis Beatæ Mariæ Virginis, vt per Camill. Borrel. in Summa omnium deciſ. tit. 14. de Conſuetudine n. 103. Cæſaris autem annus quem noſtri *era* nuncupabant triginta & octo annis, vel ſecundùm alios quadraginta duobus Chriſti Optimi Maximi Seruatoris noſtri ortum præceſsit, de quo vide Morales in hiſtoria Hiſpan. lib. 8. cap. ſi fol. 193. p. 2. Cæſar. Baron. in addit. ad Martyrol. Roman. die 22. Octobris. Vaſæ Chronicor. Hiſpan. tom. 1. cap. 22. fol. 53. cum ſeqq. Hermon. in Plinij Caſt. lib. 33. cap. 3.

Curit.

Curit.p.2.de los Annales de Aragon lib.8.cap.39.fol.240. D.Mauro Ferrer en la hiſtoria de Sanctiago lib.3. cap.21.Cald.de Empt.cap.5.n.8.

3 In text.ibi (*& a cidade, villa, ou lugar, & caſa em que as fizerem*) Vide Cæphal.conſ.622.num.13. Bertaz.d. proœm. nu.10. & clauſ.2. gloſ.1. Menoch.de Præſumpt.lib.2. q.84.n.2. cum ſeqq. Cald.Pereira de Emptione cap.5.n.9.&19.Stephan.Gratian. Diſcept.Forenſ.cap.235 num.13 & Marchiæ deciſ.28. vbi quod locus loci apponendus eſt.& in principio poteſt poni Menoch.conſ.48.n.18.

4 In text.ibi(*& aſsi os ſeus nomes delles tabelliães*) Vide Deci.reſp.24 n.35. vol.1. Bertaz.d.proœm.nu.12. Surd. conſ.187.n.20. Cald.d.cap.6.n.1.

AD §. VIII.

Similis eſt Ordinat. infra hoc lib. tit.96.in princip. Vide Cald.Pereira de Empt.cap.35.n.5.ad hoc quod Rex ſolet tabellionibus ſubſtitutos indulgere,qui vicariam operam præſtent,ſed ea licentia reſtringenda eſt ne hac in re tabellio alij vices ſuas, vel muneris ſui prouinciam cum eius induſtria electa videatur, delegare poſsit.

Ad tit.81.Ordin.Regiæ.

Que ſe não façao eſcripturas por eſcriuães eſtrangeiros.

Notarij ordinati à Regibus, & alijs inferioribus intra Regnũ tantúm conficere poſſunt inſtrumenta, ſecùs tamen in creatis à Summo Pontifiee, ſeu Imperatore, quibus permittitur in quacunquè parte orbis officium ſuum exercere.

Vide Roland.conſ.91.num.18.lib.5. Rip. de Peſte tract. de remedijs ad curandam peſtem num.52.Boniſ.dò Vitalin.in Clem. Dudum §. Ad honorem num.72. & ſeq. de Sepult. Boer.deciſ.242.Surd.conſ.257.n.11. Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap.167.n.55.

Ad tit.83.Ordin.Regiæ.

Do que hão de leuar os tabelliães, & eſcriuães de ſeus officios.

Vide Iaſ.in §.Tripli n.42. & 43. Inſtit. de Actionib. & quæ actio competat pro ſcriptura, vel ſalario notarij vide Iaſ. in l. Argentarius n.1.ff.de Edendo.

AD §. X.

In text.ibi (*por ſerem peſſoas honradas*) Vide l.Ad perſonas 15. ff. de Iureiur.

AD §. XVII.

In text.ibi (*dos feitos dos prezos pobres*) Vide Phœb.deciſ.50.per totam vt aſſerit in ſupremo Senatu iudicatum fuiſſe anno Domini 1612.quod dimidia ſalaria ſolummodò ſoluere tenetur, etiamſi carceratus accipiatur à congregatione ſanctæ Miſericordiæ in medio litis. *Senatus Supplic. iudicauit.*

AD §. XXIII.

Vide Cald.Pereira de Empt.cap. 35. nu.3. ad hoc quod vſquè ad triginta annos tenetur notarius protocollum obſeruare, & non vltra. Et nota quod ſi appareat ſententia, reliqua vero acta totius proceſſus non appareât adhuc tamen ex temporis diutur-

diuturnitate interueniſſe præſumuntur. Ita Mench. Illuſt. cap. 63. n. 1. Et quod accuſationes criminales viginti annorum ſpatio fiant, & quomodo hoc procedat in iure, & in praxi. Vide latè Phœbum deciſ. 53.

AD §. XXVIII.

Vide Cabed. p. 2. deciſ. 15. num. 7. cum ſeqq.

In text. ibi (*ſeys meſes*) Quid in lite ſuper bonis immobilibus ſi vxor fuit à principio citata an ſufficiat elapſis ſex menſibus citare virum? Affirmatiuè reſpondit Cabed. p. 1. deciſ. 181. vbi num. 2. aſſerit prædictos ſex mēſes de quibus in hac Ordin. non currere cum acta ſunt penes aduocatum, & idem Cabed. d. p. 1. Areſto 7. reſoluit partem nouè citandam cum acta anno integro apud iudicem ſunt concluſa.

In text. ibi (*não eſtando concluſo*) Quid ſi poſt latam ſententiam intra ſemeſtre ſibi ex actis dari victor non poſtulauit? Dic partis aduerſæ citationem requiri, & lapſo ſemeſtri, & ſine citatione non poſſe ſententiam extrahi.

AD §. XXIX.

In text. ibi (*dous toſtões cada dia*) Si autem faciat plures inquiſitiones, aut diligentias vno die, debent omnes contribuere pro rata ad ſolutionem *dos dous toſtões*. Vide Bobad. in ſua Politica lib. 1. cap. 13. n. 28.

Ad tit. 85. Ordin. Regiæ.

Dos Enqueredores.

De teſtium examinatore videas nouiſsimè Mendez á Caſtro in Praxi Luſitaniæ lib. 1. cap. 2. §. 9. append. 3. à num. 36.

Ad Princip. Ordinat. Regiæ.

1 In text. ibi (*& antes que a teſtemunha ſeja perguntada*) Ergo iuramentū in principio examinis præſtari debet l. Iuriſiurandi ibi, priuſquàm perhibeant teſtimonium Cod. de Teſtib. Gutier. in l. Nemo poteſt n. 121. Maſcard. de Probat. concl. 1362. n. 11. Soar. de Paz in Pract. tom. 1. p. 1. temp. 8. n. 105. Morl. in Emporio iuris p. 1. tit 11. in prælud. n. 30. Fr. Ludou. Miranda de ordine iudic. q. 23. art. 5. concl. 2. Mendez à Caſtro in Praxi Luſitaniæ p. 1. cap. 2. n. 37. *Iuramentū in principio examinis præſtandū*

2 In text. ibi (*lhe ſerà dado juramento dos Sanctos Euangelhos*) Vide Maſcard. de Probat. concl. 1362. Azeued. ad l. 6. nu. 13. tit. 9. lib. 3. nouæ Recopil. Seraph. de priuilegijs Iuram. priuil. 30. Surd. deciſ. 12. n. 7. Rebuff. de reprobat. teſtium n. 284. Morl. d. n. 30. Fr. Ludou. Miranda d. art 5. Fr. Paulin. Berti Lucenſ. in Praxi crimin. Regular. tit. 11. cap. 11. n. 94. & tit. 14. cap. Vni. n. 8. *Iuramentum in teſte neceſſarium.*

3 In text. ibi (*& depoys que aſsi jurar*) Optimā praxim refert Bald. in l. vlt. Cod. plus valere quod agitur, vt dictum teſtis intelligatur poſt præſtitū teſtimonium, quam refert, & ſequitur Farinac. in deciſionibus Rotæ nouiſsimis deciſ. 139. & vide Greg. ad l. 38. tit. 16. part. 3. littera G.

4 In text. ibi (*em que porà a mão*) Nota quod in iuramento deſideratur tactus Euangeliorū, vide Chriſtoph. de Paz in Scholijs ad leges ſtyli l. 240. à n. 1. Nicol. Garci. de Benefic. p. 5. cap. 4. nu. 171. P. Sanch. in Præcepta Decalogi lib. 3. cap. 1. num. 3. Franc. Marc. deciſ. 377. ſub n. 3. vol. 1. Æmil. Verall. deciſ. 123. lib. 2. & deciſ. 246. n. 1. lib. 2. nouiſsimè Camill. Borrell.

Digitized by Google

Bottell.in Sum.deciſ.titul.60.de Iuram.nu.394. P.Valeri. Reginald.in Praxi fori pœnit.lib.18.cap.1.nu.10. Et qui non habet manus, non poteſt dicere teſtimonium ſecundùm Maſcar.de Probat.concl.1358. n.42.

AD §. I.

Teſtes extra articulum, deponere non debent.

1 In text.ibi (*& não perguntarão por couſa algũa que ſeja fora do que nelles ſe contem*) Nota quod teſtes non debent deponere extra articulos, & ſi deponant, id quod extra articulos eſt, pro non dicto habetur. Vide gloſ.vlt.in l.Si quis libertatem ff. de petit.,hæred. & gloſ. verbo Probare in l.Si duo patroni §.Idem Iulianus ff.de Iureiur.vbi Iaſ.n.26. Gregor.l. 31. verbo aquel pleito tit 16. part.3. Soar.& Donat.à Fina.tom.1. Communium Opinion.lib.4.tit.10.num. 355. pag.556. Maſcard. de Probat. concl.1365.

2 Nota quod teſtis non dicitur teſtificari extra articulos quando tractat de declaratione ſui dicti. Ita Bart.in l.1 n.7.per text. ibi ff. Si certum pet. vbi Paul.n.17 Deci.lect.1. n.12.Rip.n.23. Iaſ. nu.84. & in l.2. n.6 & 7 ff.de Iuriſd.omnium iudic. Theſaur. deciſ.261. nu.3. Maſcard. de Probat.concl.1365.n.4.

3 In text.ibi (*& ſe varião, ou vacillão*) De variante vide l.Qui falsò,vel variè ff.de teſtib Menoch. de Arbitr. caſu 108.n.2. & de Præſumpt. lib 5. q.23.& conſ.60.n.22. Maſcard. de Probat.concl.1361.nu.3. Azeued.ad l.2.n 47.cum ſeqq.tit.8.lib 4.nouæ Recop. Farin.in Praxi crimin q 66. à n.20.cum ſeqq.& à n.56.& de ruſtico Surd.deciſ.237.n 9.& teſti trepidāti non creditur. Maſcard.concl. 1358. nu 39 & quando dicantur variare, & vacillare teſtes. Rebuff. de reprobat.teſtium n.130.& 131.

4 In text.ibi (*& attentem bem comque aſpecto, &c.*) Vide Boet. deciſ.1. n.30. ad hoc quod inquiſitores, ſeu ſcrutatores debent reſpicere inquirendos in vultu, quia per exteriora comprehenduntur interiora cap. Ex ſtudijs de Præſumpt. cap.1. de Cleric. non reſid. Et ideo dictum eſt, o quam difficile eſt crimen non prodere vultu cap.In capite 50.diſt. Auth. apud eloquentiſsimum Cod. de Fide inſtru.

AD §. III.

1 In text.ibi (*as tirarão por ſy*) Vide Felin.in cap.Cum cauſam nu.21.de teſtib. Greg.l.27. verbo Su carta tit. 16.part.3. Hippol.in l.1.nu.16.ff.de quæſt.& conſ.4. nu.33. & conſ.130. n.30. Menoch.conſ.100. à num.43. Clar.lib 5.§.vlt. q.26. nu.1. Et non poſſunt hoc inquiſitoribus committere vt per Soar. tom.1. Commun. Opin.lib.4.tit.10.n.325. verſ.Teſtiũ examinationem pag. 553.Menoch. remed.15.Recup. n.350. & vide Farinac. in deciſionibus Rotæ nouiſſ. vbi dicit deciſ.555.n.2.de conſuetudine Hiſpaniæ teſtium examen committi notarijs.

Aduerte quod iudicatum fuit in ſupremo Senatu quod in cauſa adulterij,vel alia ſimili,in qua imponitur pœna mortis ſolus ſcriba cum examinatore poteſt teſtes recipere,cum Ordin in præſenti ſolummodo procedat quando conſtat de corpore mortuo, teſte Melch. Phœb. deciſ.10. num.2. cum multis ſequentibus. *Senatus Supplic. iudicauit.*

AD

In antiq. tit. 67.

Ad tit. 87. Ordin. Regiæ.

De iudice orphanorũ

Dos Iuyzes dos orfaõs.

Iuriſdictio iudicis orphanorũ an poſſit prorogari?

NOta quod iuriſdictio iudicis orphanorum poteſt prorogari. Ita in eo nuncupatim reſoluunt Cabed. p. 1. deciſ. 22. n. 5. D. Barboſ. in l. 1. ff. de Iudic. art. 4. n. 60. Iuriſdictio enim iudicis dari ad vniuerſitatem cauſarum etiã inter certas perſonas de conſenſu partium prorogari poteſt ex text. in l. 1. Cod. de Iuriſd. omn. iudic. l. 1. & 2. ff. de Iudic. Contrarium tamen imo illius iuriſdictionem eſſe improrogabilem reſoluunt Cald. Pereira in l. Si curatorem in princ. n. 20. verſ. Quæ concluſio. Valaſc. conſ. 27. n. 5. & faciunt quæ Azeued. l. 7. n. 25. tit. 18. lib. 4. & l. 2. n. 7. tit. 13. lib. 8. nouæ Recopil.

AD §. II.

Vide D. Barboſ. in l. 1. ff. de Iudic. tract. 4. num. 51. quod vbi ex verbis conceſsionis colligitur iuriſdictionem datam fuiſſe priuatiuè, non poterunt alij iudices cognoſcere de cauſis etiã ex prorogatione partiũ.

AD §. IIII.

1 De inuentario, & quo pacto ſit faciẽdum vide apud Hiſpanos l. 99. tit. 18 part. 3. P. Molin. de Iuſtit. tract. 2. diſp. 217. Pradil. in Summa legum pœnal. p. 2. caſu 21. Cabed. p. 1. deciſ. 81. Valaſc. de Partit. cap. 8. Paul. Montan. de Tutelis cap. 32. & vtilitates reſulrantes ex confectione inuentarij vide apud Caſſan. in conſuet. Burgund. rub. 7. §. 4. verbo Par benefice de inuentare à n. 1. Et nota dictum Pinel. in l. 1. Cod. de Bonis mat. p. 3. num. 81. quod inuentarium habet tantam virtutem, quantam herba betonica.

2 Nota quod conſuetudine introduci poteſt vt in confectione inuentarij ſolemnitates à iure communi requiſitæ omittantur vt per Sreph. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap. 153. n. 24. cum ſeqq. Teſtaror tamen inuentarium, & deſcriptionem bonorum tollere non poteſt ex Clar. reſoluit Pinel. in d. l. 1. p. 2. n. 76. Si vero hæreditas ſit modici valoris ceſſat inuentarij confectio propter expenſas plus damni pupillo afferentes. Vide addit. Abb. n. 5. lit. D. in cap. De appellationibus de Appellat. Menoch. de Arbitr. caſu 72. n. 7. & 8. Tiraq. de iudicio in rebus exiguis verſ. 45. pag. 64. Surd. de Alim. tit. 8. priuil. 56. num. 101.

3 Dubitatum fuit *ſe os Prouedores das Comarcas podião tambem mandar fazer inuentarios, & partilhas de bẽes de orfaõs, & determinouſe que o não podião fazer* teſte Melchiore Phœb. tom. 1. Areſto 37. *Senatus Supplic. ſtatuit.*

4 In text. ibi (*a hum mes*) Deſumitur ex l. vlt. Cod. de Iure delib. ibi intra triginta dies. Concordat apud Hiſpanos l. 5. tit. 6. part 6. vbi gloſ. 4. & 7. cum ſeqq. Cou. in cap 3. nu. 1. de teſtam. Gutier. in l. Nemo poteſt num. 416. Viui. tom. 2. Commun. Opinion. lib 6. tit. 19. num. 67. verſ. Sed aduerte pag. 130. P. Molin. d. tract 2. diſp. 218. in princip Pradil. d. caſu 21. n. 10. Paul. Montan. d. cap. 32. n. 34.

5 An hic iudex poſsit facere inuentarium de bonis presbyteri defuncti vbi eſt inſtitutus hæres laicus? Dic quod ſic. Vide Caſſan. in conſuet. Burgun. rub. 6 §. 4. gloſ. Si par le pere n. 19. & §. 6 gloſ. par inuentaire

I n. 28,

Digitized by Google

n.28 & tub.7.§.13. in fine n.16. Tiraq.Ceſſante cauſa p.1. n.217. Palat. in repet.rub §.39 n.12.Gutier.Pract. lib.2.q.49. D. Mart. de Iuriſd.p.4. cent.2.caſu 122.nu.16. Si tamen laicus inſtituat clericum hæredem inuentarium per iudicem Eccleſiaſticum faciendum eſt Vide D.Barboſ. in l.Si conſtante §.fin.nu.29 in fine ff.Soluto matrim.

6 An clericus citari poſsit ad cauſam diuiſionis faciendæ coram ſeculari, vt ſi ſua putauerit intereſſe comparear? Dic quod ſic per ea quæ reſoluunt Valaſc.conſ 93. nu.7. & de Partit.cap.7.nu.4. Guillelm. in cap. Rainuntius verbo Et vxorem deciſ. 2 n.132. Roland.conſ.29. n.3. vol.2. Maran de Ordine iudic.p.4.pag.181. n.61. Cott in Memorab. verbo Clerici. Gutier.conſ.48 nu.8. Mexi. in tract.taſſæ panis concl.5.n.34. Menoch.remed.15. Recup.n.226 cum ſeqq. Surd. deciſ 26. Farin. in Praxi crimin p.1.q.8. num.87. cum ſequentibus, & p. 4. deciſ.81. vbi addit D Mart.de Iuriſdict.p.4.cent.2. caſu 122.

7 In text.ibi(*& darà juramẽto,&c.*) Vide Paul.Montan.d.cap.32. nu.52. ad hoc quod tutor, vel curator debet iurare contenta in inuentario eſſe vera.

AD §. VI.

Filius habet priuilegium & tacitã hypothecam pro bonis ipſius patris.

1 Vide Mendez de Caſtro in repet.l.Cum oportet p.2.nu.121. Cod. de Bonis quæ lib. Cald Pereira in l. Si curatorem verbo Læſis nu.133. & de Empt.cap.13 num.6 cum.ſeq P. Molin.de Iuſti.tract.2.diſp 336 verſ. Filius Rebuff.tom.2.ad leges Galliæ tit.de conſtit.redit.gloſ 14 art.1. nu. 17. & 18. optimè Amat. Rodeti. de priuil credit.p.1.art.4.n.23 & 24.

2 In text ibi(*de todos os bẽes moueys, & de rayz*) Nota quod illa omnia quæ ad hæreditatem pertinent, & petitione hæreditatis peti poſſunt, ſcribenda ſunt in inuentario. Ita Menoch.conſ.395.n.53.

3 In text.ibi(*que per direito he ſeu legitimo adminiſtrador*) Ergo pater legitimus filiorum adminiſtrator tenetur facere inuentarium. Vide Pinel.in l.1.Cod.de Bonis mat p.2.nu. 23. Garci.de Expenſis cap 11. nu.65. Mendez de Caſtro in l. Cum oportet p.2.n.121.Cod.de Bonis quæ lib. P.Molin.de Iuſtit.tract.2. diſp 219. verſ.Hinc melius. Pradil.in Summa legum pœnal.p.2.caſu 21 nu.5. Caſtill.quotid.lib.1.de Vſufructu cap.3. n.87.Cald.Pereira in l.Si curatorem verbo Læſis n.137.

4 Nota quod pater diſsipans bona filiorum adminiſtratione priuatur etiamſi nec fraudulenta, nec doloſa ſit, dummodo exiſtat culpabilis. Vide Menc.Illuſt.cap.37.nu.1.Cald. Pereira de Renouat.q 16. n.37. Valaſc.de Partit.cap.18. n.36. Surd.de Alimen.tit.1.q.50.n.4. Ceuall.Communium contra commun.q.506. P. Azori Inſtit.Moral.p.2.lib.2.cap.19. col. 185. Bernard. Græuæ.ad Practi. Cameræ Imper.lib.2.concl.83.n.34. Steph.Gratian.Diſcep.Forenſ. cap. 44. n.18.cum ſeqq.qui etiam reſoluunt quod ſi pater ludendo, vel aliàs diſsipauerit bona propria poſſunt filij implorare officium iudicis, vt eis concedat aliquas res paternas pro legitima, & alimentis, de quo etiam Duenh.reg.356 verſ.Amplia 1. Caſſan.in conſuet Burg.rub.7.§.2. gloſ. du treſpaſſe n 5. Pinel.in l 1.Cod.de bonis mat.p.3.n.75.& 77.Menoch. remed.1. Recup. n.284. Luſor etiã præſumitur dilapidare bona. Maſc. de Probat.concl 995.n.4 An teneatur pater poſtea reddere rationem. Vide

Vide Menoch. de Arbitr. caſu 209. n. 7. Cald. Pereira in l. Si curatorem verbo Contractum n. 5. & nu. 134. & de Empt. cap. 13. à n. 4.

5 Bona patris quatenus bene adminiſtrat non ſunt hypothecata pro legitima, quam filius habuit à matre defuncta, ſed ſi male adminiſtrat, tunc incipiunt eſſe hypotecata pro mala adminiſtratione. Vide Anton. Gom. l. 48. Tauri nu. 15. Pinel. in l. 1. Cod. de bonis mat. p. 2. n. 33. Valaſc. de Partit. cap. 18 n. 35.

Pater filio emãcipato vel vxorato legitimam tenetur reſtituere.

6 In text. ibi (*em quanto tiuer ſeus filhos em poder*) Poſtquàm vero filius fuerit emancipatus, vel vxorem duxerit tenetur legitimam ei reſtituere, nec poterit alienare. Vide Cald. Pereira de Emp. cap. 13. n. 3. cum ſeq. Et quando pater poſsit alienare bona aduentitia filij? vide Flores in addit. ad Gam. deciſ. 36. nu. 3. Cald. Pereira in l. Si curatorem verbo Contractum n. 5. Surd. de Alimentis tit. 8. priuil. 37. D. Barboſ. in l. 1. ff. Soluto matrim. p. 5 n. 6.

7 Nota quod filius tenetur ſoluere pecuniam creditori, qui patri mutuauit ad alendos filios, & vxorem, vt per Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap. 94. n 13.

8 Patria poteſtas ſoluitur quando per bannum pater poſſet impunè offendi ex Bart. in l. Si adulterum §. Libetta ff. de Adulter. Alexand. conſ. 75. n. 11. lib 1. Honded. conſ. 95. n. 86. lib. 1. quæ opinio procedit in rebellibus, & transfugis, qui ad hoſtes ſe cõuertunt. Diuerſum eſt in bannitis pro alio crimine capitali, etiam quod impunè poſsint offendi, cum horum condẽnatio non illos grauet in alio quàm in ære, & iuribus ſuis ex Salic. in l. 1. q. 6 Cod. de hæred inſt. Rip. in l. fin. q. 23 Cod. de Reuocãdis donat. Pereg. de Iure fiſci lib. 3. tit. 7. n. 23. in fine. Menoch. de Arbitr. lib. 1. q. 90. n. 45. Farin. in Praxi crim. q. 102. n. 19.

Filius per matrimonium filius eximitur à patria poteſtate.

9 In text ibi (*oucaſarem*) Ergo per matrimonium filius eximitur à patria poteſtate, idem apud Hiſpanos cautum eſt l. 8. & 9. tit. 1. lib. 5. nouæ Recopil. Vide Greg. l. 5. verbo Que deſcenden tit. 5. part. 6. D. Barboſ. in l. 2. §. Quod ſi in patris in princ. ff. Soluto matrim. Cald. Pereira de Nominat. q. 13. n. 15. ad finem. P. Molin. de Iuſtit. tract. 2. diſp. 227. verſ. De iure, & diſp. 229. in princ. Coſt. in l. Gallus §. Et quid ſi tantùm n. 241. ff. de liberis, & poſth. Spin. in Speculo teſtam. gloſ. 8. princ. n. 81. Cabed. deciſ. 72. n. 3. p. 2. nouiſsimè Accacium Anton. in Comment. ad titul. ff. de condit. & demonſt. ad l. 1. n. 91. & 92. Et de iure Longobardorum, & de conſuetudine ciuitatis Neapolitanæ & Franciæ idem obſeruari refert Alexand. Trentaſinq. Vari. lib. 1. tit. de Patria poteſt. reſolut. 1.

AD §. VIII.

1 In text. ibi (*ſeja obrigado de fazer inuentario*) Vide Pinel. in l. 1. Cod. de Bonis mat. p. 2. n. 23. Intellige explicitè non ſub inuolucro verborum vt per Valaſc. de Part. cap. 8. n. 8. Paria enim ſunt non facere inuentariũ, vel non rite facere ex Surd. deciſ. 222. n. 13. cum ſeqq. Valaſ d. cap. 8. n. 44.

2 Amplia in muliere, & ruſtico, qui non excuſantur à pœna hîc impoſita ſi non fecerint inuentarium, vide Menoch. de Arbitr. caſu 194. n. 67. & faciunt quæ caſu 208. nu. 22. Flamin. de Reſignat. tom. 2. lib. 11. q. 3. n. 72. vbi n. 10. reſoluit quod impedito conficere inuentarium non currit tempus ſtatutum á iure.

3 Minor, qui inuentarium non confecit tempore conſtituto á lege

I 2 poteſt

poteſt implorare in integrum reſtitutionem,& interim pendente cauſa reſtitutionis non debet in illum fieri executio. Vide Garci.de Nobilit.gloſ 6.§.2.num.24.Flamin.d.q.3. n.55. Surd.deciſ.222.n.12.Cald.Pereira in l.Si curatorem verbo Læſis à n.52.

4 In text.ibi (*de todos os bẽes*) Nota quod non conficiens inuentarium dicitur in dolo præſumpto non in vero. Roland.conſ.49. nu.18. lib.2. Surd.deciſ.216.n.20. Stephan.Gratian.Diſcept.Forenſ.cap.28.n.8.vbi n.5. reſoluit non præſumi dolum ſi ad commodum pupillorum aliqua bona omiſit ſcribere dummodo illa annotauerit in libro rationum. Et Benedict Ægid.in repet.lig.1.Cod. de Sacroſ.Eccleſ.p.5.§.1.nu 16.aſſerit pœnam impoſitam ob inuentarij omiſsionem in animæ iudicio non deberi.

Inuentarium non conficiens dicitur eſſe in dolo præſũpto.

5 In text.ibi (*ſerà priuado*)Ideſt per ſententiam,quia requiritur vt pater accuſetur ex notatis per Tiraq.in l. Si vnquam verbo Reuertatur à n.39.

6 Quid in nominibus debitorum? Dic non incidere in pœnam ſi non deſcribantur,quando in hæreditate non inueniuntur inſtrumenta per quæ debitores conueniri poſsint. Vide Bart. in l. Tutor qui repertorium n.10.in fine verſ. Secundo cõcludo.ff.de adminiſt. tut. receptum per Surd.deciſ.222. Valaſc.d. cap.8. num.12.

7 Aduerte quod pœna huius Ordin. non habet locum quando qui confecit inuentarium non poſuit aliquas meliorationes alicuius maioratus,aut emphyteuſis, quod ita deciſum audiui in ſummo Prætorio.

8 Clauſula illa quod ſi in memoriam venerit, &c. excludit omnem doli præſumptionem. Vide Greg. l.5.verbo Todos tit.6. part.6. Burg. conſ.43.n.17.Surd.deciſ.222. n.21. Gam.deciſ.148.Valaſc.conſ.52.n.17.

9 In text.ibi (*ſerà priuado da herança dos filhos,ou deſcendentes que ao tal tempo tiuer*) Vnde ſi tales liberi à defuncto coniuge exhæredati proponantur, quia tunc nulla fraus potuit in bonis defuncti illius cõmitti ceſſat huius legis diſpoſitio vt per Luſitan. Ægid.in repet.l.1. Cod. de Sacroſ. Eccleſ.p.5.§.1.n.13.& nu.14.reſoluit quod etiamſi filius poſtea noxiam, id eſt inuentarij remiſsionem parenti remittat, non eſt ſublata pœna huius legis,& nu.15. quod parentes nunquam poſſunt in ſpecie huius text.liberis ſuccedere,nec abinteſtato,nec ex teſtamento.

AD §. IX.

1 Vide Iaſ.in l.vlt.§.Licentia n.3. & 4. Cod.de Iuredelib. Viui. tom.2. Commun.Opinion.lib 6.tit.19. nu. 67. Gam.deciſ.122 & deciſ.148.Valaſc.conſ.52.nu.17 & de Partit. cap. 80. n.40.

2 In text.ibi(*ou mãy*)Aduerte quod mater tutrix non conficiens inuentarium bonorum filiorum ſuorum pupillorum in pœnam ſui priuatur eorum ſucceſsione Pereg. de Iure fiſci lib.3.tit.16.n.4.

3 In text.ibi(*perderà para os menores &c.*) Fructus tamen non ſunt reſtituendi ex Cabed.p.1. Areſto 73. Et etiam maioribus committi pœnam dupli ob res inuentario ſubnegatas à viro,vel vxore reſoluit Gam.deciſ. 122. & 148. Sed contrarium tenet Bened.Ægid.in rep.l.1. Cod. de Sacroſ.Eccleſ.p.5.§.1.n.22.

4 In text.ibi(*hauerà pena de perjuro*) Si tamen diceret pœna de falſo non poterat ordinaria, ſed alia mitiori puniti

puniri ex reſolutis per Rebuff. in tract. Nomin. q. 14. nu. 114. Quid in tutore, qui non deſcripſit res pupilli in inuentario? Dic quod in eo dolus præſumitur. Vide Menoch. de Præſumpt. q. 3. n. 67. & 93.

5 In text. ibi (*ſonegar, ou encubrir*) Scienter ſcilicet, & malitioſè Gam. deciſ. 52. nu. 16. & deciſ. 140. Cabed. p. 1. Areſto 73.

AD §. X.

In text. ibi (*a qual criação, &c.*) Vide ſimile Ordin. infra lib. 4. titul. 99. in principio, & ibi poſita.

AD §. XI.

1 Nota quod iſtis tutor dati poteſt, quia datur illis, qui non ſunt in poteſtate alterius in l. fin. Cod. de curat. furioſi. Princip. Inſtit. de tutel. & filius illegitimus non eſt in poteſtate patris Princip. Inſtit. de Patria poteſt. Pinel. in rub. de Bonis mat. p. 2. in princip. Tiraq in l. Si vnquam verbo Suſceperit n. 58. & de filijs naturalibus peditum quod non ſint in poteſtate parentum tradit Pinel. in Rub. Cod. de bonis maternis 2. p. in principio, & nu. 1. & in ea ſententia reperi fuiſſe inſignem Doctorem Gondicalum Valaſcum Pinto in Scholijs priuatis ad Ordin. lib. 4. tit. 92. quia ille hoc non diſponit, ſed ſolùm diſpenſat vt ſuccedant, & non eſt validum argumentum de ſucceſsione ad patriam poteſtatem, vt in emancipatis notant Bart. & Doct. in l. 2. in princ. ff. de Vulgari. Sed Cald. Pereira contrarium tuetur in l. Si curatorem verbo Sine curatore n. 94. verſ. Ex qua Cod. de in integr. reſt. minor.

2 In text. ibi (*à cuſta dos bẽes dos hoſpitaes*) Vide Rebuff. ad l. 43 ff. de Verbor. ſignif. pag. 235. Et ſi poſt præſtita alimenta ab hoſpitali, vel à decurionibus ſit notus, pater expoſiti conueniri poterit pro dictis alimentis vt per Stephan. Gratian. Diſcep Forenſ. cap. 267. nu. 41. cum ſeqq. & vide Surd. de Aliment. tit. 1. q. 81. n. 2.

3 Nota quod collecta non imponitur niſi de licentia Principis, excepto caſu pro alimentis, & expoſitorum educatione Phœbos deciſ. 34. n. 12.

AD §. XII.

In text. ibi (*chegarem a idade de ſete annos*) Vide l. Cæterum ff. de re iudic. l. Si infantis ff. de Vſufructu. Alciat. de Præſumpt. reg. 1. præſumpt. 46. Gam. deciſ. 362. Lar. in §. Si mater n. 74. cum ſeqq. Perez l. 1. tit. 2. lib. 1. Ordin. pag. 38. Cabed. p. 1. deciſ. 162. nu. 5. Et vide ſimilem Ordin. lib. 4. tit. 31. §. 8.

AD §. XV.

1 In text. ibi (*o juyz lhe ordenarà*) De alimentis vide Caſſan. in conſuetudin. Burgund. rub. 6. §. 4. gloſ. & alimenter, Menoch. conſ. 8. n. 20. cum ſeqq. & conſ. 62. per totum. Augentur alimenta vt ipſa perſona augetur l. Cum vnus §. vlt. ff. de Alim. & cibar. leg. Paul. Monta. de Tutel. cap. 32. n. 222.

2 Vſque ad quam ætatem ſint præſtanda alimenta? Vide Laram in l. Si quis à liberis §. Vtrum n. 5. & in §. Sed ſi filius à n. 123. ff. de liber. agnoſc. Et quo pacto ſint ſoluenda tutori Vide Gam. deciſ. 216. & deciſ. 362.

3 In text. ibi (*& mandarà enſinar a ler, & eſcreuer, &c.*) Tutor iudicis auctoritate tenetur pupillum bonis moribus inſtruere, facereque eum

legere,ſcribere necnon & officium ſuæ conditioni, & facultatibus ſuis aptius diſcere,& iuxta eas alere. Gutier.de Tutel.p.1.cap.3.á n.1.

AD §. VIX.

1 Latiſsimè de intellectu huius Ord.Bened. Ægid. in repet. l.Titiæ p.3 n.59.ff de Condit.& demonſtr.
2 In text.ibi (*ſem induzimento de peſſoa algũa*)In dubio enim præſumitur decepta ex Maſcard.de Probat. concl.1391.n.20.

AD §. XXI.

1 In text.ibi (*cujo tutor, ou curador for)* Secùs ſi id tempus effluxerit, & rationes reddiderit Paul. Montan. de Tutel.cap.31.effectu 8.n.22.
2 In text. ibi(*& o caſar ſem authoridade do juyz dos orfaõs*) Tutor pupillum deſpondere non poteſt l.Si quis tutor. §. Quamuis ff de ritu nupt. Paul.Montan.de Tutel.cap.31. effectu 8.nu.4. Per ſponſalia tamen de futuro non incurritur hæc pœna ex gloſ.in Clem.Vni. de conſang.& affinit. cum traditis per D. Barboſam in l.1.ff Soluto matrim.4.p. n.38. & in l.Si ante n.25.& 26. eodem titul. Menoch.de.Præſ.lib 6.præſ.93. n.6. Azeued.ad l.1.tit.1.nu.2. lib.5. nouæ Recopil. P.Sanch. de Matrim.lib.1. diſp.12.nu.2.& diſp.13.& lib.7.diſp. 48. num.6.& 7.

AD §. XXIII.

1 In text.ibi (*& não farão contractos algũs,&c.*)Vide Cou.Vari.cap.2.n.1. & 2. lib. 1. Cald. Pereira de Empt. cap.13.n.1.
2 In text.ibi (*titulo das vſuras*) 67. in princip.

AD §. XXIIII.

Vide Ioſeph. Ludou. Peruſ.deciſ. 76. Cald. Pereita de Empt. cap.13. nu.1. quod tutor ſine decreto bona pupilli non poteſt alienare.

AD §. XXV.

1 Deſumitur ex l. lex quæ tutores 22. Cod.de Adminiſt. tutorum. Vide Montan.de Tutelis cap.33. n.54. & ſeq. Gutier. eod. tract.p.1.cap.21. P.Molin.de Iuſtit tract.2. diſp.224. verſ. Quando. P.Rebello de Oblig. Iuſtit.p.2.lib.1.q.8.ſect 2 n.24. Cardin. Mantic. de Tacitis, & ambig. conu.lib.4.tit.6.á n.6.cum ſeqq.
2 In text.ibi (*que ſerà mays ſeu proueito*)Vide l.Magis puto §.Item prætor ff. de rebus eorum Cald. Pereira de Empt. cap. 13. num. 41. quod inquirere debet an vrgeat alienandi cauſa, vel an hanc, vel illam rem magis diſtrahere expediat.

AD §. XXVI.

1 Vide Caſſan.in conſuet.Burgun. rub.3. §.2. in princip. num.16. cum ſeq. Afflict deciſ.249. Capic. deciſ. 113. Gregor. per text. ibi. in l.18. tit. 16. part.6.
2 Quid ſi pater pupilli iubeat bona immobilia vendi? Tiraq. de Iure mariti gloſ.8.n.185.& 194.Menoch. de Arbitr.caſu 171. nu.67. Cald.Pereira in l. Si curatorem verbo Contractum feciſti n.5.
3 Tutor ſuſceptam ſemel tutelam dimittere non poteſt ex Bart. in l. Verum §.Ex facto n 1 ff.de Minorib. Menoch.conſ.380.n.26. Et alienatio bonorum pupilli facta à tutore cuius officium expirauit nulla eſt ex Me-

ex Menoch conſ. 314. n. 16. & 17.

Libris tutorum quando credatur. 4 Nota quod libro tutoris, in quo continetur expenſa pro alimentis, & alijs minori neceſſarijs ſtabitur in veriſimilibus, ſecùs in nõ veriſimilibus. Vide Iaſ. in repet. l. Admonendi nu. 125. Tiraq. in l. Si vnquam in præfat. nu. 52. Menoch. de Arbitr. caſu 85. n. 2. & caſu 173 Surd. deciſ. 55. n. 3. Et tutoris defuncti liber probat expenſas paruas ex eod. Surd. deciſ. 103. n. 7. Maſcard. de Probat. concl. 723. n. 2. & concl. 973. n. 60. & 61. vbi refert in ſummis paruis tutorum libris ſtandum eſſe, ſecùs in manis. Vide etiam Greg. l. 26. verbo Cuenta ti. 12. part. 5. & l. 5. verbo Dar cuentas tit. 10. part. 6. Lar. in §. Item reſcriptum n. 71. Tiraq. de iudicio in rebus exig. pag. 47. Menoch. lib. 5. de Præſump. q. 5. n. 4. Auend. de Exequẽdis man. p. 2. cap. 10. n. 33. Surd. de Alimentis tit. 6. q. 8. nu. 76. Menoch. conſ. 22. n. 12. vbi tenet dolum argui ſi in libro ſcriptæ ſint plures parcellæ expenſarum, de quibus non conſtat, vbi etiam aſſerit non credi tutori aſſerenti ſe ſoluiſſe, etiamſi conſtaret de cõfeſsione ipſorum creditorum, qui ſe recepiſſe dicerẽt, & n. 13. refert dolum etiã argui ob id quod integrè, & perfectè nõ retulit in libro rationũ annuos redditus, & exacta credita.

5 Nota quod ſi tutor non oſtendat librum contra eum iuratur in litem, Vide Menoch. de Arbitr. caſu 208. n. 16. Gregor. l. 6. verbo Cuenta tit. 11. part. 3. Lar. in l. Si quis á liberis. §. Item reſcriptum n. 69. cum ſeqq. ff. de liberis agnoſc.

6 In text. ibi (*ſe venderão bẽes de rayz dos orfaõs*) Nota quod tutor de rebus minoris compromittere non poteſt. Vide Tiraq. de Iure mar. gloſ. 8. nu. 195. Menoch. de Arbitr. caſu 171. n. 43. Nec poteſt tranſigere. Vide Tiraq. in l. Si vnquam verbo Donatione largitus n. 196. & 198. Meno. d. caſu 171. n. 40. & 74. Ioſeph. Lud. Peruſ. deciſ. 2. Nec debitum pupilli liquidum etiam minimũ remittere poteſt per l. Creditor §. Lucius ff. mand. Gutier. de Iuram. confir. p. 1. cap. 50. n. 12. Mont. de Tutelis, & curis cap. 33. nu. 347. cum ſeqq Card. in Praxi iudicum verbo Tutela nu. 17. Car. Thuſ. to. 8. lit. T. cõcl. 448. a n. 2.

Tutor de rebus minoris compromittere non poteſt.

AD §. XXVII.

1 Vide Cald. Pereira in l. Si curatorem verbo Hunc contractum nu. 43. & verbo Infra n. 22.

2 In text. ibi (*ou for caſado por ſua authoridade*) Vide Cald. de Empt. ca. 13. n. 31. vbi quod minor in his Regnis ducens vxorem ſine iudicis auctoritate non communicat bona.

3 Et qua ætate Regi ſit tradenda Regni adminiſtratio. Vide Gregor. l. 2. verbo De vinte annos tit. 15. part. 2. Cald. Pereira d. verbo Hunc contractum nu. 48. l. Si curatorem Cod. de in integrũ reſt. min. Paulum Montanum de Tutelis cap. 37. n. 68. cum ſeqq. Gutierres in eod. tract. 1. p. cap. 18.

AD §. XXVIII.

1 Nota quod ſi tutor, ſeu curator ſit creatus, & illicò, hoc eſt, tempore creationis vendat, licet interueniat iudicis decretum venditio eſt nulla ſecundùm Anchar. quem refert Hippol. in l. Si ſtatuliber n. 5. ff. de quæſt. & in Rub. de Fideiuſſ. nu. 78 & ſeq. & conſ. 48. n. 32. & conſ. 130. n 47. Roc. Bonon. deciſ. 2. n. 6. Gregor. l. 16. verbo Acabar tit. 8. part. 5. Iaſ. in l. 2. §. Prætor ait num. 1 ff. Si quis caut. Duenh. reg. 186. verſ. Amplia primò, Syluan. conſ. 4. n. 21.

Digitized by Google

Decretum præcipitãter emiſſũ non præſumitur rite factũ. 2 Vbi decretum apparet fuiſſe præcipitanter interpoſitum præſumitur quod in eo non fuerant adhibitæ ſolemnitates, Vide Cott. in memorab. verbo Decretum. Simoncel. de Decretis lib. 10. tit. 7. n. 47. Maſcard. de Probat. concl. 486. n. 9. cum ſeqq. optimè Menoch. de Præſumpt. lib. 1. q. 75. n. 35. Cald. Pereira de Empt. cap. 13. num. 49. cum ſeqq. Ex breuitate enim temporis præſumitur dolus ex Maſcard. concl. 531. n. 123. & faciunt quæ Cott. d. verbo Decretum in 3. Menoch. conſ. 380. nu. 3. D. Barboſ. in l. Stante nu. 13. ff. Soluto matrim.

3 In text. ibi (*com conſentimento, & authoridade da juſtiça*) Nota quod *Decretum ex falſa cauſa eſt nullum.* decretum ex falſa cauſa interpoſitum à iudice eſt ipſo iure nullum l. 1. §. Hæc verba ff. Ne vis fiat, Vezin. tom. 2. Communium Opin. lib. 7. tit. 14. n. 96. pag. 264. Gutier. conſ. 18. n. 66. Cald. Pereira d. cap. 13. num. 52. cum ſeqq. vbi n. 56. reſoluit quod in alienatione bonorum clerici minoris debet iudex eccleſiaſticus interponere decretum.

4 Nota quod pro decreto iudicis præſumitur Surd. deciſ. 106. nu. 9. & quando interuenit iudicis decretum præſumuntur omnia ſolemniter facta, ex eod. Surd. deciſ. 231. n. 20. vbi n. 6. aſſerit quod decretum requirit ſententiam, & n. 22. quod habet vim ſententiæ. Et minorum bona quæ non poſſunt ſine decreto alienari, nõ poſſe hypothecari reſoluit Cald. de Empt. cap. 13. n. 15.

5 Nota quod ſi iſte minor habeat patrem legitimum adminiſtratorem valet alienatio ab eo facta ſine decreto ſecundùm Iaſ. in l. Præſes n. 9. Cod. de Tranſact. Menoch. de Arbitr. caſu 171. nu. 54. Ioſeph. Ludou. Peruſ. deciſ. 13. n. 11. Viui. tom. 1. Commun. Opinion. lib. 5. tit. 23. num. 12. pag. 761. Cott. in Memorab. verbo Decretum o 2. Maſcard. de Probat. concl. 1149. nu. 18. Contrarium tamen reſoluit Cald. Pereira in l. Si curatorem verbo Hunc contractum num. 5. & de reſolut. emphyt. cap. 11. n. 46. & de Empt. cap. 13. n. 3.

6 In text. ibi (*& não poderà vſar do beneficio da reſtituição*) Vide Boer. deciſ. 141. nu. 2. Cald. Pereira d. verbo hunc contractum n. 21.

7 In text. ibi (*ſerà nenhum, & de nenhum valor*) Niſi minor maior factus alienationem ratam habuerit expreſsè, vel tacitè. Vide Menoch. remed. 15. Recup. n. 106. cum ſeqq. & n. 152. Gam. deciſ. 76. & deciſ. 275. Cald. Pereira in l. Si curatorem verbo Infra nu. 22. cum ſeq. Et varios modos ratificandi vide per Maſcar. concl. 1255. n. 36. cum ſeqq. Montanum de Tutelis cap. 33. nu. 537. cum ſeqq. & num. 567. cum ſeqq. Surd. de Alimentis tit. 6. q. 3. n. 65.

AD §. XXIX.

1 Vide l. Milites ff. de re milit. l. Cum ipſe Cod. de Contrah. empt. apud Hiſpanos l. 23. tit. 11. lib. 5. nouæ Recopil. Duenh. reg. 31. Meneſ. in l. Tranſactionẽ n. 7. Cod. de tranſact. Perez tit. 5. lib. 5. Ord. pag. 172. Flores ad Gam. deciſ. 217. Gutier. de Iuram. confirm. p. 1. cap. 40. num. 2. Mozzi. de Cõtract. tit. de Empt. cap. de perſonis, quæ poſſunt emere n. 8. Bobadil. in ſua Politica lib. 3. cap. 8. n. 89. P. Molin. de Iuſtit. tract. 1. diſp. 224. verſ. Res minoris. Cald. Pereira in l. Si curatorem verbo Contractum nu. 32. P. Rebello de Obligat. iuſtit. p. 2. lib. 9. q. fin. ſect. 3. n. 13. Cardoſ. in Praxi iudicum verbo Tutela nu. 25. Gutier. de Tutel. p. 2. cap. 15. *Tutor durante tutela res pupilli emere nõ poteſt.*

Paul.

Digitized by Google

Paul. Montan. eod. tract. cap. 30. nu. 60. & 74. vbi n. 61. reſoluit tutorem durante tutela, nec per interpoſitam perſonam res pupilli emere poſſe, de quo etiam Maſcard. de Probat. concl. 1391. n. 13. & Cald. Pereira de Empt. cap. 17. n. 14.

2 In text. ibi (*per ſy, nem per outrem*) Tutor non poteſt per interpoſitam perſonam emere res pupilli Menoc. caſu 459. n. 2.

3 In text. ibi (*publicamente*) Secùs de iure communi, quo attento poterat tutor contrahere cum pupillo palàm, & bona fide vt per Surd. de Alimentis tit. 8. priuil. 37. n. 9. Cald. Pereira de Empt. cap. 17. n. 9. vbi n. 13. dicit quod in hoc Regno non admittitur emptio facta iudice, vel contutore auctorante, nec amicorum, aut conſanguineorum præſentia.

4 In text. ibi (*& em pregão*) Vide Menoch. de Arbitr. caſu 459. nu. 11. vbi aſſerit de iure communi quod tutor emens ſub haſta bona pupilli bona fide emit.

5 In text. ibi (*tutores*) Procedit etiã in putatiuis per ea quæ reſoluit Viui. tom. 2. Communium Opin. lib 9. tit. 7. n. 3. verſ. Similiter. curator pag. 467.

6 In text. ibi (*não poderão hauer os ditos bẽes em tempo algum*) Intellige durante tutella, nam ſi ea iam finita vendantur nulla eſt ratio cur res pupilli emere non poſsint, prout reſoluit D. Barboſ. in priuatis ſcholijs ad tit. ff. ad Trebel. Flores ad Gam. deciſ. 217. & Gutier. de Tutelis p. 2. cap. 15. n. 20. P. Molin. de Iuſtit. tract. 2. diſp. 224. verſ. Res minoris. Aduerte quod rationes non cenſentur redditæ niſi fiat reſtitutio reliquorum ex Stephan. Gratian. Marchiæ deciſ. 188. n. 12. & 14. Sed videtur obſtare §. hic in fine ibi. *Porem ſe ſe venderem algũs outros bẽes, &c.* Quaſi dicat, quod non poterunt emere illa bona, quæ adminiſtrarunt & quamuis dictio, alius, vel, quicunque alius, ſint repetitiua ſimilium iuxta gloſ. in l. Si fugitiui Cod. de ſeruis fugit. Iaſ in l. Si vnus in princ. nu. 9. ff. de Pactis, ſimile tamen non eſt idem l. Quod Nerua, & ibi Bart. ff. Depoſiti, l. Ad ſimilitudinem Cod. de Epiſcop. & cleri. Caſſan. in Catalogo gloriæ mundi p. 1. conſid. 48. verſ. Quartus caſus.

AD §. XXX.

In text. ibi (*sòmente por lhes aſſi ſerem achadas em ſeu poder*) Nota tutorem præſumi emiſſe bona pupilli per interpoſitam perſonã cum poſſidere reperitur vt per Menoch. de Arbitr. caſu 459. nu. 8. & num. 5. aſſerit quod tutor dicitur per interpoſitam perſonam emere bona pupilli, quando eius filius emit.

AD §. XXXI.

Notatur ad hoc quod pecuniæ pupillares in fidem publicam deponi, & deferri debent, & vide quæ Cou. lib. 3. Vari. cap. 2. num. 1. Ioſeph. Ludou. Peruſ. deciſ. 67. nu. 1. Gemin. de Vſuris cõment. 3. §. 1. n 40. Baeç. de decima tutor. cap. 2. n. 92.

AD §. XXXII.

In text. ibi (*elegerà hũa peſſoa abonada*) Iudex non poteſt ſe nominare in depoſitarium. Vide Azeued. l. 13. n. 5. tit. 9. lib. 3. nouæ Recopil.

AD §. XXXXV.

1 In text. ibi (*em quanto não forem emanci-*

emancipados) Quid ſi conſtet eos eſſe maiores 25. annorum: non tamen ſint iudicis ſententia ſupplicatione porrecta pro maioribus prolati, an iuriſdictio iudicis, & tutoris adminiſtratio conquieſcant? Affirmatiuè reſponde, licet ante traditionem bonorum is qui ſe maiorem dicit teneatur coram iudice probare vltra ætatem, quod ſit ſanæ mentis, & aptus ad bona ſua adminiſtranda, quibus probatis iudex eum iudicat pro emancipato, & ita praxis obſeruat.

2 In text. ibi (*& poſto que, &c.*) Vide Cald. Pereira de Empt. cap. 10. n. 51. & 52. vbi de re communi cum alio.

AD §. XXXXVI.

1 In text. ibi (*mouerem ſobre partilhas*) Vide Rebuff. ad l. 69. ff. de verbor. ſignificat. pag. 322. ad hoc quod ſi iudicio diuiſorio vnus hæredum fuerit remiſſus ad vnum iudicem ibi debent etiam alij hæredes litigare.

2 Vtrum tutor nomine pupillorũ orphanorum trahens alium alterius domicilij in iudicium, coram quo iudice cauſam agitare debeat? Dic coram iudice orphanorum Rei, quia actor tenetur ſequi forum Rei per Ordin. infra lib. 3. tit. 11. in princ, & in l. Iuris ordinem Cod. de Iuriſd. omnium iudic. & in cap. Cum ſit generale de foro comp. Nec obſtat Ordin. ſupra hoc tit. §. 45. dùm diſponit iudicem orphanorum habere iuriſdictionem in omnibus cauſis ciuilibus, in quibus fuerint actores, & Rei, quia reſpondetur intelligi de cauſis orphanorum ſui fori, & iuriſdictionis, & pro hac parte facit Ordin. infra lib. 3. tit. 5. § 3. & euitanda eſt legum correctio, expedit enim vt iura iuribus concordentur cap. Cum expediat de Elect. lib. 6.

AD §. LIII.

1 In text. ibi (*hauerà por ſeu trabalho em cada hum anno a vintena do que os bẽes renderem*) De ſalarijs tutorum vide Caualcan. de tutore, & curat. nu. 310. Bellacomb. tom. 1. Commun. Opin. lib. 5. tit. 23. n. 3. pag. 760. Vincent. de Franch. deciſ. 122. Garci. de Expenſis cap. 20. à n 11. Flores Vari. lib. 1. q. 7. §. 3. n. 5. cum ſeqq. Auen. de Exequendis mand. p. 1. cap. 4. nu. 46. Guterr. de tutelis 3. p. cap. 2. cũ ſeqq. *De ſalarijs tutorum.*

2 Nota quod apud nos pro laboro tutori cõceditur vigeſsima pars fructuum, qui percipiuntur ex bonis pupilli, vide D. Barboſ. in l. Fructus 7. n. 21. ff. Soluto matrim. P. Molin. de Iuſtit. tract. 2. diſp. 224. ad finem.

3 Apud Hiſpanos datur decima pars fructuum ex l. 2. tit. 7. lib. 3. fori vbi Montalu. verbo El diezmo. Auend. de Exequendis mand. p. 1. cap. 4. n. 46. Lata in §. Si mater. n. 73. ad finem.

4 Apud Anglos fructus rei pupillaris ad Regem pertinent, quoniam pupilli in tutela Regis viuunt ex Paul. Iouio refert Baeç. de decima tutor. cap. 1. n. 33. ad finem. Caſſan. in conſuetud: Burgund. rub. 6. §. 4. gloſ. Et faict la dicte femme.

5 Apud Hiſtrianos, & Aurelianos idem ſeruatur Baeç. d. cap. 1. n. 32. & 33. Menoch. conſ. 228. n. 52. & 53.

6 Nota quod tutori malè gerenti non debetur ſalarium, Gutier. de tutelis 3. p. cap. 14. & Flores d. q. 7. §. 3. n. 8. & 11. aſſerit deberi ſalarium, & expenſæ ſi tutor ſit artifex, vel officialis, & vadat extra fines ſuæ habitationis. Vide Auiles ad cap. 1. Prætor. verbo Fiel n. 39. Guti. de tutelis 3 p. cap. 2. n. 2. Surd. de Alimen. tit. 1. q. 47, n 5. & ti. 9. q. 39. n. 6 aſſerit quod

quod tutor agere poteſt, quãdo paſſus eſt diſpendium rerum ſuarum.

7 De tutore Principum. Vide Surd. de alimentis tit. 9. q. 44. num. 1. Gutierres vbi ſup. nu. 8. & cap. 11.

8 In text. ibi (*a vintena das rendas*) An deductis expenſis. Vide D. Barboſ. in l. fructus, n. 21. ff. ſoluto matri.

AD §. LIIII.

In text. ibi: (*fiança*) Vide Gregor. l. 6. verſo tomar, tit. 4. par. 3. Azeued. ad l. 13 tit. 5. lib. 3. noua Recopil. pag. 223. vbi latiſsimè de fideiuſſoribus iudicum.

Ad tit. 89. Ordin. Regiæ.

in antiq. tit. 69.

De curatore bonis dato.

Do curador que he dado aos beẽs do abſente, e da herança do defuncto, &c.

1 Vide Bart. in l. Muto, §. vlti. de tutel. & Gregor. l. 12. per text. ibi tit. 2. par. 3. Menoch. de arbitr. caſu 150. n. 15. cũ ſeqq. Ranchin. par. 5. concluſ. 379 Magon. Florent. deciſ. 138. Raudenſ. Piſan. deciſ. 46. ſub n. 20. par. 1. Barnab. Cornaz. Lucenſi deciſ. 143. Marcel. Calac. de mod. articul. & prob §. 2 num. 813. & ſeq. Cabed. p. 2. Areſto 6.

2 Confeſsio inuentarij de bonis ad abſentem pertinentibus ſpectat ad tabelliones iudicij ordinarij, argum. ordin. ſupra tit. 79. §. 13. & tit. 87. §. 3. & 4. vbi de ſcribis orphanorum, circa iſta inuentaria nulla mentio fit, nihilominus tamen praxis, & vſus obſeruat huiuſmodi confectionem inuentarij ad ſcribas orphanorum pertinere.

3 Nota quod iudex poteſt facere vendi bona pro redemptione captiuorum, quamuis filij, & coniuncti contradicant. Vide Vincent. de Frãchis deciſ. 190.

4 An fœmina curatrix bonorum abſentis poſsit conſtitui? Vide Cald. Pereira quæſt. forenſ. conſ. 12. à n. 2. Paul. Montan. de tutelis, & curis cap. 28. nu. 73. vbi nu. 74. reſoluit poſſe matri huiuſmodi curam cõmitti.

5 Limita hanc ordin. ſi abſens reliquit procuratorem generalẽ, quia tunc non eſt dãdus curator, ſed procuratori competit adminiſtratio, ex Bart. in l. Qui bona, §. ſi alieno nu. 9. & ibi Alexand. nu. 112. ff. de damno infecto. Menoch. de arbitr. caſu 150. nu. 17. Soar. de Paz in Practic. part. 1. tom. 1. par. 3. nu. 7. pag. 88. D. Barboſ. in l. Cum Prætor in princip. nu. 46. & ſeq. ff. de iudic. quæ limitatio duas poteſt recipere declarationes, ſeu potius fallentias. Prima quando talis procurator agere, vel adminiſtrare negligeret argum. l. Si longius, §. 1. ibi, ſi non ſit qui patris nomine agat, ff. de iudic. tenet Alexand. in l. Exigendi, num. 5 C. de procurator. Secunda eſt quando redditus abſentis in longius protelantur, ipſiuſque vitæ certitudo non habetur, quia tunc ſuccurrendum eſt conſanguineis, ex traditis per Boer. deciſ. 88.

6 Sententia ſupremi Senatus fuit iudicatum, quod ſi aliquis apud Indos abſens eſt, & aliquis cum eo litigare vult dato curatore bonis poteſt actionem intentare contra illum, & obtenta ſententia petere iudici fori prædicti abſentis, coram quo conuẽtus fuit, vt eam iubeat executioni mandari per ea, quæ tradit Bart. in l. Qui liberis, § Hæc verba, ff. de vulgari, melius in l. Ignorare in fine, C. de reſtit. milit. Vide Bald. in l. Cohæredibus, Cod. familiæ herc. Gam. deciſ. 15 vbi Flores, & dicit ita conſti-

Senatus Supplic. iudicauit.

tutum

tutum in menſa expeditorum grauaminum Cabed. p. 1 deciſ. 197. Sed in Senatu Supplicationis anno Domini 1613. contrarium fuit deciſum, cum hac ſcilicet diſtinctione, quod ſi abſens eſſet in loco certo non daretur illi curator bonorum, ſed ſi eſſet ignorantia de vita, aut de morte abſentis, tunc citandus eſſet per edicta reſte Melch. Phœb deciſ. 42.

Senatus Supplic. iudicauit.

7 Aduerte quod curator datus bonis non poteſt mouere actiones non tempore perituras. Vide l. pen. ff. de bonis auctor. iud. poſsid. Menoch. de Arbitr. caſu 150. n. 31. Paul. Mont. de Tutel. cap. 28. nu 82. Guterres in eodem tract. 3 p. cap. 17. n. 8. vide tamen Cabed. Areſto 6. p. 2. qui videtur reſoluere quod etiam non tempore perituras mouere poteſt cum generaliter loquatur.

8 Nota quod curator datur illi, cuius pater eſt apud hoſtes l. Muto §. Ei cuius ff. de tutel. Et ſi patrem habeat, poteſt pater agere ſuo nomine Cabed. p. 2. Areſto 6. Et filio banniti dabitur curator ad inſtar illius, cuius pater eſt apud hoſtes ex Steph. Grat. Diſcept. Forenſ. cap. 309. n. 23.

9 Quæſtio eſt in hac materia controuerſa. Coram quo iudice ordinarione an orphanorum ſit conueniendus abſens pro aliqua re immobili? Et videtur dicendum coram iudice orphanorum, quia ſuper bonis abſentis habet iuriſdictionem vt curatorem det, qui de eis curam habeat iuxta Ordin. in præſenti ibi, *& em dar o dito curador, & em fazer adminiſtrar os bẽes do captiuo, terà a ordem que mãdamos ter nos bẽes dos orfãos, &c.* Et adminiſtratio bonorum etiam dicitur illa, quæ fit in conſeruandis, & defendendis bonis iudicialiter, & extraiudicialiter, & adminiſtrator dicitur generaliter is, qui alienas res gerit, ſiue in munere publico, ſiue in priuato l. Solet ff. de Tutel. ibi, qui magis adminiſtrator rerum, quàm curator eſſe intelligitur, & quando duo caſus ſunt æquiparati in iure diſpoſitum in vno cenſetur diſpoſitum in altero ex gloſ. in cap. Si poſtquam de Elect. in 6. & in l. Mancipia verbo Aduocandum ff. de Seruis fugit. Cald. Pereira de poteſt. elig. cap. 7. n 5. Surd. de Alim. tit. 2. q. 10. n. 2. Flores Vari. lib. 1. q. 3. n. 27.

10 Contraria tamen opinio non diſplicet, nec iuri diſſona videtur, quia Ordin. in præſenti iudici orphanorum iuriſdictionem præſtat tantùm ad bona abſentium conſeruanda, & ad dandum illis tutorem, non tamen aſſerit cauſas ſuper bonis ab abſentibus poſſeſsis, poſſe diſcuti coram iudice orphanorum, quia ſi voluiſſet expreſsiſſet, ſicut expreſsit in §. 1. dùm loqueretur de illorum bonis decedentium abinteſtato iuxta reg. l. Vni. §. Sin autem â deficientis Cod. de Caducis tollend. cap. Ad audientiam 2. de Decimis. Inſuper iuriſdictio iudicis orphanorum ad certas cauſas eſt limitata, quæ deſumpta fuit ab ordinario, & ideo debet reſtringi.

AD §. I.

1 In text. ibi (*algũa peſſoa*) Non procedit in bonis clericorum vide Farin. fragment. crimin. p. 1. lit. F. n. 132.

2 In text. ibi (*que não tenhão herdeiro algum*) Vide gloſ. in l. 1. Cod. de bonis vacant Farin. vbi proximè n. 115.

3 Procedit hæc Ordin. quæ loquitur in bonis decedentium abinteſtato abſque hærede etiam in bonis abſentium, quorum nulla extat certa ſcientia, quæ exactores maiores bonorum pro redimendis captiuis capere poſſunt per diploma Regiũ à Phi-

à Pphilippo Rege I. editum anno Domini 1572. in fauorem, & ad inſtantiã Antonij à Sancto Michaelo do Azambuja maioris exactorijs iurium pro redimẽdis captiuis in ciuitate, & Epiſcopatu Portucalenſi, nunc vero nouiſsimè iterum conceſſum eſt hoc anno 1618. Franciſco Gondicaluo Gião maiori exactori in hac Interamnenſi regione.

Ad tit. 90. Ordinat. Regiæ.

Dos contadores dos feitos, & cuſtas, &c.

1 Nota quod litis expenſæ, & alimẽta præſtari debent pauperibus, dummodo tamen pauper habeat præſumptionem iuſtitiæ, in caſu ſcilicet, in quo peteret vniuerſam hæreditatem, vel maiorẽ partem, ſecùs ſi perſonali actione experiretur pro alio ſuo credito, vel re ſingulari. Vide Palat. in repet. cap. §. 39. ampl. 18 nu. 3. verſ. Immo quod plus eſt. Surd. de Alim. tit. 1. q. 120. nu. 14. Azin. in Praxi Florent. § 32. cap. 2. ampl. 30. & 31. Coleri. de Proceſsib. execut. cap. 2. n. 95. & ſeq. p. 1. Bernard. Græuæ. ad Pract. Cameræ Imper. lib. 1. concl. 43 conſid. 1. n. 10. Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap. 55. n. 47. cum ſeqq. Huiuſmodi tamen expenſæ litis non debentur omnibus pari modo, ſed arbitrio iudicis ſecundùm facultates, conditionem perſonarum, dubium litis euentum, & valorem rei in iudicium deductæ l. vlt. Cod. de Ordin. Iudic. Rebuff. de ſenten. prouiſion. in præfat. n. 30. Menoch. de Præſumpt. lib. 1. q. 35. n. 35. Menoch. de Arbit. caſu 169. n. 22. Lar. in §. Si vel parens nu. 47. Ioſeph. Ludou. Peruſ. deciſ. 46. n. 6. imo Valaſc. conſ. 1. nu. 6. aſſerit reum diuitẽ actori pauperi litis ſumptus dare obligatum non eſſe, & contrarium nunquam vidiſſe iudicatum.

2 Quando fit commiſsio calculatori debet pars citari vt per Gemin. de Vſuris commento 2. §. 5. n. 151. faciunt quæ Menoch. remed. 5. Adipiſc. n. 70.

3 Rationibus ſemel redditis vlterius calculãdas non eſſe reſoluit Menoch. de Arb. caſu 209. n. 37. & conſ. 22. n. 10. & ſi non ſint legitimè redditæ iterum reddi debent quitatione non obſtãre Greg. l. 14. verbo Cogieron. tit. 18. part. 3. Et calculator potetit debitũ cum credito compenſare ex Menoc. d. caſu 209. n. 35. & 36.

4 An calculatio á iudice confirmata ſit mandanda executioni etiamſi pars appellet? Vide late Guti. Pract. lib. 1. q. 37. Steph. Grat. Diſcept. Forenſ. c. 183.

Ad Princip. Ordinat. Regiæ.

In text. ibi (*as peſſoaes que ſaõ para mantimento das peſſoas*) Vide D. Barb. in l. Eum qui temere n. 219. ff. de Iudic. vbi reſoluit quod in hoc Regno ſit condẽnatio in viatici, & ibi quid in Senatu Pariſienſi, & Franciæ obſeruetur,

AD §. II.

Nota quod notarij, aduocati, & medici non debent à pauperibus ſalaria extorquère. Vide Tiraq. de Nobilit. cap. 21. nu. 41. Gregor. l. 6. verbo Llanamente tit. 22. part. 3. Flores de Mena Vari. lib. 1 q. 7. §. 1. nu. 52. Bernard. Græuæ. ad Praticam Cameræ Imper. lib. 1. concl. 43. conſid. 1. n. 7.

Notarij, aduocati, & medici non debẽt à pauperibus ſalaria extorquere.

AD §. IIII.

In text. ibi (*contẽlhe cinquoenta reys*) Intellige cũ Cabed. p. 1. Areſto 8. vbi

K que

Senatus Supplic. iudicauit. *que ſe hão de contar contra a peſſoa que o fez prender.*

AD §. IX.

In text ibi (*porem ſe o tal preſo for official mechanico, &c.*) Vide Monter á Cueua Aragoniæ deciſ.45. num 35. Surd. deciſ. 261. num. 2. Bernard. Græuæ. ad Pract. Cameræ Imper. lib.1.concl.151.conſid.1.n.1.

AD §. XIII.

Leuca cō-menſurari turper viā vſitatam. In text.ibi (*a ſeys legoas por dia*) Commēſurando per viam vſitatam vide Parlad.lib.2.rerum quotid.cap. 19. n. 9. Maſcard. de Probat. concl. 1056.n.6. Cabed.p.1.deciſ.13. nu.4. Quo pacto fiat leucæ menſuratio, vide Abb.in cap.Ex parte nu.10. de ſoto comp. Cou.lib.2.Vari. cap.20. nu.5.verſ.Olim.Menoch.de Arbitr. caſu 2. Et quot milliaria faciant vnā leucam vide Gregor. in l. 3. verbo Que es vna legua tit.16. part.2. De ſtadijs,paſsibus,vlnis,pedibus, digitis.leucis latè agit Parlad.lib. rerum quotid.cap.19. per totum.

AD §. XIIII.

Vide D.Barboſ.in l. Eum qui temere ff.de Iudic.n.232.ad hoc quod in condemnatione expenſarum etiā habeatur reſpectus ad prædictum reſpectum, quod reſpicit perſonam victoris,vt quia eſſet artifex, vel aduocatus.

AD §. XVIII.

1 In text.ibi (*que não podem vir a pè*) Alij autem ruſtici, & peones, vt vulgariter loquar,non debent ire equites,& non repetunt expenſas,ſi quas fecerunt in equis. Vide Tiraq. de Nobilit.cap.20.n.75. Laram in §. Non tantùm n.26.cum ſeq.Cabed. p.2.deciſ.73.n.14.ad finem.

2 Quomodo illis ſint præſtanda alimenta vide Menoch. de Arbitr. caſu 2.n.20. Caſſan. in Catalogo p. 1. conſid.22. Perez.l.1. titul.1. lib.3. Ordin.pag.460. Azeued. ad l.4.tit. 11. lib. 3. nouæ Recopil. pag. 368. Pinel.in vita Diui Ioannis Baptiſtæ lib.3.art 2.cap.1 pag.130.

AD §. XXIII.

1 In text.ibi (*for procurador*) An debeat illi ſalarium computari ſi aduocatus ſit in propria cauſa? Dic quod non. Vide Boer.deciſ.210.n.3. Tiraq. de Retract.lig. §. 29. gloſ.4. n.5.& 6. Menoc.de Arbitr.caſu 154. n.5.& 6. Azeued.l.1.n.20.tit.22.lib. 4. nouæ Recopil. & l.21.n.7.tit.16. lib.2 nouæ Recop. pag.199. Bernar. Græuæ ad Pract Cameræ Imper. lib. 1. concl.151.conſid.1.n.4. vbi nu.14. aſſerit in hoc Regno neminem poſſe aduocare in ſua cauſa, & allegat Valaſc.conſ.25.n.25. *Aduocatus in propria cauſa ſalarium non meretur.*

2 Aduocatus amittens lucrum defendens cauſam ſuā repetit illud ab aduerſario facta condemnatione in expenſis. Vide Abb.in cap.Finē litibus 5.n.30.col.antep.de dolo. Surd. de Alim.tit.9.q.39.n.11.Steph.Grat. Diſcept.Forenſ.cap.33.n.46.& cap. 56.nu.41. & 42. D.Barboſ.in l.Eum qui temere n.260.cū ſeqq.ff.de Iudi.

3 Nota quod quamuis aliquis habeat aduocatum gratis in quæſtione ſua,tamē poteſt petere ſalarium aduocati. Vide Bart. in l. Quod ſi domus ff. Locati. Hippol. in l. Patre, vel marito nu.69.& 70.ff.de Quæſt. Rebuff.diſtinguentē tom 3.ad leges Galliæ tract. de Expenſis art.5. gloſ. Vni.n 27.& ſeq.pag.886. Perez lib. 3. Ordin.pag mihi 760.lare Ioſeph. Ludou.Peruſ. deciſ.111. Azeued.l.2. n.20.

Digitized by Google

n.20.tit.22.lib.4.nouæ Recopil.Stephan.Gratian.d.cap.56.n.41.

AD §. XXIIII.

Expenſa iuxta qualitatem perſona miniſtrantur. Nota quod ſecundùm qualitatem perſonæ miniſtrantur expenſæ. Vide Afflict.in cap.1.in princ.n.75. Ex quibus cauſis feudum amit. lib. 3. Laram in §.Sed ſi filius n.46.Surd. de Alim.tit.4.q.21.n.9.

AD §. pen.

Nouiſsima iuſtitiæ reformatio. In nouiſsima reformatione iuſtitiæ §.17.incip. *E para mays breue deſpacho* poſt medium ita conſtitutum eſt. *E porque nas cauſas dos preſos pobres que ſe liurão por conta da Miſericordia, quãdo as ſuas culpas ſão graues, & não tẽ parte, ſe dilata o ajuntar os treslados das deuaſſas, não pagãdo aos eſeriuães ſeu trabalho ſò por lhes diffirir a pena: o ſolicitador da juſtiça ſerà obrigado a fazer ajuntar os treslados das ditas deuaſſas, dentro do termo que lhe ſignalar o Corregedor: & para o tal effeito o Regedor da juſtiça do dinheiro applicado aos gaſtos da Rellação mandarà pagar ametade do ſalario, como pagão os preſos, que aſſi ſe liurão por conta da Miſericordia.*

Ad tit. 91. Ordin. Regiæ.

In antiq. tit. 71.

De ſalarijs procuratorum. *De como ſe hão de contar os ſalarios aos procuradores.*

1 DE ſalarijs aduocatorum vide Iaſ.in §.Tripli nu.42. & 43. & 50. cum ſeqq. Inſtit. de Actionib. Tiraq.de Nobilit.cap.29. n.36.& Sebaſt.Næui.ad l.1.num.22. ff. de varijs, & extraord. cognit. Steph. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap.257. nouiſsime Camill.Borrell. in Sum.deciſ.tit.65.de Aduocatis à nu.103.cum ſeqq. Expedit maximo Reip. taxari huiuſmodi ſalaria ex Greg.l.13.verbo Lo que han tit.19. part.3.Caſſan.in Catalogo p.7.conſid.29.

2 Nota quod aduocati peccant ſi ſalarium perant à pauperibus. Vide Tiraq. d. cap. 29. num.39. Cou. Pract.cap.6.nu.4. Azeued.l.16. per text. ibi tit.16. lib.2. nouæ Recopil. Mench.Illuſtri.cap.41.num.3.Perez l.1.tit.19.lib.2.Ordin.pag.400. Rebuff. ad l. 27. ff. de Verbor. ſignif. pag. 157. & de priuileg. Scholaſt. priuil.90.Franc.Viui.Neapol.deciſ. 159. n.2. cum ſeqq. Cornel.Benincaſ.de priuilegijs pauperr. in primo ſpeciali iudic.nu.10. Fr.Emman.in Sum. verbo Abogados cap.4. nu.6. Sayr. in Claui Regia lib.12. cap.23. optime Cald.Pereira in comment. ad l. Vni. Cod. Ex delictis defunct. p.4.n.28.nouiſsime Camill.Borrell. d.tit.65.n.38. *Aduocati peccant ſi ſalarium petant à pauperibus.*

3 Hinc optimè faciunt *Neapolitani* qui Regio ſumptu aduocatum pauperum creant vt per Actium in tract. de Infirmit. p.2. verbo Aduocati nu.8.& nouiſsime Camill. Borrell.d tit.65 num.40. Eodem modo ſeruatur in *Camera Imperiali* vt per Gail.lib.1.obſeruat.43.nu.15.& 19. Et apud *Germanos* idem conſtitutũ eſſe ſcribit Mathæ.ad Guidon.Papæ deciſ.561. Et apud *Gallos* conſuetudine introductum dicit Boer. deciſ. 324.n.6. Quod etiam apud nos obſeruari deſiderant publica Reipublicæ vtilitas, & deſertæ pauperum lites.

4 Aduocatus proprijs in cauſis patrocinium ſibimet præſtare non poteſt, ad quod ſupra citaui Doctores hoc lib.tit.48.§.27.nu.9. pag.31. Si tamen in propria, ac ſua cauſa

Aduocatus fuerit victor expenſas à parte ſuccumbente non recuperabit, niſi probauerit non potuiſſe alias cauſas defendere, quia tunc per modum damni ſibi ſalarium debetur Rebuff.tom.3.ad leges Galliæ tit.de Expenſis art.5.gloſ.Vni.n.27.& 28. Ioſeph.Ludou.Peruſ.deciſ.111.nu.13. Iacob.Bennius de priuileg.Iuriſconſult.p.3.priuil.73.n.4.Surd.de Alim. tit.9.q.39. nu.11.nouiſsime Camill. Borrell.in Sum.deciſ.tit 65. de Aduocatis à n.111.

Salarium aduocato quando ſoluendũ? 4 Salarium aduocato in initio litis ſoluendum eſſe per l 1. §. Proinde ff.de varijs,& extraord.cognit.& l.vlt.Cod.de condict.ob cauſam reſoluit VVeſembec.in l.5.nu.5.Cod. de Pactis, & ab initio deberi dicit Alexand.in l.Diem functo ff de Offic. aſſeſſ. vt per Magon. Florent. deciſ.12. num.3. Deberi aduocato in medio litis ex officio iudicis concedit Mynſing. cent.3. obſeruat.7. verſ. Quamuis autem. Præſtandum tamen eſſe in fine litis tenent Iaſ.in d.l. Diem functo n.11. Bart. in l. Archiatri.Cod.de Profeſſ.& med. lib. 10. Salycet.in l.Vni.col.3.n.3. in fine verſ. Aut eſt aduocatus in vna Cod. de Suffrag. Vlterius ſoluendum eſſe etiam pendente lite pro præſtito patrocinio, non tamen pro præſtando dicit Bernard.Græuæ. ad Practic.Cameræ Imper.lib.1. concl. 45. conſid.1.nu.9. Denique in hoc ſeruandum eſſe ſtatutum, vel conſuetudinem per quod datur certa quantitas iuxta valorem cauſæ præſcribendo tempus principij, finis, & medij litis quoad illius ſolutionem aſſerit Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ.cap.56.n.1.

5 Aduocato debetur patrocinium etiam cauſa finita per concordiam ex Cagnol.Guid.& Iaſ.reſoluit Stephan.Gratian.Diſcept.Forenſ.cap. 55. nu.16. Soar.in Theſauro recept. ſent.lit.A. n.105. Caualcan. p.1.deciſ.41.num.48. Bernard. Græuæ. d. concl 44.n.10.

6 Nota quod ſi alicui datum eſt officium non facta mentione de ſalario,& ipſum officium eſt huius naturæ,& conſuetudinis, quod officialis habeat ſalarium, hoc vtique caſu habebit ſalariũ præſtari ſolitum alijs officialibus in eod. officio conſtitutis. Ita Cald.Pereira conſ.8.n.42.

7 Nota quod ſalaria Doctorum, ſcholaſticorum, iudicum, litteratorum, aduocatorũ, & ſimilium habẽt priuilegia inter omnes creditores, & æquiparantur doti, & fiſco, & habent tacitam hypothecam inductã cum priuilegio prælationis. Vide Stephan.Gratian. Diſcept. Forenſ. cap.257.á n.17. & vide ſupra tit.48. §.27.n.5.

8 Expenſæ debentur aduocato etiamſi alius aduocatus gratis illi patrocinium præſtiterit, vt per Rebuff. d.tit.de Expenſis art.5 gloſ.Vni. nu. 28. Ioſeph.Ludou. Peruſ. deciſ.111. n.3. Cened.ad Decretum collect.28. nu.10.& 11. nouiſsime Camill.Borrell.d.tit.65.n.114.& 115.

9 Aduocatus ſalarium illius anni, quo moritur, ad hæredes tranſmittit Emman.Soar.in theſauro recept. ſentent verbo Aduocatus n.102. & verbo Mortui n.237. Sebaſt.Medices in tract. Mors omnia ſoluit p. 3. nu.26. nouiſsime Camill.Borrell d. tit.65.n.123. Et aduerte quod taxatur ſalarium aduocati.& procuratoris parte non citata l. Salarium ff. Mandati. l. 1. § In honorarijs ff. de Varijs,& extraord.cognit.Franc.Milanenſ.Siciliæ deciſ.5.n.26.lib.1.Camill.Borrell.in Sum.deciſ. tit.44.de Citat.n.457.

A D

In antiq. tit. 73.

Ad tit. 93. Ordinat. Regiæ.

Minores 25. annis officia publica ne habeant.

Que não tenhão officios publicos os menores de vinte & cinquo annos.

Ad Princip. Ordinat. Regiæ.

1 IN text. ibi (*não paſſando de idade de vinte cinco annos*) Vide Gregor. l. 8. verbo Entẽdidos tit. 9. part. 2. & l. 2. tit. 9. lib. 3. Recopil. Fr. Ludou. Miranda de Ordine Iudic. q. 4. art 2. concl. 1. Curi. Philip. p. 1 §. 2. nu. 12. Cald. Pereira in l. Si curatorem verbo Hunc contractum n. 41. & 44. Mendez à Caſtro in Praxi Luſitan. lib. 1. cap. 2. n. 26. D. Barboſ. in l. Cum prætor §. vlt nu. 67. ff. de Iudic. Et proprietarius non poreſt eius officium ſeruire in hoc Regno niſi priùs perueniat ad ætatem 25 annorum vt per Melch. Phœb. deciſ. 92. n. 2.

2 Limita primò, in ijs locis vbi defecerint homines incolæ maiores viginti quinque annorum, quia ratione penuriæ laxabitur rigor iuris, & admittentur minores ex l Non tantum §. Minores vbi gloſ. verbo Ex cauſa ff. de Decurion. gloſ. verbo Creati in l. Ad Rempubl ff. de Muner. & honorib. Xuar alleg. 12. nu. 3. Azeued. Ad Curiam Piſanam lib. 1. cap. 12. exemplificans in paruis oppidis. Auend. de Exequendis mand. p. 1. cap. 19. n. 16. Exceptis tamen pupillis, quia hi nequè in defectum admittentur ex l. 1. §. Impuberes ibi, quamuis neceſsitas penuriæ hominum cogat ff. de Iure immunit. Cal. Pereira d. verbo Hunc contractum n. 42.

3 Limita ſecundò in minoribus, *que ſeruem por ſeruentia*, prout iudicatum refert Cabed. p. 2. Areſto 106. Nouiſsimè Mendez à Caſtro in Praxi Luſitaniæ lib. 1. cap. 2. §. 9. n. 25.

4 Limita tertiò in muneribus publicis perſonalibus, in quibus nõ requiritur magna diſcretio, nec conſilium, vt facere cuſtodiam in porta, vel in muris ciuitatis, vel ſimilibus, & ad iſta vocantur etiam minores exceptis ſcholaribus, vt docent Bart. & Plate. in l. 1. n. 2. Cod. qui ætate lib. 10. Azeued. ad ti. 14. n. 20. lib. 6. nouæ Recopil.

AD §. I.

Nota ad hoc quod ex conſuetudine Regni requiritur quod iudex ſit vxoratus nouiſsimè Mendez à Caſtro in Praxi Luſitaniæ lib. 1. cap. 2. §. 9 n. 25. Iudicandi munus honor eſt & dignitas, quæ non niſi dignis eſt communicanda Fr. Ludou. Miranda de Ordine Iudic. q. 4. art. 3. propè finem. Et ideò iudicis officiũ eſt nobile, & nobilitas etiam ex iudicatura cauſatur Perez l. 4. tit. 15. lib. 2. Ordin. Amat. Rodet in Pract. de modo, & forma videndi, & examinandi proceſſum cap. 1. de legit. n. 10.

Ad tit. 95. Ordin. Regiæ.

In antiq. tit. 74.

Dos que vendem, ou renuncião os officios, ſem licença del Rey.

De vendẽtibus ſeu renuntiãtibus officia abſq; Regis facultate.

Ad Princip. Ordin. Regiæ.

1 VIde Guillelm. in cap. Rainũtius verbo Duas nu. 52. cùm ſeqq. Maſcard. de Probat. concl. 1132. n. 39. Cabed. p. 2. deciſ. 24. Cald. Pereira in comment. ad §. Sed hæc Inſtit de Inoffic. teſtam. p. 2. n. 10. nouiſsime Aloyſ. Ricci in collect. deciſ. p. 5. colect. 2009. Et quod locari non poſſint vide apud

Digitized by Google

Hiſpanos l.11.tit.11. lib.3. nouæ Recopil. & l.4.tit.25.lib.4.vbi Azeued. & in omni iuriſdictionis officio idem ſtatuit l.8.ti.3.lib.7.& pœna apponitur iudicibus permittentibus locari officia ſuæ correctionis per l.13. tit. 6. lib. 3 nouæ Recopil. Et de renuntiationibus, vide Cabed.deciſ.91.n.4. p. 2. vbi tenet renuntiationes officiorum non poſſe fieri niſi in manibus Regis, nec ab alio acceptari.

Rex an poſſit vendere officia publica? 2 An Rex poſsit vendere officia publica? Vide Mench.Illuſtriũ cap. 42. n.11.cum ſeqq.& cap.43. Perez tit.2.lib.7.Ordin. pag.411.Azeued. ad Curiam Piſanam lib. 4. cap.7. à n.2. Pined.in Monarch. lib.19. cap. 26. §.3. Zerol in Praxi Epiſcop.p.1. verbo Barones verſ.4. P.Azori Inſt. Moral. p. 2. lib.11. cap. 5. col. 1236. Cald.Pereira d.p.2.n.12.Bobadil.in ſua Politica lib. 1.cap.11.n.11.& lib.2. cap.16.n.209. Valaſc.de Partit. cap. 13. á n.66. Cabed.deciſ.24 n.4.p.2.

3 In text. ibi(*não poſſaõ vender,&c.*) Nec poterunt capi in cauſam iudicati, niſi deficientibus alijs bonis per ea quæ notant Iaſ.in l pen.n.3.& 4. ff. de Re iudic. Tiraq. de Retract. lig §.1.gloſ.14.n.14. Sed contra videntur facere quæ Mexi.in tract taſſæ panis concl.5.nu.133. An poſsint hypotecari vi? Farinac.in deciſionibus Rotæ Romanæ deciſ.288. nu.1. cum ſeqq.vbi aſſerit quod hypotheca cadit ſuper officijs.

AD §. I.

In text.ibi(*trinta dias*)In Gallia requiritur ſuperuenientia quadraginta dierum ex Petr. Gregor. Syntag. iuris p.2.cap.18.n 8. Rebuff. in Praxi benefi. tit. de Infirmis reſignant. gloſ.5.p.3 Flamin.de Reſignat. lib. 12.q.1.in fine n.35. Gonzal.ad reg.8. Cancel.§.11.n.24.in fine,& 25. Stephan.Gratian.Diſcept.Forenſ. cap. 167. nu.12. & 13. Cabedus deciſ.24. n.8.p.2.

AD §. II.

Nota quod qui habet à Rege facultatem vendendi, vel renuntiandi officium, ſi errores committat, & poſtea renunciet non valebit talis renuntiatio, ſeu venditio niſi Princeps id ſciendo admittat renuntiationem vt per Cabed. p.2. deciſ.24. num.9.

Ad tit.96.Ordin.Regiæ.

Extrauã. 3.tit.38. p.1.

Que os officiaes ſiruão por ſy ſeus officios.

Ad Princip. Ordin. Regia.

IN text.ibi(*não ponhão outras peſſoas que por elles o ſiruão*)Nota quod tabellio alij vices ſuas, vel muneris ſui prouinciam, cum eius induſtria electa videatur, delegare poteſt, nec id noſtri mores patiuntur, poteſt tamen ex protocollo, ſeu antographo quilibet alius exemplum inſtrumenti confecti aſſummere, & haurire, dummodo tabellio id ſuo publico ſigno fulciat, & roboret, ac ſubſcribat. Ita Cald. Pereira de Empt.cap. 35. nu.5. Et ſcribæ non poſſunt per ſubſtitutos officia ſeruire vt apud Hiſpanos conſtitutum eſt per l. 6. titul 2 lib.7.Recop.Curi.Philip.p.1. §.2.n.10.

AD §. I.

In text.ibi(*o dito official porá em ſeu lugar tal peſſoa que o poſſa, & ſaiba bem ſeruir*) Concordat apud Hiſpanos l.4. tit. 25. lib.4. nouæ Recopil. vbi Azeued.

Digitized by Google

Azeued. propo fine, & nu.6. reſoluit poſſe proprietarium alium, & ſecundum ſubſtitutum nominare, reuocando primum.

AD §. III.

In text. ibi (*for impedido por abſencia, doença, ſuſpenſaõ, &c.*) Idem ſi ſit mortuus, reſoluit Perez. l. 2. in fine tit. 6. lib. 2. Ordinam. pag. 267.

In text. ibi (*encarregarão a tal ſeruentia a hum criado noſſo, &c.*) Faciunt quæ tradit Couar. Pract. cap. 19. n. 4. verſ. His tandem.

in antiq. tit. 76.

Ad tit. 98. Ordin. Regiæ.

Como el Rey pode tirar os officios da juſtiça, &c.

Rex poteſt reuocare officia ad libitum.

1 Vide Gregor. l. 2. tit. 15. part. 2. & l. 20. gloſ. 2. titul. 13. part. 2. Pinel. in rub. Cod. de Reſcind. vendit. p. 1. num. 31. Matienſ. l. 2. gloſ. 2. n. 2. & 3. tit. 7. lib. 5. nouæ Recopil. Burgund. conſ. 21. n. 5. Gutier. Practic. lib. 3. q. 11. n. 5. cum ſeqq. latè Cabed. p. 2. deciſ. 20. Cald. Pereira de Empt. cap. 18. n. 6. Melch. Phœb. deciſ. 28. num. 5. tom 1. Nouiſsime Aloyſ. Ricci. in Collect. deciſ. p. 5. collect. 2011. vbi ait quod officiales à Principe gratis, & voluntarie conſtituti, ſiue perpetui ſint, ſiue temporales non poſſunt ad nuptum reuocari, niſi ex vrgenti, & iuſta cauſa, & ita in Regno Galliæ, Neapolitano, & Hiſpano dicit receptum.

2 Limita ſi concedat conſtituto pretio, vel ob benemerita, quia huiuſmodi conceſsionem reuocare non poteſt ſine cauſa. Vide Titaq. in l. Si vnquam verbo Donatione largitus n. 14. Capic. deciſ. 121. n. 15 & 16. & deciſ. 166. Grammat. deciſ. 65. nu. 25. Menoch. conſ. 1. n. 381. cum ſeqq. & conſ. 2. nu. 136. & 139. & conſ. 181. n 55. Valaſc. conſ. 72. n. 5. Cald. Pereira vbi proxime.

Ad Princip. Ordin. Regiæ.

1 In text. ibi (*lhos poſſamos tirar*) Si autem in prouiſionalibus litteris officiorum contineatur quod Princeps concedit officium ad beneplacitum, ſicut quotidie fit per illa verba, *Em quanto for noſſa merce*, dic durare poſt mortem concedentis, & ſignificare arbitrium boni viri, qui ſine iuſta cauſa non aufert conceſſionem ex Panorm. in cap. Verum 7. notab. vlt. num. 6. de Foro comp. Capic. deciſ. 116. nu. 4. & alijs relatis per Stephan. Gratian Diſcept. Forenſ. cap. 167. num. 45. & muneris præced.

2 Aduerte quod Rex noſter inuictiſsimus poteſt promittere officia, quæ non dum vacant, quod iudicatum refert Melch. Phœb. deciſ. 2. n. 1. vbi n 16. quod Princeps poteſt concedere prouiſiones generales ſuper officijs hominis incerti. Et Prælati, ac Abbates non poſſunt concedere prouiſiones de officijs, & beneficijs annexis, & connexis ſuæ Abbariæ in tempus quo vacauerint poſt eius mortem, ſecùs in Principe quod iudicatum refert Phœbos deciſ. 27.

Senatus Supplic. iudicauit.

Senatus Supplic. iudicauit.

Digitized by Google

REMISSIONES DOCTORVM IN LIBRVM SECVNDVM ORDINATIONVM REGIARVM LVSITANORVM IN REFORMATIS.

Ad tit. 1. Ordinationis Regiæ.

Quando Clerici, & Religioſi coram ſeculari iudice ſint conuenien di.

Em que caſos os Clerigos, & Religioſos hão de reſponder perante as juſtiças ſeculares.

Ad Princip. Ordinat. Regia.

1 IN text. ibi (*que em noſſos Reynos não tem ſuperior ordinario*) Cum Legatus à latere de cauſis exemptorum cognoſcere poſsit gloſ. magna in cap. Quod translationem de Officio Legati. Frat. Emman. Roder. tom. 2. quæſt. Regular. q. 63. art. 4. videtur quod ſi ſit Legatus in Regno, vel Nuntius cum poteſtate de latere non erit huic Ordin. locus, ſed reſpondendum quod hæc intelligitur de iudice ordinario habente in Regno ſuam iuriſdictionem radicatam, vt ſunt Epiſcopi, & habẽtes iuriſdictionem quaſi epiſcopalem, ſed Legatus habet iuriſdictionem extraordinario modo cap. 2. de Officio Legati lib. 6. P. Henriq. in Sum. p. 1. lib. 7. de Indulgent. cap. 25. nu. 3. pag. 554. Frat. Emman. d. q. 63. art. 3. ad finem. Deinde facit quia titulus de Officio Ordinarij diſtinctus eſt à titul. de Officio Legati, & cum cauſam inchoatam reuocatus ad Curiam nõ poſsit abſoluere cap. Nouit de Officio Legati Flamin. de Reſignat. lib. 1. q. 11. nu. 4. ideò eius iuriſdictionem in caſibus ab hac Ordin. expreſsis adire partes non tenentur, cum etiã iuriſdictio extraordinaria tanquam odioſa reſtringi debeat ex gloſ. pen. in Clem. 2. de Officio Ordin.

2 In text ibi (*onde forem moradores, &c.*) Electio eſt actoris ex Bart. in l. Si per errorem ff. de Iuriſd. omnium iudicum n. 3.

3 In text. ibi (*que ſempre ſe praticarão, & vſarão*) Nota huiuſmodi ſtatuta ſupra hominum memoriam ſemper fuiſſe obſeruata ſciente, & patiente Summo Pontifice, vnde debent valida cenſeri, acſi conſtaret ſpeciali priuilegio fuiſſe confirmata ex l. 3. §. Ductus aquæ ff. de aqua quotid. & æſtiua cap. Super quibuſdam § Præterea de Verborum ſignificat. Valaſ. conſul. 141. num. 11. Conſtat deindè Ordinationem hanc confirmatam fuiſſe in Concordatis in Curia Romana inter clerum, & Regem Dyoniſium prout referunt D. Barboſ. in priuatis Scholijs ad l. Filiusfam. ff. de Legatis 1. verſ. Ad Ordinat. lib. 2. citatus à Benedict. Ægid. in repet. l. 1. Cod. de Sacroſanct. Eccleſ. p. 5. §. 2. num. 12. Cald. Pereira de Emptione

cap. 8.

cap.8.nu.36.& vide quæ in propoſi. tum adducit Farin.p.4.conſ.68.n.11. & 16.

AD §. I.

Clericus conueniens laicum coram iudice ſæculari, coram eodem reconueniri poteſt à Laico.

1 CONcordant apud Hiſpanos l.57.tit.6. part.1. vbi Gregor. verbo Ali deue,& l.4.titul.3. part.3. Vide Afflict.deciſ.173. à n.1. vbi aſſerit quod ita ſeruatur Neapoli,Franciæ,& recipit vſus totius Europæ. Cou. Pract. cap. 31. Duenh. reg.202. Marant. de Ordine Iudic. p.4.diſt.6.nu 53.& 59. Clar.lib.5. §. fin.q.36. Queſad.diuerſ.quæſt. cap. 29. n.4.Gail.lib.1.obſeruat.37. nu.5. Mynſing.cent.2. obſeruat. 67. verſ. Primus. Franciſc. Monald. conſ.22. n.3.& 4. Sebaſt. Medices in tract.de Compenſat.p.2. q.1. nu.9. Soar. recept.Sentent. lit.C. nu.114. Ioſeph. Ludou.concl.38. n.42. Vincent.de Franch.deciſ.193.num.3.in princip. Franciſc.Viui.Neapol.deciſ.49.n.4. Caualcan.Fiuiz.deciſ.19.nu.60.p.3. Mench.Illuſtri.cap.5.ſub.n.18. verſ. Adeò vt etiam. Surd. conſ.222.nu. 19. & conſ.396.n.6. Bobadil. in ſua Politica lib.2.cap.18.n.162. & gloſ. lit.K. Morl.in Empotio iuris p.1.tit. 2. de Iuriſdict.q.13. Ludou. Rodolphin. in tract. de Brachio ſeculari n.60. Bernard.Græuæ.ad Pract.Cameræ Imper.lib.1.concl.37.conſid. 7. D.Marr. de Iuriſd. p.4. caſu 107. Alexand.Trentaſinq.Variar.reſoluti lib.2.tit.de Mutuis petit. reſolut.1. n.32.pag.74.Amat.Roderic. in Practica de modo,& forma videndi, & examinandi proceſſum cap.1. n.49. nouiſsime Camill. Borrell. in Summa omnium deciſ.titul.7. de Clericis,& Sacerdotibus n.81. & 82. Farin.in Praxi crimin.p.1.q.8.num.99. cum ſeqq. pag. mihi 101. Frat. Anton. de Souſa in relectione de cenſuris Bullæ Cœnæ cap.82.à n.3. D. Barboſ. in l. Qui prior ff. de Iudic. n.79. cũ ſeqq. Cald. Pereira quæſt. Forenſ.lib.1.q.25.nu.16.& lib.2.q.51. nouiſsime Ceuall.in tract.de cognitione per viam violentiæ p.2. q.23. n.22. & Mendez à Caſtro in Praxi ſeculari Luſitan. lib.3.cap. 8. Curi. Philip.p.1.§.5.n.18.

2 Amplia primò vt non modo reconueniri poſsit clericus coram ſeculari iudice ſuper eàdem re, ſed etiam ſuper penitus diuerſa,reſoluit Franciſc.Viui. Neapol.deciſ 49.nu. 5. & procedere poteſt ſecularis ad condemnationem,non tamen ex ea cauſa poterit clericum de perſona adſtringere,ſed hoc faciet eccleſiaſticus iudex, vt per Vrſill.ad Afflict. deciſ.173.Franc.Viui. deciſ.49. n.4. & 5.Camill.Borrell.d.tit.7.n.83.

3 Amplia ſecundò in clerico agēte iudicio retinendæ coram iudice ſeculari,cui poteſt obijci à Reo laico proprietatis exceptio, vt dicebat Vincent.de Franch.deciſ.193. nu.4. vbi nu. 16. aſſerit quod ſi reconuentioni noluit reſpondere clericus, illi etiam denegetur audientia in conuentione.

4 Amplia tertiò reconuentione clericum agentem coram laico obſtringi vſquè ad finem, etiamſi poſtea á conuentione velit deſiſtere Afflict.Neapol.deciſ.173. nu.4.& 5. Marant.de Ordine Iudic.diſt.6.nu. 66. Menoch. de Arbitr. lib.1. q.44. n.5. Guid. Papæ conſ.185. incip. In Curia Parlamenti. Vincent. de Franch.Neapol.deciſ.193. ſub nu.4. Marcel. Calac. in tract. de arte, & modo probandi gloſ.1. §.1. num.46.

Alexand.

Alexand. Trentaſinch. d. reſolut. 1. num. 33. verſ. Hæc concluſio Camill. Borrell. d. tit. 7. n. 108.

5 Amplia quattò vt clericus conueniens, & reconueniens coram iudice ſeculari, ſecularibus etiam legibus & Ordin. teneatur ex Menchaq. Illuſtri cap. 5. n. 19. & 22.

6 Limita primò vt non procedat in cauſa criminali, in qua clericus, nec etiam ciuiliter poteſt coram iudice ſeculari reconueniri, reſoluunt Tiber. Decian. tract. crimin. lib. 4. cap. 9. nu. 17. Ludou. Rodolphin. in tract. de brachio ſeculari n. 60. Farin. d. q. 8. n. 100. pag 101. D. Matth. d. caſu 107. nu. 8. D. Barboſ. in l. Qui prior num. 86. ff. de Iudic. Alexand. Trentaſinch. d. reſolut. 1. nu 33. verſ. Tertiò. Camill. Borrell. d. tit. 7. n. 84.

7 Limita ſecundò vt clericus reconueniri non poſsit in cauſa ſpirituali, ſeu quando reconuentio tangeret cauſam ſpiritualem, vel illi annexam, reſoluunt Sebaſt. Medices de Compenſar. p. 2. q. 1. nu. 9. Farin. d. q 8. n. 102. Mozzi. de Naturalibus feudi ſub n. 114. ad finem.

8 Limita tertiò quando laicus cōuentionem in ſe intentatam ſtudio reconueniendi, ſeu in fraudem procuraſſet ex Angel. Marian, & Gregor. Lop. reſoluit Vincent. de Franc. Neapol. deciſ. 193. nu. 5. accedit Farin. d. q. 8. n. 101.

9 In text. ibi (*dalgũa injuria*) Non intelligitur de iniuria quatenus eſt maleficium, & crimen iuxta l. Iniuriarum cauſa Cod. de Iniur. Sed intelligitur de ſatisfactione alicuius iniuriæ, quæ deſcēdit ex lege Aquilia iuxta text. in l. 2. & in l. Si quis fumo § 1. ff. ad leg. Aquil. Princ. Inſtit. de lege Aquilia, cap. 1. & ſeq. de Iniur. Ceuall. Communium contra communes tom. 4. q. 897. num. 149. Curi. Philip. p. 3. § 2. num. 6.

In text. ibi (*quando ciuelmente ſe demandarem*) Ergo clericus poteſt reconueniri ciuiliter pro crimine vt per Cald. Pereira quæſt. forenſ. lib. 2. q. 51.

AD §. II.

Iudex laicus cognoſcit de quolibet poſſeſſorio clericorum, etiam cauſa ſpiritualis, vel eccleſiaſtica.

1 Concordat apud Hiſpanos l. 10. tit. 1. lib. 3. nouæ Recopil. Et ſimilem legem, ac conſuetudinem ſeruari in Curia *Neapolitana* referunt Afflict. deciſ. 58. n. 59. cum ſeqq. Grammat. deciſ. 78. nu. 2. Camill. Borrell. in Summa deciſ. tit. 43 de foro compet. nu. 23. Et apud *Gallos* Guillem. Benedict. in cap. Rainuntius verbo Et vxorem deciſ. 2. nu. 39. Franc Marc. Delphin. deciſ. 190. n. 6. & deciſ. 512. nu. 1. & 3. vol. 1. & deciſ. 215 n. 3. vol. 2. Rebuff. tom. 1. ad leges Galli. tit. de ſentent. execut. art. 1. gloſ. 11. & tom. 2. tit. Ne benef. cadau. art. 1. gloſ. 3. Et in Senatu *Burdegalenſi* Nicol. Boer. deciſ. 69. ſub n. 23. Et in Senatu *Mediolanenſi* Alciat. conſ. 24. n. 1. Vincent. Carot. deciſ. ſua particulari, ſeu caſ. 137. Et in tota *Italia* Anton. de Petra in tract. de Poteſt. Princip. cap. 8. à num. 83. & cap. 15. num. 61. Et in Senatu *Pedamontano* Menoch. remed. 15. Recup. num. 211. Theſaur. deciſ. 82. nu. 1. & deciſ. 117 num. 1. & deciſ. 131. ſub n. 6. Et apud *Nauarros* Olan. in antin lit. C. n. 34 & lit. I. n. 77. Et in Senatu *Galleco* Gaſp. Roderi. de annuis reditib. lib. 1. q. 17. nu. 58. cum ſeqq. Et in ſereniſsimo *Venetiarum* dominio Menoch. Recup. remed. 15. n 110. Camill Borrell. d. tit. 43. de foro comp. nu. 27. & tit. 44. de Citat à n. 102.

Digitized by Google

nu.102. Vide latè de materia Cou. Pract. cap.35. Gail. lib.1. Obſeruat. 37. Bernard. Laurent. in tract. de quibus caſibus iudex ſecularis cognoſcat contra clericos n.17. Afflict. in conſtit. Regni Siciliæ lib. 1. fol. 159. col.3. num.8. Caſſan. in conſuet. Burgund. rub.1. §. 1. in gloſ. Et dio ictum nu. 110. fol. 21. Puteum lib.1. deciſ. 361. & deciſ. 365. Menoch. conſil.366.nu.13. Aufrer. in tract. de poteſtate ſeculari ſuper eccleſ. perſon. reg.2. num.24. verſ.24. Crauet. conſ.258 à nu.1. Anton. Grauat. ad Veſtri. lib 5. cap.1. nu.6. Ioan. Garu. Reg.9. à n.15. Rebuff. tom.1. ad leges Gall. tit. de Sentent. execut. art. 1. gloſ.1. & tom.3 tit. de cauſa benef. poſſeſſ. art. 8. gloſ.2. & tit. de materia poſſeſſ. art.7. gloſ.1. à nu.23. & in concord. tit. de Annat. in gloſ. verbo Poſſeſsionem pag. 793. cum ſeqq. Menoch. remed.3. retin. á num.323. Nau. in cap. Cum contingat remed. 1. á n.1. de Reſcript. Auend. de Exequend. mand p.1. cap.1. à nu.32. Salzed. in Pract. cap. 102. Azeued. l.2. à princip. tit.6. lib.1. & l.4. in fine tit.1. lib.4. & l.4. n.5 tit 2. & l.1. tit.13. lib.4. nouæ Recopil. Oſaſc. Pedam. deciſ. 116. n.1. Ioan. Garc. de Nobilit. gloſ. 9. nu.46. Gutier. Canon. lib.1. cap. 34. à n.22. & Pract. lib.1. q.20. Kirchou. tom.1. Commun. Opinion. lib. 3. tit.1. nu.104. & 105. pag.366. Celu. de Benefi. p.1. q.7. Corraſ. eod. tract. p.1. cap.2. n.8. Petr. Greg. eod. tract. cap.40. nu.10. Petr. Anton. de Petra tract. de Poteſtate Principum cap.6. á n.83. Andr. Fachi. controuerſ. iuris lib.8. cap.15. verſ. Venio ad alterā. Quintanad. Eccleſiaſt. lib. 1. cap.9. n.13. Sahag in cap.2. de Iudic a nu. 177. P. Azori. Inſtit. Moral. p 1. lib.5. cap.12. verſ. Quæri ſolet pag.409. & cap.14. q.1. pag.419. Ceuall. Cōmun. cōtra cōmun. q.504. & to.4. q.897. n.160. Fari. in Praxi crim. q.8. á n.23. Fr. Ludou. Miranda de Ordine Iud. q.1. art.5. concl.4. Bouadil. in ſua Politica lib.2. cap.18. nu.141. & cap.17. n.153. Cened. ad Decretal. collect.4. & Pract. ac Canon. quæſt. lib.1. q.45. nu.25. cum ſeqq. D. Mart. de Iuriſd. p.4. cent.1. caſu 38. Bernard. Græuæ. ad Practicam Cameræ Imper. lib.1. conſid.37. conſid.6. Nicol. Garci. de Benefic. p.1. cap.2. nu.50. cum ſeqq. Valaſc. conſ.11. & conſ.79. num.2. & conſ.93. nu.3. cum ſeqq. Cabed. p.1. deciſ.82. & deciſ.76. num.4. & p.2. deciſ.71. n.3. & de patronatibus Regiæ Coronæ cap.49. à nu.10. D. Barboſ. in l. Hæres abſens §. Proinde n. 22. ff. de Iudic. Cald. Pereira quæſt. forenſ. lib.1. q.25. n.19. & conſ.11. n.20. nouiſsime Ceuall. de Cognitione per viam violentiæ in cauſis Eccleſiaſticis p.2. q.17. à n.45. latiús q.65. per totam, & nouiſsime etiam Mendez á Caſtro in Praxi Eccleſiaſtica Luſitaniæ lib.2. cap.4. n.14.

2 Amplia primò vt non ſolùm poſſeſſoria iudicia retinendæ, ſed etiam recuperandæ poſſeſsionis coram iudice ſeculari tractari poſsint. Vide Garc. de Nobilit. gloſ.1. nu.27. & gloſ.9. à n.46. cum ſeqq. Bernard. Græuæ. d. lib.1. concl.37. conſid.6. nu.7. Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap.238. nu.9. cum ſeqq. Cald. p.1. deciſ.82. n.4.

3 Amplia ſecundò in poſſeſſorio adipiſcendæ. Vide Cou. Pract. cap. 35. n.1. verſ. Prima concluſio. Guid. Papæ deciſ.1. Aym. conſ.104. nu.17. verſ. Nec obſtat. Anton. Theſaur. Pedam. deciſ.82. n.3. & 4. Amadæ. de Ponte in quæſt. quis ſit iudex in cauſa feudali ad fin. Bernard. Græuæ. d. conſid.6. nu 8. licet Farin. diſſentiat d.q.8. n.23. verſ. Procedit.

4 Amplia tertiò etiam quãdo agitur ſuper præeminentijs, & honoribus Eccleſiarum. Vide Ceuall. Commun. tom. 4. q. 897. nu. 236. Auend. de Exequẽdis mand. p. 1. cap. 1. n. 25. pag. 14. Et quod pro honore competat iudicium poſſeſſoriũ ex Bald. & Boer. reſoluit Garci. de Nobilit. gloſ. 35. n. 59. poſt princip. vbi etiam quod antiquiori, & nobiliori competit locus honorabilior, quod ſi ab eo deturbetur fit illi iniuriam quam de facto poteſt propellere, de quo etiam idem Garci. de Expenſ. cap. 8. ad fin. Lar. in l. Si quis á liberis in princ. n. 25.

5 Amplia quartò quando fit nouitas in materia de ſoluendis decimis. Vide Rebuff. de Decimis q. 10. nu. 3. Menoch. remed. 15. Recup. ſub num. 234. Gail. lib. 1. obſeruat. 38. n. 3. & 4. Surd. conſ. 338. n. 26. vol. 3. Grauat. ad Veſtrium in Praxi Romanæ Curiæ lib. 5. cap. 1. à nu. 3. Affiict. Neapol. deciſ. 2. n. 10 & deciſ. 24. nu. 9. Boer. Burdagal. deciſ. 69. n. 13. Cacheran. Pedam. deciſ. 116. Camill. Borrell. de præſtantia Regis Catholici cap. 71. n. 349. & 350. & nouiſsime in ſumma omnium deciſ. titul. 19. de Decimis à nu. 18. & tit. 43. de foro comp. nu. 125. Sayr. in Floribus deciſ. lib. 1. tit. 2. de Conſtitut. deciſ. 41. Alexan. Moneta in tract. de decimis cap. 8. n. 14 & 18. Azeued l. 6. n. 3. tit. 5. lib. 1. nouæ Recop. Phœb. deciſ. 70. à n. 1. Couar. Pract. cap. 35. num. 2. Gutier. Pract. lib. 1. q. 4. nu. 1. Curi. Philip. p. 1. §. 5. nu. 5. cum ſeqq. Soar. de Paz in Pract. tom. 2. prælud. 2. à nu. 22. Bobadil. in ſua Politica lib. 2. cap. 18. n. 145. Stephan. Gratian. Diſceptat. Forenſ. cap. 238. Bernard. Græuæ. d. lib. 1. concl. 38. nu. 7. & 8. D. Barboſ. in l. Titia n. 39. cum ſeqq. & n. 47. ff. Soluto matrim. Et de tertijs decimarum Regibus Hiſpaniæ à Sũmo Pontifice conceſsis vide Cabedum deciſ. 63. p. 2.

6 Amplia quintò in commendatarijs Hyeroſolomitanis, qui ſi vim, vel violentiam nouam alicui inferant ad ſeculare Regium iudicium trahi poſſunt prout iudicatum refert Mendez à Caſtro in Praxi Luſit. lib. 2. cap. 2 n. 19.

7 Amplia ſextò in cauſa poſſeſſoria matrimonialis Rhenat. Chopin. de ſacra Politia lib. 2. tit. 1. n. 14. Valaſc. conſ. 93 n 5. Camill. Borrell. in Summa deciſ. tit. 43. n. 104.

8 In text. ibi (*aſsi mouel*) Vtpotè intentato remedio cap. Reintegrandæ 3. q. 1. Vide Menoch. remed. 1. Recuper. n. 39. & remed. 15. nu. 192. cum ſeqq. & Farinac. in deciſionibus Rotæ nouiſſ. deciſ. 470. n. 1.

9 In text. ibi (*dentro de anno, & dia*) Vide latè Cabed. p. 1. deciſ. 76. à n. 4. & deciſ. 82. per totam vbi n. 7. aſſerit quod minori annus non currit.

10 In text. ibi (*& tornar a reſtituir o forçado*) Intellige nõ ſolùm ad poſſeſſionem, & fructus ipſos, ſed etiam ad expenſas, damna, & intereſſe paſſa per ſpoliatum prout reſoluit Viui. tom. 2. Commun. Opin. lib. 8. tit. 3. n. 2. in med. & in articulo violentiæ poteſt iudex laicus in expenſis, & damnis vim facientem condemnare, quia hoc eſt conſequutiuum illius extraiudicialis defenſionis, ex Gutier. Pract. lib. 1. q. 20. num. 2. & 3. Contrarium tamen imò ſecularem iudicem ad poſſeſsionem ſolum ſpoliatum poſſe reſtituere per hanc Ordin. ex verbo *Reſtituir* videtur tenere Menoch. remed. 1. Recup. nu. 305. vbi n. 306. aſſerit duo illa poſſeſsionem ſcilicet, & damna eſſe diuerſa, itaut alterum attingere minime dicatur, & facit text. in cap.

Accedens 4. ibi plenariam reſtitutionem vt lite non conteſt. ſed prima opinio verior.

AD §. III.

Laicus citatus coram iudice laico licet fiat clericus non mutat forum, ſed in ciuilibus tantùm tenetur reſpondere coram illo iudice laico, qui ante clericatum de cauſa cognoſcebat.

1 VIde l. Si quis poſteaquàm ff. de Iudic. vbi D. Barboſ. nu. 199. cum ſeqq. latè de materia, & apud Hiſpanos l. 10. & 12. tit. 7. part. 7. Cou. Pract. cap. 32. n. 4. Curi. Philip. p. 1. §. 5. n 18.

2 In text. ibi (*ſendo algum leigo citado*) Ergo per ſolam citationem perpetuatur iuriſdictio iudicis laici iuxta d. l. Si quis poſteaquàm, & cap. Propoſuiſti de foro comp. Vide Afflict. deciſ. 294. n. 3. Mench. Illuſt. cap. 24. n. 8. Maſcard. de Probat. concl. 1227. n. 6. Baptiſt. Coſt. de facti ſcientia, & ignor. diſt. 65. n 4. D. Mart. de Iuriſdict. p. 2. cap. 3. n. 6. & 10. Cabed. p. 1. deciſ. 142. num. 1. & 4. D. Barboſ. in d. l. Si quis poſteaquàm à num. 22. & num. 60.

3 In text. ibi (*quanto ao ciuelsòmente, & mays não*) Vide Gam. de Sacram. præſtandis vltimo ſupplicio dãnatis q. 5. n 27. Valaſc. conſ 48. n. 7. & 8. & infra dixi latiùs in §. 21.

4 In text. ibi (*do contrario coſtume*) Notatur ad hoc quod iudex eccleſiaſticus vbi viget cõſuetudo poteſt capere bona, & perſonas laicorum vt per Auil. ad cap. 20. Prætor. nu. 15. Cou. Practic. cap. 10. n. 2. Tamen in praxi adhùc neceſſe eſt vt per ſententiam conuincatur reus de crimine iudicialiter, itaut abſque illa non poſſit eccleſiaſticus procedere ad capturã laici ex crimine viſitationis prout in ſupremo Senatu anno Domini 1611. iudicatum refert nouiſſime Mendez à Caſtro in Praxi eccleſiaſt. Luſit. lib. 2. cap. 5. n. 17. cũ ſeqq. *Senatus Supplic. iudicauit.*

AD §. IIII.

Clerici in minoribus, ſiue ſoluti, ſiue coniugati ſint, non gaudent fori priuilegio in cauſis merè ciuilibus.

1 COncordat apud Hiſpanos l. 2. tit. 4. lib. 1. nouæ Recop. Vide Lap. alleg. 118. Cou. Pract. cap. 31. num. 7. Soar. de Paz in Praxi tom. 2 prælud. 2. n. 7. Curi. Philip. p. 3 §. 1. nu. 5. Farin. in Praxi crim. q. 8. n. 7. Decian. tract. crim. tom. 1. lib. 4. cap. 9. nu. 40. D. Barboſ. in l. Si quis poſteaquàm à nu. 203. cum ſeqq. & n. 252. ff. de Iudic.

2 In text. ibi (*como caſados*) Deſumitur ex cap. Vni. de clericis coniug. lib. 6. Vide Clar. §. fin. q. 36. num. 8. Anton. Gom. tom. 3. cap. 10. n. 4. D. Barboſ. in d. l. Si quis poſteaquàm num. 207.

3 In text. ibi (*ſe guardarà o que dizemos neſte titulo*) In §. 27. vbi plures citaui Doctores.

AD §. V.

Laicus detentator rei Eccleſiaſticæ, vel rei alicuius clerici, vt quia ſpoliauit eum, vel Eccleſiam à poſſeſſione poteſt coram iudice eccleſiaſtico conueniri.

DEſumitur ex cap. Si clericus laicum, & cap. Conqueſtus de foro comp. Vide Concil. Trident. Seſſ. 22. de Reformat. cap. 11. Marãt. de Ordin. Iud p. 4. diſt. 11. n. 6. Ozaſ. Pedam. deciſ. 32. Guti. Canon. lib. 1. q. 34. nu. 7. Soar. de Paz in Pract. tom. 2. prælud. 2. à n. 16. Fr. Lud. Mir. de Or-

de Ordine Iudic q. 1. art. 5. concl. 4. in fine Curi. Philip. p. 1. §. 5. num. 10. Surd. conſ. 286. nu. 4 D. Barboſ. in l. Si quis ex aliena n. 140. cum ſeqq. ff. de Iudic. vbi de ſacrilegio. Optimè Cald. Pereira quæſt. forenſ. conſ. 43. nu. 16. ad hoc quod actione vnde vi conuenitur laicus coram iudice eccleſiaſtico.

AD §. VI.

1 Nota quod cognitio de bonis Eccleſiæ, quæ eius ſunt quoad vtile, & directum cognoſcit eccleſiaſticus contra laicum, niſi reus laicus neget res illas eſſe eccleſiaſticas, nam tunc remittendus eſt ad iudicem ſecularem, & probatur in cap. Si clericus laicum de foro comp. & reſoluit nouiſsime Mendez à Caſtro in Praxi eccleſiaſtica Luſitaniæ lib. 2. cap. 4. à n. 1. Curi. Philip. p 1. §. 5 n. 10. Et clericus pro rebus Eccleſiæ habet fori electionem vt per Capic. Neapol. deciſ. 160. Franc. Viui. deciſ. 27. nu. 1. & 2. nouiſsime Camill. Borrell. in Sum. deciſ. tit. 13. de foro cõp. n. 137.

2 In text. ibi *(mas que o vtil he delle)* Vnde non tenebitur laicus conuentus de vtili dominio, aut de cauſis circa ipſum motis coram iudice eccleſiaſtico reſpondere, imò ſub iudice laico cauſa agenda eſt, ex ea ratione quia dominiũ vtile mere laicum, & profanũ eſt, ac proinde ſubiectum ſtatutis, & legibus Principũ ſecularium. Vide Menoch. de Arbitr. caſu 108. n. 6. Valaſ. de Iure Emph. q 17. n. 12. & conſ. 134. n. 13. & conſ. 147. n. 17. Gam. deciſ. 2. n. 6. & deciſ. 149. n. 6. Surd. conſ. 338. n. 1. D. Mart. de Iuriſdict. p. 4. caſu 20. nu. 5. & caſu 13. n 2. & caſu 137. n 32. Cald. Pereira de Nominat. q. 10. n. 13. & 19.

3. In text. ibi *(ou pedir reſtituição)* Aduerte quod ſi Eccleſia per reſtitutionem in integrum perat reſciſsionem contractus debet illã petere in foro rei conuenti, vide Cou. Vari. lib. 1. cap. 4. n. 2. Cald. Pereira in l. Si curatorem verbo Implorandum nu. 32. D. Barboſ. in l. Hæres abſens §. Proinde à n. 33. ff. de Iudic. In Regno Frãciæ ſi clericus, vel Eccleſia petat reſtitutionem in integrum ex conſuetudine etiam immemoriali ſolet litteras à Rege impetrare, & coram iudice Regio litteras verificare, reſciſſionem contractus petendo vt per Rebuff. in tract. Excepcion. n. 228.

AD §. VII.

Cognitio Iuriſpatronatus tanquam ſpiritualibus annexi pertinet ad iudicem eccleſiaſticum, in determinatione tamen iuriſpatronatus Regis, ſeu ad Coronam Regiam pertinentis cognoſcit iudex cauſarum fiſcalium.

1 DEſumitur ex cap Quanto de Iudic. Concordat apud Hiſpanos l. 56. tit. 6. part. 1. Vide Lambertin de Iurepatron lib. 2. p. 2. art. 7. q. 3. princ. n. 4. & 5. Roch. eod. tract. verbo Ius in princip. Dalner. eod. tract. á n. 147. Gail. lib. 1. obſeruat. 38. n. 6. Cou. Pract. cap. 36. Perez l. 1. verſ. Septimo quæri poteſt tit. 6. lib. 1, Ordin. Azeued. l. 2. n. 4. tit. 1. lib. 4. Recop. Curi. Philip. p 1. §. 5. nu. 4. Ceuall. Communium contra commun. q. 897. n. 560. Bernard: Græuæ. ad Pract. Cameræ Imper. lib. 1. concl. 38. conſid. 1. Cardoſ. in Praxi Iudicum, & aduocat. verbo Cauſa à n. 8. Cabed. de Patronat. Regiæ Coronæ cap. 5. n. 5. & cap. 49. à n. 1. & p. 2. deciſ. 124. n. 3. & Areſto 91. Cald. Pereira quæſtion. forenſ. conſ. 5. n. 6. & 7. nouiſsime Ceuall. in tract. de cognitione per viam violentiæ p. 2. q. 94.

2 Clericus habens feudum à Principe ſeculari conuenitur, & reconuenitur coram temporali iudice. Vide Franc. Marc. Delphin. deciſ. 46. nu. 10. vol. 2. Franciſc. Sonsbech. de Feudis p. 14. num. 20. Carau. in ritu Neapol. 235. nu. 19. Cumia in ritibus Siciliæ cap. 2. n. 40. Matant. de Ordine Iudic. p. 4. diſt. 11. n. 75. Humad. l. 57. gloſ. 2. n. 1. tit. 6. part. 1. Azeued. l. 6. tit. 1. lib. 4. nouæ Recop. P. Soar. de defenſione Fidei Catholicæ lib. 4. de Immunit. cap. 14. n. 12. D. Mart. de Iuriſdict. p. 4. caſu. 102. nu. 16. Cened. ad Decretum collect. 37. n. 5. Farin. in Praxi crimin. q. 8. n. 22. Villalob. tom. 1. Commun. Opinion. lib. 1. tit. 11 n. 4. pag. 188. Bernard. Græuæ. ad Pract. Cameræ Imp. lib. 1. concl. 37. conſid. 4. Curi. Philip. p. 1 §. 5. n. 11. Camill. Borrell. ad Bellugam in Speculo Princip. rub. 11. §. Videndũ verbo Perdunt, & de Regis Cathol. præſt. cap. 71. n. 73. & 74. & nouiſsime in Summ. deciſ. tit. 34. de Feudis n. 159.

AD §. VIII.

Clericus hæres laici defuncti capta iam lite cum eo inſtantia ligatur, teneturquè coram iudice ſeculari iudicum proſequi.

1 Vide Cou. Pract. cap. 8 à n. 2. Boer. deciſ. 69. n. 32. Maran. de Ordine Iudic. p. 4. diſt. 11. n. 79. Viui. & Graſſ. tom. 1. Commun. Opin. lib. 3 tit. 1. nu. 115. & 116. Gail. lib. 1. obſeruat. 37. nu. 8. Burg. de Paz in l. 3. Tauri n 786. & 792. Oland. in antinom. iuris lit. C. à n. 26. Queſad. diuerſ. quæſt. cap. 4. nu. 7. Barth. Humad. l. 57. gloſ. 5. tit. 6 part. 1. Girond. de Gabellis p. 4. §. 1. n. 13. Perez l. 4. ad finem verſ. Quid eſſet ſi clericus tit. 2. lib. 5. Ord. Auend. de Exequẽdis mand. p. 1. cap. 1. n. 33. Mench. de Succeſsion. lib. 3. §. 22. n. 72. limit. 17. Spin. in Speculo teſtam. gloſ. 33. princ. n. 72. Bapriſt. Azini. in Praxi Florent. §. 2. cap. 12. n. 45. cum ſeqq. Surd. conſ. 222. nu. 16. & deciſ. 110. à n. 2. Azeued. l. 15. tit. 4. lib. 5. nouæ Rocopil. Curi. Philip. p. 1. §. 5. n. 19. Donell. Comment. iuris Ciuilis lib. 17. cap. 11. col. 2. Fachin. iuris lib. 12. cap. 43. Ceuall. Communium contra cõmun. q. 36. à n. 1. & tom. 4. q. 896. nu. 625. & nouiſsime in tract. de cognitione per viam violentiæ in cauſis eccleſiaſticis p. 2. q. 13. n. 23. & q. 40. n. 5. Alexand. Trentaſ. Vari. reſolut. lib. 2. tit. de Iudic. reſolut. 4. n. 17. Maſtrill. Siciliæ deciſ. 79. n. 3. nouiſsime Camill. Borrell. in Summ. deciſ. tit. 43. de foro compet. à n. 61. & tit. 64. de Inſtãt. à n. 42. Nicol. Vigell. cent. 1. deciſ. 37. Bobadill. in ſua Politica lib. 2. cap. 18. á n. 165. Frat. Emman. quæſt. Regul. tom. 2. q. 62. art. 2. Camill. Borrell. in addit. ad Bellug. de Speculo Principum rub. 11. §. Videndum lit. B. in fine. & rub. 18. §. Denuò in fine. Soar. de Paz in Pract. tom. 2. prælud. 2. n. 40. cum ſeqq. Anaſtaſ. Germon. de ſacrorũ immunit. cap. 15. n. 97. 99. & 107. Parlad. lib. 2. rerũ quotid. cap. fin. p. 2. §. 1. n. 8. cũ ſeqq. Card. Thuſc. tom. 4. lit. H. concl. 48. Cened. ad Decretum collect. 37. n. 7. & nouiſsime Pract. & Canon. quæſt. lib. 1. q. 31. num. 9. & 10. Caſtill. lib. 3. quotid. cap. 25. nu. 49. Bern. Græuæ. ad Practicam Cameræ Imper. lib. 1. concl. 37. conſid. 10. Steph. Grarian. Diſcept. Forenſ. cap. 16. n. 31 cũ ſeqq. Cardoſ. in Praxi Iudicum, & aduocat. verbo Hæreditas nu. 19. Valaſc. conſult. 143. nu. 14. D. Barboſ. in l. Si conſtante §. fin. à n. 27. ff. Soluto matrim. & in l. Hæres abſens in princ. à n. 104 cum ſeqq. & à n. 123. 127. & 129. ff. de Iudic.

Digitized by Google

In text.ibi(*não ſerà citado*) Si clericus hæres laici defuncti conueniendus ſit in caſu, quo ſucceſſor conuentus non fuerat, tunc coram iudice eccleſiaſtico conueniendus eſt, ex Bart.in d.l.Hæres abſens nu.1.vbi D.Barboſ.n.129.Gail.d.obſeruat.37. n.10.Greg l.57.verbo Demanda tit. 6.part.1. Parlad.d.§.1.nu.8.Spin. d. gloſ.33.n.72.&76.Melch.Phœb.deciſ.70.n.14.Stephan.Gratian.d.cap. 16.n.1.& 31.

AD §. IX.

Durante eccleſiæ locatione, & duobus annis vltra laicus conuenitur ad ſolutionem penſionis corã iudice eccleſiaſtico.

1 Vide Gutier.Pract.lib.3. q.26. n.10. & q. 27. Azeued. l.33. tit.3.& l.4.in fine tit.4.lib.1. & l.10.á n.58.tit.1. lib.4.nouæ Recopil. Pereg.conſ.157.n.8.lib.5.Valaſc.de Iure emphyt.q.39. n.14. Bobadill. in ſua Politica lib.2. cap. 18. n.150. Et ſi clericus locauit fructus beneficij eccleſiaſtici laico corã laico iudice illum conuenire debet,reſoluit Cacheran.Pedam.deciſ.31.ſub n.6.quem refert,& ſequitur nouiſsime Camill.Borrell.in Summ.deciſ. tit.34.de foro comp.n.53.

2 Quando tamẽ quæſtio mota eſt de facto ſuper ſolutione decimarum vterquè iudex tam ſecularis, quám eccleſiaſticus eſt cõpetens,& datur locus præuentioni. Vide Cou.Pract. cap.35.n.2.Rebuff.in tract.de Excep. n.213.cũ ſeqq.& n. 219.Perez tit.5. lib.1.Ordin.pag.130.& ſeqq.Nauar. conſ.1.ſub tit.de Conſtit. n.80. Rebuff.de Decimis q.10.n.3.Gutier.de Iuram.confirm.p.1. cap.2. nu.35. & Pract.lib 3.q.26.n.2. Soar.de Paz in Pract.tom.2.prælud.2.á n.22. latiſſime Alexand. Moneta in tract. de Decimis cap.8. Menoch.conſ.268. Bernat.Græuæ.ad Praticam Cameræ Imper.lib.1.concl.38. per totam. Steph.Gratian.Diſcep.Forenſ. cap. 238. n.16. Zerol.in Praxi Epiſc. p.1. verbo Decimæ n.6.pag.124.D.Barboſ.in l.Titia n.20.& n.48.ff.Soluto matri. Cabed.p.2.deciſ.63. n.4. De illis tamen laicorum nobilium decimis non cognoſcit Epiſcopus, ſed laicus iudex vt per P. Henriq. in Sum.lib.7.cap.27.n.2.in gloſ.lit.L.

AD §. X.

Iudex eccleſiaſticus eſt competens contra laicum in cauſa mota ſuper calice, veſtimentis, aut alijs rebus ſacris, vel poſitis ſub poteſtate, vel dominio alicuius Eccleſiæ, aut perſona eccleſiaſticæ.

Vide Curiam Philipp. p. 1. §.5. n.10. Valaſc.de Iure Emphyt. q.39.num.14.

AD §. XI.

Clericus cui lis eſt denuntiata, vt emptorem laicum defendat tenetur id facere coram iudice ſeculari.

Vide apud Hiſpanos l.57.in fine tit.6.part 1.Cou.Pract.cap. 8. n.2.verſ.Quæ quidẽ. Boer. deciſ.69.n.27. Grãmat.deciſ.21.n.4. Capic.deciſ.197.n.7.Maran.de Ordine iudic.p.4.diſt.11.n.78. Guillel. Benedict. in cap.Rainuntius verbo Vxorem in 2.nu.125.aliàs 417. Gail. lib.1.obſeruat 37.n.7. Anton.Gom. tom.2 cap.2.nu.39 col.8. Aufrer. in tract.de poteſtate ſecul. reg.2. n.9. verſ.Quinto fallit. Gitonda de Gab. p.4.§.1.n.15. Perez.l.4. verſ Hinc eſt quod clericus ti.2.lib.5.Ord.pag.143. Huma.d.l.57.gloſ.6.Mynſin.cent.1. obſer.22.ad finẽ.Vin.Hon.cõſul.25. n.15.

Digitized by Google

n.15.& 16. Azeued.l.5.n.2. tit.4. lib. 5. nouæ Recopil.Fachin.lib.2.Controuerſ.cap.37.col.2.lit. D.Gam.deciſ.332.n.1. Surd.conſ.222.nu.20. & conſ.396.nu.7. Franc.Viui.Neapol. deciſ.49.n.8. Ceuall. Communium contra commun. q.588. & tom. 4. q.896.n.617. Bobadil.in ſua Politica lib.2.cap.18.nu.169. D.Matt.de Iuriſdict.p.4.cent.1.caſu 34. Cened. ad Decretum collect.37.n.8. P.Molin. de Iuſtir. tract.2. diſp.380. verſ. Quando vẽditor Stephan.Gratian. Diſcept.Forenſ.cap.22. n.35. Card. in Praxi Iudicum verbo Emptio nu. 34. D. Barboſ. in l. Venditor 49. á nu.138.cum ſeqq. ff.de Iudic. Cald. Pereira de Empt.cap.31.n.84. Bernard.Græuæ.ad Pract. Cameræ Imper.lib.1.concl.37.conſid.8.nouiſsime Mendez à Caſtro in Praxi ſeculari Luſitaniæ lib.3. cap.5. §. 1. verſ. Secundo amplia. Curi. Philip. p. 1. §.5.n.20.nouiſsime Camill.Borrell. in Summa omnium deciſ. tit.7. de Clericis.& Sacerdot.à n.90.cũ ſeqq.

AD §. XII.

Clerici in minoribus poſſunt cogi per iudicem ſecularem occurrere ad incendij excitati extinctionem,& ad cuſtodiam ciuitatis pro faciendis vigilijs, alij autem clerici in maioribus per Epiſcopum compelli debent.

1 CONcordant apud Hiſpanos l.51.& 52. tit.6. part. 1. Vide Afflict. deciſ. 57. Hippol. in l.1.n.99.cum ſeqq. ff.ad legem Cornel.de Siccar.Guillem. in cap.Rainuntius verbo Et vxorem nomine Adelaſiam à n.470. Læl. Zechi. de Republ.Eccleſiaſt.rit.de Clericis ad finem. Azeued.l.11.cum ſeqq. tit 3. lib.1.& l.8.n.2.tit.23.lib.8.nouæ Recopil. Salzed.ad Bernard. in Pract. cap.55. Gutier.Practic.lib.1.q.3.n.4. Anton.Correa de Saa in Fragmentis ad lib.5. Ordinat. Regiæ verbo Preſo à nu.66. Menoch. conſ.800. n.6. D.Mart.de Iuriſdict.p.4.caſu 1. n.15.cum ſeqq.Et domus clerici cui incendium contigit poteſt deſtrui à iudice ſeculari ex Bobadill. in ſua Politica lib.2.cap.18.n.133.

2 Clerici tamen non tenentur ad cuſtodiam portarum tempore peſtis, tenentur vero contribuere in collecta publica pro liberanda ciuitate à peſte. Vide Rip. de Peſte tit. de remedijs ad curandam peſtem n.211.Bertrand.conſ.53.in fine.

AD §. XIII.

Concubinarij laici, vel ſoluti poſſunt per prælatos,ſuoſquẽ officiales, tribus concurrentibus admonitionibus, diſtinctis temporibus,excommunicari, incarcerari,vel ablatis pignoribus mulctari.

1 VIde Concil.Triden. Seſſ.24. de Reformat. Matrim. cap. 8. vbi filius meus Pat. Auguſtinus Barboſa plures refert Doctores. Vide Palat.in repet.cap.Per veſtras §. Sed eſt pulchra dubiatio n.19.cum ſeqq.fol.247. Cou. Pract. cap.10.& lib.2.Vari.cap.9. n.8. & 9. Clar.§.fin.q.37. nu.8. & Baiard. ad eund.§.Fornicatio num.4.Roman. Sing.665. incip. Licet vxor. Tiber. Decian. tract. crimin. tom.1. lib.4. cap.9.nu.56.& tom.2. lib.6. cap.21. nu.37. Ozaſc.Pedam.deciſ.103.Marant.de Ordine Iudic.p.6. num.115. fol.329. Rebuff.in Concord. tit. de publicis concub. §.Quia vero. Menoch. de Arbitr. caſu 210. & caſu 289. Salzed. ad Bernard. cap. 79. verſ.Laicus vero. Auẽd.de Exequẽdis

dis mand.p.1.cap.22.n.14. Azeued. l.2.tit.6.lib.1.& l.1.à n.192.tit.5.lib.8. nouæ Recop. Zerol. in Praxi Epiſcop. p. 1. verbo Concubinarij §. 2. pag.60. Bobadil. in ſua Politica lib. 2. cap.17.n.53. Cabed.p.1. deciſ.85. & vide alia infra hoc lib. titul. 9. in Princip. ibi barregueiros, & nota quod filius meus d.cap.8.n.3.aſſerit Epiſcopum in prima admonitione poſſe pœna pecuniaria concubinarium punire.

AD §. XIIII.

Laicus citans laicum coram iudice eccleſiaſtico in caſibus in quibus iuriſdictio competit ſeculari mulctatur pœna triginta aureorum.

1 Concordat apud Hiſpanos l. 10. & 13. tit.1.lib.4.nouæ Recopil. Cuti. Philip. p. 1. §.2. n.17. Vide Cou.in cap.Quamuis pactum p.1.§.3.num.22. Anton.Gom. tom.2.cap.14.nu.22.Fortun.Garci. de vltimo fine illat.20. Pinell.ad l.2. Cod.de Reſcind. vendit. p.3. cap.1. n.11. Perez l.2.tit.1.lib.3.Ordin.Nau. ſub tit.de Sentent.excomm.conſ.51. n.4.& 5. Segur.ad l.1. §.Si vir vxori á n.138.ff.de Acquir.poſſeſſ.Gutier. in Auth. Sacramenta puberum nu. 151.Cod.Si aduerſus vendit.Guillel. Benedict. in cap. Rainuntius verbo Et vxorem deciſ.2.n.53.Petr.Anton. de Petra in tract.de Poteſtate Principis cap.4.n.10.&.cap.6.n.87. Menoch.conſ.332. à nu.20. cum ſeqq. Ioſeph.de Seſſe in tract.Inhibit.cap. 9. §. 3.D. Mart. de Iuriſdict. p. 4. cent.1. caſu 92. & caſu 126.de laico conuenjente clericorum coram iudice ſeculari. Pradil. in Summa legum pœnal.p.2.caſu 12. Cabed.p.1. deciſ.32.nu.6. D.Barboſ.in l.1. ff.de Iudic.art.3.num.139.cum ſeqq.

2 Limita quando cauſa competens contra clericum, & laicum ſimul fuerit indiuidua, & laicus citet clericum, & laicum coram iudice clerici. Vide Azeued.l.10.n.25.tit.1. lib.4.nouæ Recop. Cuti.Philip.p.1. §.5.n.17.

3 In text.ibi *(tanto que conteſtar a demanda)* Vide Azeued.d.l.10.n.3.Gutier.Practic.lib.3.q.3. D.Mart.d.caſu 126.à n.6. Trahens enim aliquē ad forum vetitum poterit pœnam euitare, ſi pœnituerit ante litis conteſtationem, gloſ.verbo Perdant in cap. Si diligenti de foro compet. Iafred. Balb. deciſ.229. incip. Trahens,quem refert,& ſequitur nouiſſime Camill. Bortell. in Summ. deciſ.tit.43.de foro comp à n.84.

4 In text.ibi *(tomar inſtrumento ante o juyz eccleſiaſtico)* Quamuis ſit viſitator vt per Cabed.p.1.deciſ.87.n.2.

AD §. XV.

Si iudex eccleſiaſticus, & ſecularis inter ſe contendant ſuper iuriſdictione alicuius cauſæ,cognitio pertinet ad iudices Regiæ Coronæ, dummodo aggrauans ſit laicus.

1 Vide Marant. de Ordine Iudic.p.6.diſt.11.n.20.Perez in Rub.tit.1.lib.3. Ordin. verſ. Ex quibus infero fol.450. Azeued. l.4.n.11.titul.1. lib.4. nouæ Recopil. Gutier.Practic.lib.1.q.6 n.2.Cened. Canonic.quæſt.lib.1.q.36.n.14. Cabed.p.2.deciſ.118.à nu.7.cum ſeqq, & Areſto 4.

2 In text.ibi *(do procurador dos noſſos feitos)* Supra lib.1.tit.12.§.6.

AD §. XVI.

Eccleſiaſtica perſona, Eccleſia, aut monaſteria

ſteria patrimonialia bona,vel quicquid aliud à Rege habentes ſuper eiſdem bonis coram iudice ſeculari Regis ſunt conueniendi.

1 Vide l. 57. & Gregor. verbo Que gela dio tit.6. parr.1.l. fin.ritul.26. part.4. Palat.in repet.cap.notab.2.§.1.n.49. Guillel. in cap. Rainuntius verbo Et vxoré. nu.447. Perez l.10.rir.1.lib.3. Ordinam.pag.801.in med. Anron.Gom. tom.3.Vari.cap.10.n.7. Azeued.l.4. tit.4.lib.1.& l.14. tit.16. lib.6. nouæ Recop.Pereg.conſ.1. Cacheran.Pedam.deciſ.30.n.5. Bernard. Græuæ. ad Pract.Cameræ Imper.lib.1.concl. 30. & concl.37.conſid.11. P.Soar.de defenſione Fidei contra Anglicanæ ſectæ errores lib.4.de Immunit.cap. 14. num 13. Cabed.p.2. Areſto 4.& Areſto 74. Cardoſ.in Praxi iudicũ. verbo Clericus n.46. Cald. Pereira quæſt.forenſ.conſ.5.nu.3.cum ſeqq. Bobadill. in ſua Politicâ lib.2. cap. 17. n.196.cum ſeqq. & cap.18.n.64. Ceuall. in tract. de cognitione per viam violentiæ p.2.q.64.n.13.

2 Sic in ſimili in alijs Regnis clericorum vaſſalus cogitur,vel coram domino laico,vel paribus Curiæ laicis feudali ſe ſubmirrere iudicio. Vid de Mynſing. cent. 1. obſeruat. 22. verſ.Sic etiam iudex laicus Perez l. 8. tit.1.lib.3.Ordi.pag.479.Azeued. l.6.tit.1.lib.4.Recopil.Cald.Pereira de Empt.cap.31.nu.96. D.Marr. de Iuriſd.p.4.caſu 102.n.16. Cened.ad Decretum collect.37.nu.5. Fr.Emman.quæſt.Regul. tom.2.q.62. art. 10. Menoch.remed.3.rerin.nu.397. & 439. VVeſemb.in tract.feud.cap. 17. ſub n.4.Nicol.Mozzi. de Contract.titul. de Feudis rub.de natura feudorum num.120. Surd.conſ.193. nu.1.& 8. & conſ.396.nu.8.Farin.in Praxi crimin.q.8.n.22. Roſenrh. in Syn.feud.cap.10.n.21.& 24. Sebaſt. Næui.ad lib.Feudor.tit.1.n.268.pag. 241. D.Barboſ.in l.1.ff.de Iudic. art. 3. à n.156.

3 In text.ibi (*ſobre bẽes da Coroa, rendas,ou juriſdições*)Intelligitur quando res de qua agitur eſt profana, & de foro ſeculari vt per Cald.Pereira d.conſ.5.num.19.

AD §. XVII.

Clericus patrimonialia bona à Rege habens pro cenſibus, & tributis ipſorum poteſt coram iudice ſeculari conueniri.

Vide Greg. l. Si verbo Por razon de ſus perſonas tit.6.part. 1. Azeued.l.11.n.12.tit.3. lib.1. nouæ Recopil.Gutier.Pract.lib.2. q. 132. n.9. Cabed.deciſ.64.p.2. nu.4. cum ſeqq.Curi.Philip.p.1.§.5.nu.12. & concordanr apud Hiſpanos l. 6. tit.1.lib.4.Recop.& l.10. tit.7. lib.9. Recop.

AD §. XIX.

Super iuribus portus,ac Baſilica mercium, gabellis, portorijs, ac relego competens eſt iudex ſecularis ſi contentio ſit inter clericum , ac conductorem praedictorum iurium.

Deſumitur ex l.De his Cod.de Epiſcopis , & cleri. Concordant apud Hiſpanos l.46.tit. 6. parr.1.& l.5.rir.7.parr.5. Vide Tiraq.de Retract.lig.§.32. gloſ.1. n.80. Salzed.in Pract.cap.55.verſ.Erit tamen. Girond.de Gabell.p.7.in principn.21. Azeued. titul.1. in princip. n.8.lib.3.& l.7.á num.13.tit.18. lib.9. nouæ Recopil. Bertachin. de Gabell.p.7.q.7.n.24. Ceuall.Communium cõtra commun.tom.4.q.899. n.12.

n.12. Et quod iudex ſecularis cognoſcit de tertijs inter perſonas eccleſiaſticas, & ſeculares tradit idem Ceuall.d.tom.4.q.897.num.636. & nouiſsime de cognitione per viam violentiæ q.16.á princ.p.2.

AD §. XX.

Super calumnijs, vulgo, coimas, *poteſt clericus coram iudice ſeculari conueniri.*

VIde cap.Bos 3.cap.Si læſerit 4. de Iniur. & apud Hiſpanos l. 12. tit. 3. lib.1. nouæ Recopil. vbi Azeued.n.2. Gregor.l.24.verbo El ganado titul.15. part.7. Caſſan.in conſuet.Burgund.rub.13.§.5. fol.331. Cou.in reg. Poſſeſſor p.2.§.4.nu.8. Guillelm. in cap. Rainuntius verbo Et vxorem deciſ.2. n.36. Cacheran. Pedam.deciſ.68.nu.34. Caſtill.l.70. Tauri n.18. Auend. de Exequendis mand.p.1.cap.4 n.30.& cap.13. n.7. & p.2.cap.14.n.13. Gutier.Pract.lib. 1. q.4. P.Azori.Inſtit.Moral.p.1.lib. 5. cap.13. in Princip. Ceuall. Communium contra communes tom.4. q.897.n.620. cum ſeqq. & nouiſsime in tract. de cognitione per viam violentiæ in cauſis eccleſiaſticis p.2. q.23.n.18.cum ſeqq.

AD §. XXI.

Si quis poſt delictum commiſſum, & poſt infamiam de eo ortam, & à iudice ſeculari perquiſitus beneficium obtineat, vel ordines ſuſcipiat, tenetur coram iudice ſeculari de titulo docere, vt ad iudicem eccleſiaſticum remittatur.

VIde Greg l.56. titul.5. part.1. Curi.Philip.p.1.§.5.n.18.& p. 3. §.1.nu.8. nouiſsime Camill. Borrell.in Sum.deciſ. tit.43. de foro comp.n.98. Soar.Receptar.Senten. verbo Clericus poſt patratum Clar. §.fin. q. 36. Auend. de Exequendis mand.lib.1.cap.22.n.12. Bobadill. in ſua Politica lib.2.cap.18.n.77. Perez tit.1.in rub. verſ.Ex quibus conijci poteſt lib.3. Ordinam. Decian. tract.crim.tom.2.lib.4. cap.9. n.60. Azeued l.1.n 3.tit.4.lib.1. nouæ Recop. Gutier.Pract.lib.1.q.5. Seraph. de priuileg.Iuram.priuil.8. D.Marc. de Iuriſdict.p.4.cent.2.caſu 121.plures Doctores ex antiquioribus refert Ceneḋ. ad Decretal. collect.23. Farin.in Praxi crimin.q.8.nu.105.& conſ.77.Ceuall.Communium contra commun. q. 563. nu. 5. Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap. 228. à n.20. Valaſc.conſ.48.n.7. D.Barboſ.in l.Titia n.31.ff. Soluto Matrim. & in l. Si quis poſteaquàm nu. 116. 221. & 238. ff.de Iudic. alios citat filius meus Pater Auguſtin.Barboſ. in Remiſſ.ad Concil. Trid. Seſſ.23. de Reform.cap.6.n.11.

AD §. XXIII.

Clerici in ſacris conſtituti, vel beneficiati notoriè pro talibus cogniti vbi primùm capti fuerint ad ſuos prælatos remittantur, ſi tamen de clericatu, aut beneficio notoriè non conſtet poſtquam coram iudice ſeculari de illo per tituli oſtentionem, vel neceſſariam probationem certum fecerint remittendi ſunt, remota grauamine, vel appellatione.

1 DE hac Ordinat. meminerunt Soar. de Paz in ſua Pract. tom.2.prælud.2.n.10. Gam. de Sacram.præſtand. vltimo ſupplicio damnatis q.5.n.25. D.Barboſ.in l.Titia num.29.cum ſeqq. ff.Soluto Matrim.Cald.Pereira quæſt.forenſ. lib.1.q.25.á n.18. Et ſimilem legem

ſer-

ſeruati Mediolani refert Clar. §. fin. q. 36. n. 21. Et in Regno Franciæ vt per Caſſ. in Conſuetud. Burgund. rub. des iuſtices verbo Et droicts d'icelles n. 41. Guillelm. Benedict. in cap. Rainuntius verbo Et vxotem n. 441. Rebuff. tom 1. ad leges Galliæ tit. de litteris oblig. art. 11. gloſ. 3. n. 15. & in tract. Except. n. 203. Et in Regno Neapolitano ex Vincent. de Franch. deciſ. 329. num. 9 Quid tamen de iure Canonico in hoc ſit diſpoſitum refert filius meus Pat. Auguſt. Barboſa in Remiſſ. ad Concil. Trid. Seſſ. 23. de Reform. cap. 6. nu. 12. vbi plures Doctores citat de hac materia agentes, quos apud eum poteris videre.

2 In text. ibi (*que notoriamente forem conhecidos*) Quando dicatur notoriũ vide Ignat. del Villar in Sylua reſponſ. lib. 1. reſp. 16. cap 2. nu. 51. & 52. Et clericatus non præſumitur niſi ſit notorius Decian. tract. crimin. tom. 1. lib. 4. cap. 9. n. 117. Curi. Philip. p. 3 §. 1. n. 11.

3 In text. ibi (*tanto que fizerem certo, &c.*) Quia ei qui dicit ſe clericum incumbit onus probandi ſe eſſe talem ex gloſ. verbo Fecerit in cap. Si iudex Cod. de Sentent. excomm. lib. 6. & l. Si qua per calumniam Cod. de Epiſcop. & cleric. Pacian. de Probat. lib. 2. cap. 74. n. 9.

4 Clericatus probatur, vel per litteras Epiſcopi atteſtantis ſe contuliſſe ordines, vel per teſtes, qui interfuerunt actui, & collationi ordinum. Vide Rebuff. in Praxi benef. tit. de forma liter. tonſuræ n. 21. & 24. Cou. Pract. cap. 33. n. 3. Caſſan. de conſuet. Burgund. rub. 1 §. 6. verbo Sonſcreus nu. 12. Menoch. de Præſumpt. lib. 6. q. 76 n. 2. Maſcard. de Probat. concl. 303. nu. 9. Decian. tract. crim. lib. 4. cap. 9. n. 26. Gam. de Sacram. præſt. q. 5. ad finem. Salzed. ad Bernard. cap. 62. à n. 16. Farin. in Praxi crim. q. 8. n. 41. Surd. conſ. 396. n. 13. Flamin. de Reſignat. lib. 10. q. 3. n. 30. Rebuff. de Nominat. q. 14. nu. 32. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloſ. 61. nu. 23. D. Mart. de Iuriſdict. p. 2. cap. 31. à n. 5. Dom. Garci. Maſtrillo Siciliæ deciſ. 113. n. 2. Nicol. Garci. de Benefic. p. 7. cap. 1. à n. 138. nouiſsime Camill. Borrell. in Sum. omnium deciſ. tit. 7. de Clericis, & Sacerdot. à n. 7. cum ſeqq.

5 In text. ibi (*que ſaõ verdadeiramente Beneficiados*) Quid ſi tempore com miſsi delicti erat de foro eccleſiaſtico, quia habebat beneficium, & poſtea vxorem duxit? Dic cauſam eſſe tractandam in foro eccleſiaſtico vt per Staphan. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap. 224.

6 In text. ibi (*logo ſejão remetidos*) Etiam in citato, nec vocato aduerſario, quia verificatio iſta clericatus nõ fit per modum probationis, ſed ad inſtructionem. Vide Hippol. in l. De vnoquoque n. 107. ff. de re iudic. Tiraq. in tract. Res inter alios acta limit. 385.

AD §. XXIIII.

Quando fit remiſsio clerici ad iudicem eccleſiaſticum cum eo remittenda ſunt acta facta de crimine, de quo inculpatur.

1 Vide l. Diuus 6. & l. Non dubium 11. vbi gloſ. verbo Elogio ff. de cuſtodia reorum Clar. §. vlt. q. 36. n. vlt. Decian. tract. crimin. tom. 1. lib 4. cap. 19. num. 21. Azeued. l. 1. num. 4. tit. 4. lib. 1. & l. 16. n. 4. tit. 25. lib. 4. nouæ Recop. Soar. de Paz in Pract. tom. 2 prælud. 2. nu. 11. cum ſeqq. Farin. in Praxi crimin. lib. 1. q. 47. num. 43. Valaſc. conſ. 48. à n. 10.

nu. 10. Cardoſ. in Praxi iudicum, & aduocat. verbo Clericus num. 44. cum ſeqq.

2 Iudex eccleſiaſticus non tenetur ſtare proceſſui, & ſententiæ iudicis ſecularis in clerico remiſsio, vide Decian. d. cap. 19. n. 21. Soar. de Paz d. prelud. 2. n. 11. & 12. Valaſc. d. conſ. 48. n. 9. Curi. Philip. p. 3. §. 1. n. 11.

3 Remiſsio delinquentis, cuius expenſis fieri debeat? In Regno Caſtellæ per l. 3. tit. 16. lib. 8. Ordin. fit remiſsio expenſis delinquentis, & ſi non habeat bona expenſis fiet denuntiantis, quod ſi is etiam non habeat bona, tunc fit expenſis publici loci, á quo fit remiſsio. In noſtro tamen Portugalliæ Regno, ſemper fit remiſsio expẽſis publicis loci, á quo fit remiſsio, vt præſupponit Ordin. ſupra lib. 1. tit. 66. § 44. pro vera tamen huius dubij reſolutione conſulendi ſunt Menoch. de Arbitr. caſu 228. nu. 8. Perez l. 1. verſ. Quæritur cuius expenſis titul. 17. lib. 8. Ordin. Cou. Pract. cap. 11. nu. 11. Auiles cap. 27. Prætor. gloſ. Entreguen nu. 24. Ioſeph. Ludou. Peruſ. deciſ. 74. Vincent. de Franch. deciſ. 332. n. 4. Rebuff. tract. Except. nu. 201. Curi Philip. p. 3. §. 1. n. 11. Direct. Inquiſit. p. 3. commento 34. Surd. de Alimentis tit. 1. q. 34. Sebaſt. Næui ad Auth. de exhibendis reis in princ. n. 3. collat. 5. D. Matt. de Iuriſdict. p. 2. cap. 32. nu. 49. Cened. ad Sextum collect. 33. nu. 3. D. Barboſ. in l. Hæres abſens §. Proinde in art. de foro delicti n. 89. cum ſeqq.

4 In text. ibi (*& não no que tocar a outras peſſoas*) Ergo ſi clericus, & laicus ſimul delinquant, laicus ad ſuũ iudicem ſecularem, clericus verò ad eccleſiaſticum eſt remittẽdus, quod etiam ſeruari in Francia aſſerit Rebuff. to. 1. ad leges Galliæ in proœm. Conſtitut. gloſ. 5. n. 117. pro vera tamen huius dubij reſolutione conſulendi ſunt Clar. in §. vlt. q. 36. n. 46. Rebuff. de priuilegijs Schol. priuil. 106. verſ. 4. & in tract. Except. n. 326. & in concordat. tit. de publicis concubin. §. Ipſas autem vbi gloſ. Et ſic infertur. Cou. Pract. cap. 34. num. 1. Gom. tom. 3. cap. 10. nu. 6. Vrſill. ad Afflict. deciſ. 213. nu. 7. Menoch. de Arbitrar. caſu 371. n. 13. Curi. Philip. p. 3. § 1. n. 11 in fine. Garci. reg. 9. n. 5. Perez tit. 1. in Rub. verſ. Ex quibus lib. 3. Ordin. pag. 450. Decian. tract. crimin. tom. 1. lib. 4. cap. 9. num. 44. Ozaſc. deciſ. 103. n. 10. Azeued. l. 10. á num. 24. tit. 1. lib. 4. nouæ Recopil. Mexi. in tract. taſſæ panis concl. 5. à n. 74. Parlad. de Different. quotid. differt. 9. §. 1. n. 36. Gutier. Pract. lib. 1. q. 6. & lib. 3. q. 30. nu. 51. Surd. conſ. 222. n. 3. & conſ. 396 n. 18. Fachinæ. Controuerſ. iuris lib. 9. cap. 31. lit. F. Farin. in Praxi crimin. q. 8. num. 151. Bobadil. in ſua Politica lib. 2. cap. 17. n. 90. cum ſeqq. Alexand. Trentaſinch. Vari. reſolut. lib. 2 tit de Iudic. reſolut. 16. Frat. Emman. quæſt. Regul. tom. 2. q. 2. art. 4. D. Mart. de Iuriſdict. p. 4. cent. 2. caſu 119. Caſtill. lib. 3. quotid. cap. 25. num. 29. Plures Doctores ex antiquioribus refert Cened. ad Decret. Collect. 176. n. 2.

AD §. XXV.

1 In text. ibi (*& eſtá em poſſe de ſeu beneficio*) Nota quod dicenti ſe habere beneficium non ſufficit probare titulum beneficij, vt gaudeat fori priuilegio, niſi etiã probet illius poſſeſsionem, vide Bajar. ad Clar. §. vlt. q. 36. n. 14. & 29. Farin. in Praxi crim. q. 8. n. 45. & 70. Nicol. Garc. de Benefic. p. 2. cap. 2. n 11 cum ſeqq. & p. 1. cap. 5. à n. 70.

AD

Digitized by Google

AD §. XXVI.

Clerici in ſacris, vel Beneficiati poſſunt ſpoliari armis per iudicem ſecularem, ſi ea deferant prohibita, vel tempore non permiſſo.

1 Vide Gregor. l. 46. tit. 6. part. 1. Cou. lib. 2. Vari. cap. fin. nu. vlt. & Pract. cap. 33. Palat. in repet. cap. notab. 2. §. 1. n. 13. Gom. l. 45. Tauri n. 48. Clar. §. fin. q. 36. nu. 26. Cott. in Memorab. verbo Armorum vſus. Plac. de Delictis lib. 1. cap. 8 Salzed. in Pract. cap. 55. verſ. Si tamen clericus: Sarmi. lib. 7. Select. cap. 13. Menoch. de Arbitr. caſu 394. nu. 30. cum ſeqq. Auend. in diction. verbo Armadura verſ. fin. Perez l. 1. titul. 1. lib. 4. verſ. Tum etiam, & l. 2. verſ. Quæramus tit 14. lib. 2. Ordin. Mexi. in tract. taſſæ panis concl. 5. nu. 58. & 60. Soar. de Paz in Pract. tom. 1. p. 8. cap. Vni. n. 7. & 10. Garci. de Nobilit gloſ. 9. n. 53. Camill. Borrell. in addit. ad Bellug. in Speculo Princip. rub. 11. §. Dubitatur verbo Armorum, & in comment. de Regis Catholici præſtantia cap. 71. nu. 45. cum ſeqq. & de magiſtratuum edictis lib. 3. cap. 17. à n. 41. & nouiſsimè in Summa deciſ. tit. 43. de foro competenti nu. 136. & Sayr. deciſ. 45. ſub tit. de Sentent. excommun. Aloyſ. Ricci. in Praxi Eccleſiaſt. Neapol. deciſ. 371. n. 4. Azeued. l. 9. tit. 3. & l. 5. tit 4. lib. 1 & l. 10. n. 12. tit. 2. lib. 8. & l. 4. & 6 tit. 6. lib. 6. nouæ Recopil. Tiber. Decian. tract. crimin. tom. 1. lib. 4. cap. 9. num. 140. & tom 2. lib. 8. cap. 3. n. 23. Cened. ad Decretal. collect. 7. Gutier. Practic. lib. 1. q. 12. Farin in Praxi crim. p. 1. q. 8. nu 96. & p. 3. q. 108. à n. 21. cum ſeqq. Cardoſ. in praxi iudicum verbo Clericus n. 33. cũ ſeqq. Bobadil. in ſua Politica lib. 1. cap. 13. nu 87. & lib. 2. cap. 18. nu. 66. nouiſsime Ceuall. in tract. de cognitione per viam violẽtiæ q. 64. n. 17. p. 2. Curi. Philip. p. 3. §. 3. nu. 9. D. Mart. de Iuriſdict. p. 4. cent. 1. caſu 7. Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap. 139. n. 25. vbi n. 23. reſoluit quod clericus poteſt canibus ſpoliari, & alijs inſtrumentis aptis ad venationem ſi contra edictum fuerit repertus venari.

2 In text. ibi (*não lhe ſerà por iſſo leuada a pena da Ordenação*) Vide Sarmi. d. cap. 13. Salzed. d. cap. 55. lit. A. verſ. Pro quo etiam. Soar. de Paz d. cap. Vni. n. 7. Gutier. d. q. 12. nu. 2. 6. & 7. Bobad. d. cap. 18. n 70. Stephan. Gratian. d. cap. 139. n. 25. Et vide alia ad hunc §. pertinentia, quæ dixi infra lib. 5. tit. 79. in Princip. n. 4. pag. 339. & tit. 80. in Princip. n. 1.

AD §. XXVII.

Clerici in minoribus gaudent priuilegio fori in cauſis criminalibus, ſiue criminaliter, ſiue ciuiliter intentatis.

1 Concordat apud Hiſpanos l. 2. tit. 4. lib. 1. nouæ Recopil. Vide Concil. Trid. Seſſ. 23. de Reformat. cap. 6. Cou. Practic. cap. 32. n. 1. Clar. §. vlt. q. 36. num. 9. Thom. Cerd. in viſita de carcere cap. 5. n. 17. Curi. Philip. p. 3. §. 1. nu. 5. Decian. tract. crimin. tom. 1. lib. 4. cap. 9. n. 21. Salzed. in Pract. cap. 4. & cap. 62. à n. 13. Surd. conſ. 259. n. 23. Ceuall. Communium contra commun. q. 563. & tom. 4. q. 896. nu. 579. Soar. de Paz in ſua Pract. tom. 2. prælud. 2. n. 7. Azeued. l. 1. à nu 5. & l. 2. tit. 4. lib. 1. nouæ Recopil. Morl. in Emporio iuris p. 1. tit. 2. in prælud. n. 138. Garci. de Nobilit. gloſ. 9. n. 59.

P. Soar.

P. Soar. de defenſione Fidei contra Anglicanæ ſectæ errores lib. 4. de Immunit. cap. 15. D. Mart. de Iuriſdict. p. 4. caſu 135. n. vlt. Farin. in Praxi crimin. q. 8. n. 5. Maſtrillo Siciliæ decıſ. 113. Nicol. Garci. de Benefic. p. 2. cap. 2. D. Barboſ. in l. Titia n. 31. cum multis ſeqq. ff. Soluto matrim. & in l. Si quis poſteaquam à n. 205. ff. de Iudic. Cald. Pereira in l. Si curatorem verbo Minotibus num. 21. & in comment. ad l. Vni. Cod. Ex delictis defunct. p. 1. num. 54. Cabed. p. 1. deciſ. 54. Cardoſ. in Praxi iudicum verbo Clericus à nu. 42. Curi. Philip. p. 3. §. 1. n. 3.

2 In text. ibi (*& quando declinarem noſſa juriſdição, allegando que ſaõ clerigos de Ordẽs menores, &c.*) Nota quod in cognitione huius exceptionis deducta per clericum in minoribus ſolutum, vel coniugatum coram iudice ſeculari citatur pars aduerſa, & auditur, quia agitur de eius intereſſe iuxta reg. l. Nam ita diuus ff. de Adoption. & l. De vno quoquè ff. de Re iudic. & ita ſeruat Senatus Portucalenſis. Sed partem in his terminis citandam non eſſe aſſerit nouiſsime Camill. Borrell. in Sum. deciſ. tit. 44. de Citat. n. 425.

3 In text. ibi (*& offereção ſuas cartas de ordẽs*) In noſtra Luſitania, & in Gallia iudex ſecularis cognoſcit an reus captus per ipſum ſit clericus, & gaudere debeat priuilegio fori vt per Cou. Pract. cap. 33. nu. 1. quem refert Fr. Ludou. Mirãda de Ordine iudic. q. 1. art. 5. concl. 3. Procedit ex cõpoſitione facta inter Regem, & clerũ, de qua teſtantur Gam. de Sacram. præſtandis vltimo ſupplicio dãnatis q. 5. n. 29. Cald. Pereira quæſt. forenſ. lib. 1. q. 25. n. 19. in fine, imo hanc legẽ practicari, quod illa fides quæ ſoli ſeculari fit de titulo clericatus, debet fieri ad inſtructionem, non tamẽ ad verã clericatus probationẽ reſoluit Perez ad l. 2. verſ. Item probatur tit. 1. lib. 3. Ordin. pag. 466. Vicent. de Franch. Neap. deciſ. 329. n. 9. Camil. Borrell. de Regis Cath. præſtantia cap. 71. à n. 304. & nouiſsime in Sum. deciſ. tit. 44. de citat. n. 425.

4 Si tamẽ de valore tituli quæſtio inciderit non cognoſcet iudex ſecularis de ea nullitate, ſed remittet ad iudicẽ eccleſiaſtioũ, eſt enim iudex ſecularis competens ad cognoſcendum de titulo clericatus in minoribus, quando non vertitur niſi factũ ipſum an habat litteras, vel alias probationes clericatus, ſed quando inciderit quæſtio de valore tituli iudex ſecularis eſt incompetens, ita Camill. Borrell. conſ. 15. n. 18 Nau. in cap. Nouit notab. 6. nu. 41. de Iudic. Vincent. de Franch. deciſ. 189. n. 10. p. 1. D. Barb. d. l. Titia nu. 28. verſ. Ex qua reſponſione.

5 In text. ibi (*como caſou com hũa ſò mulher virgẽ*) Deſumitur ex cap. Vni. de Cleri. coniug. lib. 6. Concordat apud Hiſpanos l. 35. tit. 5. part. 1. Vide Farin. d. q. 8. n. 8. P. Sanch. de Matri. lib. 7. diſp. 46 n. 1. Anton. Gom. to. 3. Variar. cap. 10. n. 4. Curi. Philip. p. 3. §. 1. n. 6 vbi n 7. quod eius vxor etiã eodem fori priuilegio vtitur. Nouiſſime Camill. Borrell. in Sum. omniũ deciſ. tit. 8. de Clericis cõiu. n. 24. vbi etiã ſi poſtea ipſa adulteriũ cõmittat.

6 In text. ibi (*& como ao tempo q̃ foy cometido o maleficio, &c.*) Nota quod in clericis in minoribus coniugatis requiritur vt priuilegio fori vtantur quod in duobus temporibus habitũ gerant, & tonſuram clericalem, tempore ſcilicet delicti patrati, & tempore capturæ, quod tenent D. Barboſ. d. l. Titia n. 33. Et nota quod attẽditur tempus delicti, & non præſẽs ad hoc vt clericus in minoribus fori priuilegio potiatur vt per Clar. in

M Pract,

Pract.§.fin.q 36 n.11. Bobadill.in ſua Politica lib.2.cap 17.num.34.Curi. Philip.p.3.§.1.n.10.

7 In text.ibi (*& o que fizer artigos de clerigo ſolteiro,&c.*)Cui tantùm ſufficit habitum,& tonſuram tempore capturæ portare ex D. Barboſ. d. l. Titia §.33. verſ.Secunda principalis concluſio.

8 In text.ibi(*& foy achado em habito,& tonſura*)Vide Gom.tom.3. cap. 10. n.5. D.Barboſ.d.l.Titia num.33. verſ. Ex quo infertur P. Sanch. d. diſp.46.n.10 Stephan.Gratian.Diſcept.Forenſ.cap.190. n.10. vbi n.13. tenet quod ſi controuertia fuerit ſuper probatione habitus clericalis, an habitus , in quo fuit repertus ſit clerico conueniens, tunc de illo habitu debet cognoſcere laicus,de quo etiam Maſcard.concl.689.Farin.in Praxi crimin.q.18. n.34 ſed contrarium imò quòd cognitio pertineat ad Eccleſiaſticum tenent Cened. Practic.lib.1.q 40.nu.32. poſt Germon.Azeued.& Decian. nouiſsime Ceuall. in tract. de cognitione per viam violentiæ in cauſis Eccleſiaſt. in proxim.cap.8 n.40.

9 Veſtes clericales quales eſſe debeant non eſt á iure determinatum, nec á Concil.Trident.Seſſ.23. cap. 6. de Reformat. & Seſſ.14.cap.6.ibi veſtes congruentes ordini ſemper deferre , &c. Et in primis Concil. Brachar. in poſteriori parte act. 4. cap. 8. Sic habet Hortatur Sancta Synodus eos, qui ſunt in minoribus ordinibus conſtituti,præſertim eos, qui ſunt in via ad maiores ordines vt talarem veſtem portent , rotundo pilleo,cæteriſquè,& interioribus,& exterioribus indumentis modeſtius vtantur, & ad Eccleſiaſticum cultum accommodatis,& in l 5 titul.4. part. 2. Extrauag. ita conſtitutum era , *& que o veſtido clerical que erão obrigados a trazer, hauia de ſer, que lhes cobriſſe de todo os giolhos , & que a coroa hauia de ſer,&c.*Apud Hiſpanos in l.1. tit 4. lib.1. nouæ Recopil. ita cauetur. *Y anſi meſmo ſean las veſtiduras , y bonete,como las que coſtumbran traer los Clerigos de Miſſa y que de otra manera no gozen del priuilegio del fuero* , quid tamen apud Doctores de hoc ſit tractatum inuenies apud Cou. Pract. cap.31.num.7.verſ.4. Salzed.ad Bernard cap.75. Farin. d.q.8.num.69. Iacob. de Graffijs in aureis deciſ. p.1. lib.3. cap.3. num.3. P.Sanch. de Matrimon.lib.7 diſp.46.n.5. Guid. Panciroł. in Theſauro Vari. lection. lib.1.cap.21. Azeued.d.l.1. ad finem. Decian. tract. crimin. tom.1. lib.4. cap.9.num.96. & 67. Nicol. Garci. de Benefic.p.7. cap.1. à num.21. Fr. Paulin. Berti. Lucenſ. in Praxi crimin.Regular. titul.4. cap.33. nu. 10. cum ſeq. Camill. Borrell. in Summa omnium deciſ.tit.11. de vita , & honeſt.cleric.à n.49.

10 In text.ibi (*ou andaua fora do habito, ou não trazia coroa aberta*) Sufficit probare quod alterum deficiebat , vel geſtatio hàbitus , vel coronæ , ex reg.l. Hæc verba 124. ff. de Verbor. ſignif. docet D. Barboſ. d. l. Titia num.34. verſ.Vltima concluſio.

11 Nota quod ex Conc.Trid.Seſſ. 23. de Reformat. cap.6. vlterius requiritur quod clericus probet ſe addictum eſſe per Epiſcopum ſeruitio alicuius Eccleſiæ,vt poſt Clar. Ioãn. Garci. Henriq. Soar. de Paz Morl. Barboſ.Ceuall. Marc. Frat.Emman. Maſtrill. Nicol. Garci. Valaſc.Barboſ. & alios reſoluit filius meus Pat. Barboſ. d. cap. 6. num. 14. & num. 13. aſſerit non ſufficere quod tonſuratus bis , vel ter inſeruiat

Eccleſiæ

Eccleſiæ, & n. 15. reſoluit expreſſum requiri Epiſcopi mandatum.

12 De clericatu etiam poſt ſententiam opponi poteſt ex D. Barboſ. in l. Si quis ex aliena n. 70. ff. de Iudic. Et omittens huiuſmodi exceptionem opponere condemnatur in expenſis Menoch. de Arbitr. caſu 227. n. 8. Farin. d. q. 8. n. 16. Bernard. Græuæ. ad Pract. Cameræ Imper. lib. 1. concl. 37. num. 10. Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap. 190. num. 19. nouiſsime Camill. Borrell. in Summa omnium deciſ. tit. 7. de Clericis, & Sacerdot. num. 43. Idem ſi omiſerit ſui ordinis Bullas præſentare Petr. Rebuff. in l. Diuus n 185. & 186. ff. Ad Syllen. Camill. Borrell. tit. 44. de Citat. n. 561. Quam condemnationem facere poteſt iudex ſecularis vt per Rebuff. in tract. Except. nu. 202. cum ſeqq. Surd. conſ. 396. n. 3. 5. & 29. Farin. d. q. 8. nu. 17. Bernard. Græuæ. d. concl. 37. nu. 10. Stephan. Gratian. d. cap. 190. à n. 19. Camill. Borrell. d tit. 7. n. 44.

AD §. XXVIII.

Nota quod in cauſa remiſsionis prouocantis ad ordines non expedietur prouocatio à iudice, qui ſuper ea iudicauit ſe incompetentem per grauamen, ſed per appellationem, de exceptionibus tamen incompetentiæ de iudicio ſeculari ad ſeculare grauamen interponitur per Ordin. infra lib. 3. titul. 20. § 9. verſ. *Porem no caſo, &c.* Vide Gam. deciſ. 363. Valaſc. conſult. 47. n 5. Cabed. p. 1. deciſ. 156.

AD §. XXIX. & vlt.

Clericus in ſacris, vel beneficiarius repertus in flagranti delicto, poteſt capi, & incarcerari à iudice ſeculari, vt ad ſuum iudicem ducatur.

1 Deſumitur ex cap. Vt famæ de Sentent. excõmunicat. Vide Gom. tom. 3 cap. 4. nu. 3. Auend. de Exequendis mand. p. 1. cap. 22. num. 2. verſ. Item Salzed. in Pract. cap. 122. á num. 3. Azeued. l. 9. n. 4. tit. 3. lib. 1. & l. 5. nu. 9. & 11. tit. 3. lib. 4. nouæ Recopil. Farin. in Praxi crimin. p. 1. q. 21. nu. 141. cum multis ſeqq D. Mart. de Iuriſdict. p. 4. caſu 42. Camill. Borrell. de Regis Catholici præſtantia cap. 71. n. 185. & 186. & nouiſsime in Summa deciſ. tit. 43. de foro comp. n. 126.

2 Amplia in monacho, qui ſi repertus fuerit in flagranti delicto, poteſt etiam à iudice ſeculari capi, vt ad ſuum ſuperiorem remittatur, vide Nau. in cap. Non dicatis â n. 96. 12. q. 2. Cened. ad Decretal. collect. 87. num 4.

Ad tit. 2. Ordin. Regiæ.

Como os Donados de São Ioão, & os da terceira Ordem de São Francisco, &c.

Ad Princip. Ordin. Regiæ.

1 Vide Bobadil. in ſua Politica lib. 2. cap. 18. n. 233. Azeued. l. 1. n. fin tit. 14. lib. 6. Recop. Curi. Philip p. 3 § 1. nu. 14. in fin. Et quamuis priuilegium reuocandi fori non competat Donatis, competit tamen colonis, & emphyteutis ipſius religionis, prout in ſupremo Senatu pluries iudicatum fuiſſe refert nouiſsimè Mendez à Caſtro in Praxi eccleſiaſtica Luſita- *Donati Sancti Ioãnis nõ potiuntur fori priuilegio.* *Senatus Supplic. iudicauit.*

niæ lib. 2. cap. 2. num. 19. in fine. Et huiuſmodo Donati quia ſunt ſeculares officia publica ſecularia exercere poſſunt ex reſolutis per Azeued. l. 1. num. 11. tit. 14. lib. 6. Recopil. Curi. Philip. p. 1. §. 2. n. 13.

Nouiſſima iuſtitia reformatio. 2 Circa officiales, & miniſtros Sanctæ Inquiſitionis in nouiſsima reformatione iuſtitiæ §. 11. ita conſtitutum eſt. *O priuilegio dos officiaes, & miniſtros do Sancto Officio da Inquiſição, ſe guardarà inteiramente, com declaração, que ſe não entenderà nas couſas tocantes à minha fazenda, porque eſtas ſe tratarão no juyzo della.* Idiò officiales Sanctæ Inquiſitionis in criminalibus cauſis, in quibus Rei fuerint coram Inquiſitoribus ſunt accuſandi, & de familiaribus quod etiam eximantur à iuriſdictione iudicum ſecularium, & puniti debeant ab Inquiſitoribus exceptis criminibus enormiſsimis tenent Curi. Philip. p. 3. §. 1. num. 15. & Iacob. Simanch. de Cathol. Inſtit. tit. 41. de miniſtris, & eorum officijs n. 19. quę refert, & ſequitur Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. c. 340. n. 33. & 34. quod apud noſtros non video vſitatum, imò cōtrarium deducitur ex priuilegio conceſſo per Regem Henricum, die 20. Ianuarij, anno Domini 1580.

Nouiſſima iuſtitia reformatio. 3 Item circa familiares Illuſtriſsimi Collectoris in eàdem nouiſsima iuſtitiæ reformatione ita eſt conſtitutum §. 8. *Do priuilegio dos familiares dos Collectores, gozarão nas cauſas crimes, do priuilegio de foro os ſeus criados actuaes, & que viuerem do q̄ elles lhe dão. Porem não os officiaes mechanicos que os ſeruem no tocante a ſeus officios, &c.*

4 In text. ibi. (*& Commendadores da Ordem do Hoſpital, &c.*) Qui ſunt verè religioſi vt per Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap. 363. nu. 23. Bobad. in ſua Politica lib. 2. cap. 19. n. 11. itaut per per illorum ſolemnem profeſsionem dirimatur matrimonium tantùm vt per P. Henriq. lib. 11. de Matrim. cap. 8. n. 6. Petr. de Ledeſm. de Matrim. q. 61. art. 2. ad 4. Fr. Emman. in Sum tom. 2. cap 95. n. 8. P. Azori. Inſtit. Moral. p. 1. lib. 13. cap. 4. q. 4. P. Sanch. de Matrim. lib. 2. diſp. 18. n. 8. & in Præcepta Decal. lib. 4. cap. 16. n. 12. P. Rebello de Obligat. iuſtit p. 2. lib. 3. q. 4. ſect. 2. col. 2. D. Barboſ. in rub. ff. Soluto matrim. p. 2. n. 82. Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. tom. 3. cap. 457. à n. 12.

AD §. I.

1 Fratres tertij Ordinis Sancti Franciſci, nō ſunt eccleſiaſticæ perſonæ, nec priuilegio exemptionis à ſeculari poreſtate gaudent. Ita Calder. conſ. 4. Maſcard. de Probat. concl. 957. nu. 6. P. Molin. de Iuſtit. tom. 4. tract. 3. diſp. 5. nu. 4. verſ. De his, & nouiſsimè Ceuall. in tract. de cognitione per viam violentiæ p. 2. q. 33. n. 3. & q. 61. per totam Franciſ. Viui. Neapol. deciſ. 49. à n. 10. nouiſſime Camill. Borrell. in Summa deciſ. tit. 43. de foro compet. num. 139. Quamuis prædictos fratres verè eſſe religioſos, & priuilegio exemprionis gaudere contendant Frat. Emman. quæſt. Regular. tom. 2. quæſt. 65. art. 4. D. Mart. de Iuriſd. p. 4. cent. 2. caſu 113. nu. 36. Cardin. Thuſc. tom. 4. lit. F. concl. 470. Et ex profeſſo Beatus Ioannes Capiſtranus in tract. quem inſcripſit defenſorium tertij Ordinis Sancti Franciſci vbi pro hac parte plura confecit argumenta.

2 Vnde exemptionem à triburis conſequi non poſſe deciditur apud Hiſpanos l. 19. tirul. 4. lib. 4. Ordin. & l. 2. titul. 14. lib. 6. nouæ Recopil. vbi

vbi Azeued. Lazarte de decima vendit. cap. 19. á num. 90. Auend. de exequendis mand. lib. 1. cap. 14. n. 28. Gutier. de Gabellis q. 95 nu. 5. & 6. Flores de Mena Vari. lib. 2. q 21. nu. 197. Steph. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap. 224. nu. 34. & cap. 363. num. 29. Ceuall. in tract. de cognitione per viam violentiæ p. 2. q. 61. n. 35.

Eremitæ qui nullã profitētur religionē ſunt ſeculares.

3 Amplia primò Ordin. in præſenti procedere in Eremitis, qui nullam profitentur religionem, nec habent certum viuendi modum ab Eccleſia approbatum, non ſunt enim excépti à poteſtate ſeculari prout reſoluunt Cou. Pract. cap. 34. n. 4. verſ. Secundò intellige Fr. Emman. d. tom. 2. q. 62. art. 2. Floreſ. d. lib. 2. q 21. á nu. 194. Mol. in emporio iuris p. 1. tit. 2. in prælud. n. 141. P. Molin. de Iuſtit. tract. 2. diſp. 141. verſ. Eremitæ, & tom. 4. tract. 3. diſp. 50. num. 4 in fine Ceuall. Communium contra commun. tom. 4. q. 896. n. 585 cum ſeqq. & nouiſsime in tract. de cognit. per viã violẽtiæ p. 2. q. 33. a n. 1. Cuti. Phil. p 3 §. 1 nu. 15. P. Sanch. in Præcepta Decalogi lib. 4. cap. 16. n. 10. Nouiſſimè Fr. Paulin Berti Lucenſ. in praxi criminali Regular. tit. 1. cap. 3. n. 4. quamuis contrarium defendat D. Mart d caſu 113 á n. 1.

Eremitæ à collectis, gabellis nõ ſunt immunes.

4 Et prædictos eremitas á collectis. & gabellis immunes non eſſe tenent Auend. d. cap. 14. n. 24. Gutier. de Gabellis q. 95 à n. 7. Flor. d. q. 21. à n 195. & 204. Frat. Emman. tom. 3. quæſt. Regul. q. 74. art. 11. Nec priuilegio Can. Si quis ſuadente 16. q. 7 gaudere reſoluunt. Graffis in aureis deciſion. lib. 1. cap. 18. n. 27. p. 1. P. Soar. de Cenſur. tom. 5. diſp. 22. Sect. 1. n. 11. P Molin. d. diſp. 50. n. 4. P. Valeri. Reginald. in Praxi fori pœnit. tom. 1. lib. 1. n. 214.

Pænitẽtes

5 Amplia ſecundò in pœnitentibus, qui ſeculari iudicio ſunt ſubiecti. Vide Cou. Pract. cap. 34. nu. 4. Decian. tract. crimin. lib. 4. cap. 9. n. 35. Moral. in emporio iuris p. 1. tit. 2. in prælud. num. 143. Simanch. Roj. Azeued. & alios quos refert Cened. ad Decretum collect. 34. Et in eo genere mulierũ quæ vocantur Beatæ vt per Parlad. lib. 3. rerum quotid. differt. 9. §. 1. num. 5. Farin. in Praxi. crimin. q. 8. num. 46. Bobadil. in ſua Politica lib. 2. cap. 18. n. 199. Ceuall. d. q. 33. n. 2.

ſunt ſeculares

6 Limita primò in conuerſis, qui veri Religioſi ſunt, eoquòd tria illa vota paupertatis, caſtitatis, & obedientiæ emittant, & vulgo dicuntur, *Frades leigos*, non quod Eccleſiaſticæ perſonæ, & religioſæ non ſint, ſed quia ordinibus carent, & clerici non fiunt, ſicut monachi & alij religioſi: Vide Zerol. in Praxi Epiſcop. p. 2. verb. Oblati pag. 76. Pereg. vari. lib. 6. num. 70. Nicol. Garci. de Benefic. p. 1. cap. 4. num. 11.

7 Gaudent huiuſmodi conuerſi priuilegio fori, & exemptionis á poteſtate ſeculari, & à tribus prout refert Flores d. q. 21. n. 194.

8 Deinde priuilegio Cano. Si quis ſuadente gaudent ex cap. Parochianos 9. de ſentent. excommun. Nau. in Man. cap. 27. num. 79. P. Soar. de Cenſur. diſp. 22. Sect. 1. à nu. 19. Fr. Paulin. Berti Lucenſ. in Praxi crimin. Regular. tit 1. cap. 3. n. 2.

9 Limita ſecundò in oblatis, qui ſe, & ſua in totum religioni tradiderunt. Vide D. Mart. de Iuriſdict. p. 4. caſu 113. nu. 37. Cardin. Thuſc. tom. 5. lit. O. concl. 16. Pereg. Vari. lib. 6. num. 71. Fr. Paulin. d. cap. 3. num. 3.

10 Limita tertiò in nouitio, qui eſt de foro Eccleſiæ, & non poteſt conueniri coram iudice ſeculari.

Vide D. Matt. d. p. 4. caſu 121. nu. 24. Ceuall. tom. 4. Commun. contra cõmun. q. 897. n. 1026. & nouiſsimè d. p. 2. q. 37. nu. 6. Curi. Philip. p. 3. § 1. n. 12. Gutier. de Gabell. q. 95. á n. 22. cum ſeqq. vbi reſoluit gabellam debere Sayr. in Floribus deciſ. lib. 2. tit. 2. deciſ. 3.

11 Limita quartò in deputato auctoritate prælati ad aliquod hoſpitale erectum auctoritate Ordinarij ex Valaſc. conſ. 105. n. 32.

Fratres tertij in cõmunitate iuuẽtis ſunt perſonæ eccleſiaſticæ.

12 In text. ibi (*porem ſe alguũs da terceira Ordem viuerem em communidade*) Vide Graffis in aureis deciſ. lib. 2. cap. 49. num. 27. P. Soar. de Cenſur. diſp. 22. Sect. 1. n. 20. P. Molin. de Iuſtit. tom. 4. tract. 3. diſp. 50. num. 4. in princip. Fr. Paulin. d. titul. 4. cap. 30. n. 6. Curi. Philip. p. 3. § 1. n. 15. nouiſſime Aloyſ. Ricci. in Praxi Eccleſiaſt. Neapol. deciſ. 653.

in antiq. tit. 2.

Ad tit. 3. Ordin. Regiæ.

Da maneira em que elRey poderà tirar as couſas que delle tiuerem os que ſe liurarem por as Ordẽs, &c.

Ad Princip. Ordinat. Regiæ.

Vide cap. Adminiſtratoris cap. Principes, cap. Regum 23. q. 5. & apud Hiſpanos l. 3. 4. & 5. tit 4. lib. 1. Recop. Guillelm. in cap. Rainuntius verbo Et vxorem n 447. Marant. diſp. 8. à n. 2. Mench. de Succeſſ. progreſſu in præfat. nu. 26. cum ſeqq. Gail. lib. 10. obſeruat. 3. n. 4. & lib. 1. de pace publica cap. 1. n. 14 & lib. 2. cap. 4. n. 21. & tract. de Areſtis cap. 10. à n. 13. Peguer. in Pract. crim. cap. 24. fol. 140. Gutier. Practic. lib 1. q. 12. nouiſsime Mendez à Caſtro in Praxi Eccleſiaſtica Luſitaniæ lib. 2. cap. 4. n. 15. Curi. Philip. p. 1. § 2. n. 14. & 15.

AD §. I.

1 Concordãt apud Hiſpanos l. 10. tit. 1. lib. 3. Ordi. vbi Perez, & l. 4. & 5. tit. 4. lib. 1. nouæ Recop. vbi Azeued. Vide Couar. Pract. cap. 31. n. 7. Gutier. Pract. lib. 1. q. 12. P. Henriq. lib. 10. de Sacram. Ordinis cap. 15 § 2. & in nouiſsima Iuſtitiæ reformatione § 16. ita conſtitutum eſt. *Para melhor hauer effeito a ley que diſpoem que a peſſoa que tiuer officio meu neſtes Reynos, & Senhorios, chamandoſe às Ordens, & juriſdição eccleſiaſtica, perca por o meſmo feito o officio que de mym tiuer. Daqui em diante os Procuradores de minha Coroa, & fazenda, tanto que à ſua noticia vier que algum official dos ſobredittos ſe fez remeter às dittas Ordẽs, ou juriſdição eccleſiaſtica, ſem ſer neceſſaria noua prouiſão minha, a accuſarão logo, a perdimento dos officios que tiuer meus.*

Clerici, qui à Rege habent officia ſi prouocent ad Ordines illis priuatur.

Nouiſſima iuſtitiæ reformatio.

2 Limita primò ſi iudex eccleſiaſticus ipſum repeteret ex officio, ac deprecatur vt ſibi remittatur, quia tunc nulla incurritur iactura officij vide Perez d. l. 10. verſ. Quæ autem cautela. Gutier. de Iuram. confirm. p. 1. cap. 2. nu. 27. & Pract. q. 10. nu. 3. lib. 1. Gom. tom. 3. cap. 10. n. 7. ad fin. Curi. Philip. p. 1. § 2. n. 15.

3 Limita ſecundò ſi pater clerici prouocantis ad ordines agat, & comparear pro filio, ac faciat eum remittere ad iudicem eccleſiaſticum, quia ex tali remiſsione facta ad inſtantiam patris filius nullam patietur officij iacturam ex reſolutis per Bart. in l. penult. § Ad crimen nu. 9. ff. de publicis iudic. Clar. §. vlt. q 33. ad finem. Menoch. de Arbitr. lib. 1. q. 80. num. 62.

4 In text. ibi (*ſe ſe chamar às Ordẽs*) Nota quod ex ſola allegatione declina-

clinatoriæ prouocantis ad Ordines non incurritur illa pœna amiſsionis officij, vel alterius commodi niſi ſuper illa exceptione ſententia feratur remiſſoria, quod declinans remittatur ad iudicem eccleſiaſticum, vt tenet Cou. Pract. cap. 33. ad finem, nam verbum illud, *chamar*, eſt futurũ ſubiunctiui & ſignificat actum conſummatum, & cum effectu, quia formatur ab indicatiuo ex l. 1. §. hæc autem verba Vbi Bart. & Iaſ. ff. quod quiſquis iuris, licet contrarium ſequantur Azeued. d. l. 10. ad finem, & Gutier. Pract. lib. 1. q. 11.

5 In text. ibi (*perca por iſſo o officio*) Nota taleś clericos in officio ſeculari delinquentes à iudice ſeculari puniri poſſe. Vide Guillelm. in cap. Rainuntius verbo Et vxorem deciſ. 2. n. 119. Clar. §. vlt. q. 36. n. 43. Decian. tract. crimin. tom. 1. lib. 4. cap. 9. n. 143. Farin. in Praxi crimin. p. 1. q. 8. n. 98. Bobadil. in ſua Polit. lib. 2. cap. 18. nu. 99. Cened. ad Decretal. collect. 61. n. 6. Curi. Philip. p. 3. §. 1. n. 9. & § 3. nu. 5. Mexi. in tract. taſſæ panis concl. 5. nu. 28. Et amplia in profeſsis ex Ordinibus militaribus ſecundùm Azeued. l. 14. tit. 5. lib. 3. nouæ Recopil. Bobadill. in ſua Politica lib. 2. cap. 18. n. 232. & cap. 19. à n. 9. Curi Philip. d. §. 1. n. 13.

Ad tit. 4. Ordin. Regiæ.

In antiq. tit. 3. vbi tãtum de clericis in minoribus

Quando os moradores da caſa del Rey de Ordẽs menores, ou ſacras, reſponderão perante as juſtiças ſeculares.

Ad Princip. Ordin. Regiæ.

Concordat apud Hiſpanos l. 4. tit 4. lib. 1. nouæ Recopil. Vide Guillelm. in cap. Rainuntius verbo Et vxorem deciſ. 2. n. 156. Perez l. 10. tit. 1. lib. 3. Ordin. pag. 480. Garci. de Nobilit. gloſ. 9. n. 33. Mexi. in tract. taſſæ panis concl. 5. nu. 28. Gutier. Pract. lib. 1. q. 10. n. 7. Cened. ad Decretum collect. 37. n. 16. & ad Decretal. collect. 61. n. 6.

Ad tit. 5. Ordin. Regiæ.

In antiq. tit. 4.

Da Immunidade da Igreja.

De Immunitate Eccleſiaſtica.

1 De Immunitate Eccleſiarum agitur in Decreto 17. q. 4. & in Decreta lib. ſub hoc tit. & in Cod. de his qui ad Eccleſias confug. & Summalarij in verbo Immunitas. Vide Remig. in particulari tract. de Immunit. Eccleſ. Anaſtaſ. Germ. de Sacrorum immunit. Cou. lib. 2. Vari. cap. 20. Nau. in Manu. cap. 25. à n. 17. Caſſan. in conſuetud. Burgund. rub. 1. §. 5. à n. 111. pag. 211. Palat. in repet. rub. § 38. nu. 4. Clar. §. fin. q. 30. Salzed. in Practic. cap. 123. Azeued. l. 2. à nu. 21. & l. 3. tit. 2. lib. 1. & tit. 6. lib. 4. & l. 14. nu. 7. tit 7. lib. 9. nouæ Recopil. Aloyſ. Ricci. in collect. deciſ. p. 1. collect. 119. Curi. Philip. p. 3. § 12. Lancelot. in inſtit. Canon. lib. 2. titul. de Immunit. Eccleſ. Ioann. Berberium in viatorio iuris rub. 33. de violatoribus immonitatũ. Aloyſ. Ricci. in collect. deciſ. p. 5. collect. 1792. Gam. deciſ. 141. & 179. & 362. n. 2. & de Sacramentis præſtandis vltimo ſupplicio damnatis q. 1. n. 17. Decian. tract crim. tom. 2. lib 6. cap. 24. Ceuall. Communium contra commun. q. 689. Gutier. Pract. lib. 1. q. 1. & lib. 3. q. 4. Peguer. in crimin. deciſ cap. 40. Menoch. de Præſumpt. lib. 5. q. 1. Farin. in Praxi crimin. p. 1. q. 28. Queſad. in pract. quæſt. cap. 1. Soar. de Paz in Pract. p. 5. tom. 1. cap. 3. §. 3. Bobadill. in ſua

M 4 Politica

Politica lib.2.cap.14.Ludou.Miranda de Ordine Iudic.q 16.art.7. Pradil in Summa legum pœnal.p.2.caſu 48. Valaſc.conſul.81.à nu.1. Cardoſ in Praxi iudicum verbo Eccleſia á n.71. Cabed.p.1. Areſto 77. & p 2.Areſto 59.& 60. P.Soar.de Relig. tom.1. lib.3.tract.2. cap.8. cum ſeqq Raphael. de la Torre in 2. 2. Diui Thomæ tom.2.q.99.art.3.gradu 8. de hæreticis, qui clericorum immunitatem negant, & de Sacræ Scripturæ,ac Sanctorum Patrum locis eam aſſerentium latiſsimè,& eruditiſsimè agit Iodoius Coccius in ſuo Theſauro Chriſtalino tom. 2. lib.8. art. 8. nouiſsimè Camill. Borrell. in Summa omnium deciſ. ſub tit.de his qui ad Eccleſias confug.

Immunitas à iure diuino inuenta.

2 Immunitas hæc iuri ipſo diuino ſtatim fere ab ipſo naſcente mundo approbata, & permiſſa fuit iuxta illud 3 Reg.2. vbi Ioab aufugit ad Tabernaculum, & apprehendit cornu Altaris,vt ſaluaretur ibi á manu Salomonis, & Exodi 21. quod refertur in cap.1. de homicid. Deuteron.cap.19. Ageſilaus Imper.eam agnouit,nam cum multi ex hoſtibus in quodam prælio confugerent ad templum Mineruæ de his rogatus Imper. quid velet fieri, vetuit illos moleſtari, cum tamen in eo prælio vulnera aliquot accepiſſet, plus enim valuit apud Pium Imperatorem religio, & reuerentia templi, quàm ira,& dolor vulnerum,ita refert Plutarch. in vita Ageſilai lib.1. Apothematum nu.97. & eleganter Camill.Borrellus in Summa omniũ deciſ. titul.3. de his qui ad Eccleſias confugiunt à n.14.cum ſeqq. & hãc opinionem immunitatem ſcilicet eſſe de iure diuino tenent Corraſ. lib.5.Miſcel.cap.33. Læli. Zechi.tit. 9. de Miſſa cap.9.à princip.Remig. in tract.de Immunit.in princip.præſuppoſit. 2. Queſad. diuerſ. quæſt. cap.1.n 2. Aufrer.ad Capell.Tholoſ. deciſ.423.n.5.Ioann.Lup.in tract.de libert. Eccleſiaſt. q. 11. col. 4. Petr. Pech.de Iure ſiſt.cap.6. num.1. verſ. Quia hæc immunitas. Rebuff. to.2. ad leges Galliæ tit.de Immunit.Eccleſ.in princip á nu.2. Decian.tract. crimin.lib.6.cap.25.á n.39. Llamas p.1.methodi cap.12. §.7. ante finem nouiſsimè Ceuall.in tract. de cognitione per viam violentiæ p. 2. q. 5. à nu.12 eleganter Anaſtaſ Germon. de Sacrorum immunit.lib.3.cap.16.á n.4.vbi indiſtincte tenet hanc immunitatem Eccleſiarum iure diuino,& non poſitiuo inſtitutam,cum contineatur in quãplurimis veteris teſtamẽti paginis vt ſuperius dictũ eſt,nã tametſi abrogata ſint cæremonialia, iuditialiaquè præcepta, non tamen ſunt abrogata moralia, quæ continent,vel declarant ius naturæ vt ait Bellarmin.in diſput.de exemptione clericorum cap. 3. in princip. vnde optimè D.Thom.1.2.q.99. art.5. in reſponſ. aſſerit quædam eſſe moralium quæ præciſe præcipiuntur, vel prohibentur in l. ſicut: Non occides:Non furtum facies, & hæc propriè præcepta dicuntur, quædam vero præcipiuntur,vel prohibentur, non quaſi præciſe debita, ſed propter melius, & iſta poſſunt dici mandata: quia quandam inductionem habent, & perſuaſionem; ideò Vniuerſalis Eccleſia hanc immunitatem tot conſtitutionibus muniuit, Sanctorum Patrum auctoritate,Cõciliorum decretis, Pontificumquè ſpecialibus conſtitutionibus confirmauit,Imperatorum etiam,ad coercendos violatores,ſanctionibus corroborauit.

3 Contrariam tamen ſententiam imò

imò hanc immunitatem de iure poſitiuo inuentam eſſe tenent Cou. lib. 2. Vari. cap. 20. n. 2. Mench. de Succeſſ. creat. lib. 3. §. 22. limit. 17. num. 54. Fr. Ludouic. p. 1. inſtruct. conſcientiæ cap. 285. verſ. Præmittendum eſt. Farin. in Praxi crimin. q. 28. n. 1. poſt med. Bobadill. in ſua Politica lib. 2. cap. 14. n. 3. Fr. Raph. de la Torre vbi ſupra aſſerentes auctoritates illas veteris teſtamenti per Chriſti aduentum expiraſſe cap. Translato de Conſtit. D. Paul. ad Hebræ. cap. 7. vnde concludunt de iure inuentam eſſe poſitiuo, conformem tamẽ valde eſſe iuri diuino, & naturali.

Ad Princip. Ordinat. Regia.

Confugiẽs ad Eccleſiam non conſecratã gaudet immunitate.

1 In text. ibi (*em qualquer Igreja, ainda que não ſeja ſagrada*) Deſumitur ex cap. Eccleſiæ de Immun. Eccleſ. Vide Syluest. in Sum. verbo Immunitas 1. q. 1. Cou. lib. 2. Vari. cap. 20. n. 4. Farin. in Praxi crimin. q. 28. nu. 34. Fr. Raph. de la Torre in 2. 2. D. Thomæ tom. 2. q. 99. art 3. diſp. 7. §. Octauus gradus, vbi addit etiamſi in ea non cæperint Diuina Officia celebrari. Fr. Ludou. Miranda de Ordine Iudic. q. 16. art. 7. concl. 2. & Camill. Borrell. d. titul. de his qui ad Eccleſias confug. n. 33.

2 Quæſtio eſt dubia, an clerici delinquentes gaudant eccleſiaſtica immunitate? Affirmatiuam opinionẽ clericos videlicet Eccleſiæ immunitate gaudere, ab eaquè inuitos extrahi non poſſe tenent Roman. conſ. 227. & conſ. 234. Clar. §. fin. q. 30. n. 16. Farin. d. q. 28. n. 7. Decian. tract. crimin. lib. 6. cap. 26. n. 1. Gutier. Pract. lib. 3. q. 3. n. 1 ad finem Remig. de Immun. Eccleſiæ fallent. 21. Zerol. in Praxi Epiſcop. p. 1. verbo Immunitas eccleſiaſtica verſ. Octauo.

3 Contrariam tamen opinionem, imò moribus, & conſuetudine receptum eſſe eccleſiaſticum iudicem poſſe clericum pro quocunquè delicto ab Eccleſia inuitum poſſe abducere ad criminis punitionem, in praxi amplectuntur Soar. de Paz in Pract. tom. 1. p. 5. cap. 3. §. 3. num. 141. Bernard. Diaz in Pract. cap. 123. Nau. in Manu cap. 25. nu. 22. Cou. d. cap. 20. n. 16. Azeued. l. 3. n. 17. tit. 2. lib. 1. nouæ Recop. Bobadill. in ſua Politica lib. 2. cap. 14. à n. 57. Fr. Emman. quæſt. Regular. tom. 2. q. 9. art. 4. Mench. lib. 3. Succeſſ. creat. §. 22. limit. 17. n. 54. nouiſsime Aloyſ. Ricci. in Praxi Eccleſ. Neapol. deciſ. 591. Gutier. d. q. 3. nu. 3. Ceuall. Communium contra commun. q. 689. Curi. Philip. p. 3. §. 12. n. 17. nouiſsime Camill. Borrell. in Summa omnium deciſ. tit. 3. de his qui ad Eccleſ. confugiunt n. 88. & 89. & tit. 7. de Clericis & Sacerdot. n. 85. quod clericus homicida voluntarius non gaudet eccleſiaſtica immunitate.

4 Amplia primò, in Eccleſia interdicta, ad quam delinquens confugiens gaudet immunitate. Vide poſt Deci. Angel. Bonacoſ. Clar. & alios Farin. in Praxi crim. q. 28. n. 35. Decian. tract. crimin. lib. 6. cap. 28. n. 26. P. Azori. Inſtit. Moral. p. 2. lib. 9. cap. 8. col. 1023. nouiſsime Camill. Borrell. in Summa omnium deciſ. tit. 3. de his qui ad Eccleſias confug. nu. 38. Fr. Raph. de la Torre in 2. 2. D. Thomæ tom. 2. q. 99. art. 3. diſp. 8. §. Octauus gradus, verſ. Singula Curi. Philip. p. 3. §. 12. n. 15.

Eccleſia interdicta

5 Amplia ſecundò in Eccleſia poluta, ſeu eius cæmiterio. Vide Remig. de Immunit. Eccleſ. ampl. 4. P. Soar. de Relig. tom. 1. tract. de locis ſacris lib. 3. cap. 9. n. 6. Bobadill. in ſua Politica lib. 2. cap. 14. num. 80.

Raphael.

Raphael.de la Torre vbi proximè.

Hoſpitale 6 Amplia tertiò in hoſpitali Epiſcopi auctoritate inſtituto. Vide Cou.d.cap.20.nu.4.in fine verſ.Tertio conſtat. Maſcard. de Probat. concl.869.n.18.Farin.d.q.28. n 36. Bobadill.d.cap.14. nu.80. Flores de Mena Vari.lib.2.q.21.n.175. & ſeq. Valaſc.conſ.105. nu.43. P.Azori.d. cap.8.col.1023. P.Soar.d.cap.9. n.9. Cardoſ.in Praxi iudicum verbo Eccleſia n.75. Nicol.Garci.de Benefic. p.5.cap.1.n.601. & 602. & probatur expreſſe ex cap. Ad hæc. de Relig. domib. Fr.Ludou.Miranda d.art.7. concl.2.in fine. Curi.Philip. p.3. §. 12. nu.1.Rhenat.Chopin.lib.2.Monaſticon,ſiue de iure cœnobiorum tit.1 art.27. Camill. Borrell. d. titul. num.64.

Aer ſuper atrium Eccleſiæ. 7 Amplia quartò in aere ſuper atrium Eccleſiæ,quod gaudet immunitate, vt Eboræ in Senatu Supplicationis fuiſſe deciſum reperi in illo delinquente, qui ſe proiecit è feneſtra ſuper cæmiterium, & in lodice exceptus,& extractus ad locum non ſacrum per text. quem allegauit Doctor Antonius Soares Senator Regius,& iuris ciuilis Conimbricæ primarius profeſſor in l. vlt. §. Si quis proiectum ff.quòd vi,aut clàm,& ad idem facit text.in l.Si opus § Si iuſſero ff.eodem,& in l vlt ff.de Seruit. & refert Melch.Phœb.tomo 1.Areſto 162.in fine.

Oſtium ſcala.& porticus. 8 Amplia quintò in oſtio , ſcalis, atrio,& porticibus quomodolibet Eccleſiæ adhærentibus,ab his enim locis propter reuerentiam ipſius Eccleſiæ inuitus extrahi non poteſt. Vide Remig. d. tract. de Immunit. Eccleſ.amplia 8.Nau.in Manu. cap. 25. num.17. Decian.d.lib.6.cap.25. n.17. Farin.d.q.28.n.14.Raph. de la Torre vbi proximè Bobadill.d.lib.2. cap. 14. num. 82. Curi. Philip. d. §.12.n.14.

1 DEſſumitur ex l.2.& l.Presbyteros Cod. de Epiſcopis & cler. & ex cap. Aduerſus de Immunit.Eccleſ.c 1.& cap. Quamquam de Cenſib.lib.6. Concordant apud Hiſpanos l.2. cum ſeqq. tit.4. lib.1. nouæ Recopil. vbi Azeued. à num.2. Vide Cou.lib.2.Vari.cap.10. nu.6.&.Pract.cap.31.nu.9. Azeued. ad curiam Piſanam lib.2.cap.21.Lazarte de decima vendit.c.19.à n.18. Ioſeph.Ludou.to 3.Cõmuni.Opin. tit.de Gabell. concl.Vni.verſ.Infertur 10.pag.479.Alexad.Trentaſinq. Vari.lib.1. tit. de Iure fiſci reſolut.5. à nu.7.cum ſeqq.Olan.in antinom. iuris verbo Clerici num.23. Gũõd. de Gabell.p.7. num 4. Matienſ.l.11. gloſ.1.nu 4.tit.4.lib.5 nouæ Recop. Gutierr.Pract.lib.i.quæſt.8.Barthol. Humad. l.49.gloſ.Franqueſas tit.6. p.1. D.Mart. de Iuriſdict.p 4.caſu 1. num.6. Flores de Mena Vari.lib.2. quæſt.21.num.174.cum ſeqq.Dom. Chriſtoph. de Paz in ſcholijs ad leges ſtyli l.212.nu.2.& 3.Ceuall.Cõmunium contra comun.to.4.q.899. â n.153. Cardoſ.in Praxi iudicũ verbo Clericus n.74.Valaſc.conſ.131.

Appellatione monachorũ veniunt moniales.

2 In text.ibi: (*& moſteiros aſsi de homẽs quomo de mulheres*) An ſi tantum de monachis dictum foret venirent & moniales? Dic quod ſic quia appellatione monachorũ continẽtur moniales. Vide Flores Vari. lib.1.q.10.n.25.Flamin.de Reſignat. lib.2.q 1.num.71. cum ſeqq.& lib.3. q.12.nu.12.

Eremitæ profeſsionem omittẽtes à tributis eximuntur.

3 In text.ibi:(*& as prouincias em que ha ermitaẽs que fazem voto de profiſſam*) Vide Lazarte de Gabell. cap.1. num.89.Auend.de Exequend.mãd. p.2. cap. 14. num. 24. Flores Vari. lib.2.q 21. num.196. Frat. Emman. quæſt. Regular. tom.3.q.74. art.18. cum ſeqq.

4 De fratribus tertij ordinis Sancti Franciſci, de pœnitentibus conuerſis, oblatis, & nouitio vide quæ dixi ſupra hoc lib.tit.2.§.1.

5 Regulam huius Ordinat. cum Auend.d.cap.14.n.32. ampliat Flores d.q.21.nu.175.vt procedat in hoſpitali, & á nu.182. extendit ad confraternitates quæ ſunt vnitæ alicui hoſpitali aut Eccleſiæ.

6 In text.ibi:(*os clerigos de ordẽs ſacras*) Ergo clerici in minoribus non

ſunt exempti á gabellis, exactionibus, & tributis, de quo etiam apud Hiſpanos lex lata eſt noſtrę ſimilis in l.2.tit.4.lib.1. Recop. vide Humad. ad Gregor.l.49.gloſ.3.nu.4.& l.54. gloſ.2.num.10.tit.6.part 1 Parlador. quotidian.p.1.cap 3.nu.16. Bobadil. in ſua Politica lib.2.cap.18. nu.110. Gutier. de Gabellis quæſt. 91. Solis de Cenſib.lib.2.cap.fin.num.13.Flores d. quæſt.21.nu.199. P.Molin.de Iuſtit.tract.2.diſp.671.n.5. P.Sanch. de Matrim. lib.7. diſp.46. num.16. P.Azori Inſtit. Moral. p.1.lib:3.cap. vni.q.fin. Nicol. Garci. de Benefic. p.2.cap.3.à num.5.

Beneſitiati eximuntur á tributis.

7 In text.ibi: (*& os beneficiados que viuen como clerigos*) Et beneficia poſſident actu & habitu ex Lazarte de decima vendit. cap. 19. á num. 18. Azeued.l.6. num.5. tit.18.lib.5. Recop. Flores d. quæſt. 21. num. 199. vbi etiam tenet quod non ſufficit habere penſionem, niſi illa obuenerit ex reſignatione alicuius beneficij, vel in titulum beneficij ſit data.

Clerici nõ tenẽtur ſoluere gabellam de fructibus & reditibus ſuorum beneficiorũ.

8 In text.ibi: (*para ſuas neceſsidades ſomente*) Vnde clericus non tenetur ſoluere gabellam ex emptione ædiũ, quas emit ad ſuum vſum, ſecus ſi emat ad locandum, ita dicit iudicatum Cabed.p.1.deciſ.189. & vide Valaſc. conſ. 131. num.10. Nec dicitur clericus negoriator, vel mercator, licet id quod ſuper eſt de eo quod vilius ad ſui vel ſuorum ſuſtentationem emit, iuſto pretio tunc currente, cariùs vendat quam emit, nec ex ea venditione gabellam ſoluere tenetur vt ex Nau. & Salzed. reſoluit nouiſsime Aloyſ. Ricci. in Praxi eccleſiaſt.deciſ.375.nu.10.

9 In text. ibi: (*& bem aſsi do que renderem de ſuas nouidades & rendas de ſeus beneficios*) Deſumitur ex cap. Quamquam de Cenſib.lib.6. Vide Bonacoſ. Communium crimin.p.2. verbo Gabella fol.32.verſo.Gregor. l.49. verbo *Las franquezas* tit 6. part. 1 Ioſeph. Ludou. tom.3. Communium Opini. tit. de Gabellis cõncl. Vni.verſ.Infertur 10.Gurier.de Gabellis quæſt. 93. num. 25. Mexi. in tract. taſſæ panis concl. 5. num.19. D. Mart. de Iuriſdict. p. 4. caſu 3. num.9. Cabed. p. 2. Areſto 45. Et non dicitur negociari ille qui vendit fructus ſuorum fundorum ex Aloyſ.Ricci.in Praxi eccleſiaſt.Neapol.deciſ.375 n.8.Cened.ad Decretum collect.37.nu.2.in fine. Valaſc. conſ.131.à num.6. Fructus tamen ex ſuo ſemine ſuaque induſtria collecti ex alieno agro conducto venditi gabellam ſoluent Gutier. de Gabell. q.63.nu.68.& 72.

Clerici in bonis patrimonialibus gaudent eccleſiarũ priuilegijs.

10 In text.ibi:(*& bens patrimoniaes*) Ergo in bonis patrimonialibus gaudent clerici Eccleſiarum priuilegijs, de quo tamen vide Nau. conſ.12. de Cenſib. Tiraquell.de Retract.lig.§.32.gloſ.1. num 80. & ſeq. Mench.lib.2. de teſtatoris potent. §.10.num 659. Perez l.8.tit.2. lib.1. Ordin.pag 44. & l.1.tit.3. lib.1. pag. 66.Craſſ §.Teſtamentum quæſt.34. num. 1. in fine Gutier. Pract. lib.1. quæſt 3. num.17. & lib.4. quæſt.38. num.17. & de Gabell. quæſt.88. à num.9. Surd.deciſ.20.num.5. & deciſ.160. num. 10. Morl. in Emporio iuris p.1. tit 2. in prælud. num.144. D.Mart.de Iuriſdict.p.4. caſu 10.nu. 16.& caſu 18. num. vlt. & latius caſu 49. per totum ſecularis tamen iudex poteſt cognoſcere contra clericum ſuper bonis parrimonialibus eiuſdẽ clerici etiamſi prædicta bona ſint illa, ad quorum titulum clericus ſacros ordines ſuſcepit, ac proinde in illis ordinaria ſufficit præſcriptio prout

ptout in ſupremo Senatu iudicatum tefert Mendez à Caſtro in Praxi eccleſiaſtica Luſitaniæ lib. 2. cap. 4 á. num. 11. cum ſeqq.

11 Quando venditur tes communis clerici & laici, tantum ſoluitur decima de ea parte, quæ competit laico. Vide Cou. Pract. cap. 34. nu. 2. Lazart. de decima vendit. cap. 10. num. 16. Azeued. l. 6. num. 9. tit. 18. lib. 8. Recop.

AD §. I.

Clerici negotiatores non ſunt immunes à ſolutione gabellæ.

1 Deſumitur ex cap. Quãquam de Cenſib. lib. 6. ibi, quas non cauſa negotiandi deferunt. Vide Duenh. reg 100. verſ. Fallit 11. Ioſeph. Ludo. tom. 3. Commun. opinion. tit. de Gabell. concl. vni. verſ. Infertur 10. ibi fallit quando Lazart. de decima vendit. cap. 19. num. 65. & 66. Girond. de Gabell p. 7. nu. 8. Foleri. ad Marant. de ordine iudic. p. 4. nu. 80. pag. 184. Matienſ. l. 11. gloſ. 1. num. 3. tit. 10. lib. 5 Recop. Laſſarte de decima vend. cap. 19. num. 5. Bobadil. in ſua Politica lib. 2. cap. 18. num. 123. lit. F. & num. 124. Garci. de Nobilit. gloſ. 9. num. 53. Nau. conſ. 1. de Immunit. Eccleſ. Mexi. in tract. taſſæ panis concl. 5. num. 23. Cened. ad Decretũ collect. 37. num. 2. D. Mart. de iuriſdict. p. 4. caſu 3. á num. 2. Cabed. p. 1. deciſ. 189. & p. 2. Aresto 45. nouiſsime Ceuall. in tract. de cognitione per viam violenriæ p. 2. q. 64. Alexand. Ttentaſing. vari. lib. 1. tit. de iure fiſci reſol. 5. num. 8. late Gutier. de Gabellis q. 93.

2 Quando dicantur clerici per viã negotiationis mercatores fieri. Vide Girond. d. p. 7. nu. 31. P. Molin. de Iuſtit. tract. 2. diſp. 342. á verſ. Secundũ. Cened. d. nu. 2. Ceuall. d. q. 64. nu. 21. nouiſsime Camill. Borrell. in ſumma omnium deciſ. tit. 7. de Clericis à nu. 68. & Aloyſ. Ricci. in Praxi eccleſ. Neapol. deciſ. 375.

3 In text. ibi: (*pagara ſiza como ſe fora leigo*) Ideo poteſt fieri executio in eorum bonis per exactores gabellarum. Vide Flores de Mena lib. 2. Vari. quæſt. 21. num. 226. Gutier. de Gabellis quæſt. 94. num. 7. vbi à n. 5. quod clericus negotiator. gabellam, debens pro eius ſolutione coram iudice ſeculari conueniri poteſt, & citat Bobad. d cap. 18. à num. 123. Mexi. in tract. taſſæ panis concl. 5. n. 23.

AD §. II.

In text. ibi: (*não deixerão toda via de ofazer a ſaber aos noſſos officiaes*) Vide Ioſeph. Ludou. to. 3. Cõmun Opin. tit. de Gabellis concl. vni. § Infertur 10. verſ. Iſti etiam Brunor. à Sole in locis communib. verbo Gabella 4. Stephan. Gratian. Diſceptat. Forenſ. cap. 17. num 8. cum ſeqq. Muliones vero ſi non manifeſtauerint tenebuntur reſarcire damnum vt per vezin. to. 1. Commun. Opinion. lib. 4. tit. 41. num. 12. pag 651. Farin. in Praxi crimin. p. 6. q. 172. nu. 19.

AD §. V.

In text. ibi: (*jurar ſe as ditas couſas ſão para ſuas neceſſidades*) Nota quod aſſerens ſe portare pro vſu ſuo probare tenetur, & illius iuramento ſtãdum eſt, niſi per partem aduerſam contrarium probaretur, vel militaret aliqua præſumptio in contrarium. Vide Maſcard. de Probat. concluſ. 953. num. 11. Seraphin. de priuilegijs Iuram. priuil. 14. num. 2. Farin. in Praxi crim. quæſt. 172. num. 30. D. Mart. de Iuriſdict. p 4. caſu. 83. num. 7. Et ſi falſum iurauit non poteſt querelari ex Valaſc. conſ. 131. num. 11.

AD §. VLT.

Militares eximuntur à tributis.

1 Vide Mench. Illuſtr. cap. 105. nu. 45. Valaſ. conſ. 131. num. 3. & de Militibus Sancti Stephani. Nauar. ſub tit. de Regularib. conſ. 23. per totum. Et de fratribus Ordinum Militariũ in Caſtella quando non teneatur ad gabellã agit l. 9 tit. 18. lib. 9 Recop. tractant Laſſarte de Gabell. cap. 19. num. 92. Parlad. lib. 1. rerum quotid. cap. 3. §. 1. num. 19. Bobad. in ſua Politica lib. 2. cap. 18. num. 264. Gutier. de Gabell. quæſt. 95 à num. 13.

2 In text. ibi: (*ontenças*) Vide Valaſ. conſult. 131. num. 5.

3 Dubium eſt an huiuſmodi exẽptio â tributis concedatur vxoribus iudicis horum militum? Praxis huius Regni obſeruat illas hoc priuilegio non gaudere, quæ tamen videtur dura per reg l. Fœminæ ff. de Senat. & per ea quæ Perez l. 1. tit. 3. lib. 1. pag. 57. & titul. 2. lib. 4. Ordin. pag. 795. Azeued. l. 9. num. 4. tit. 11. lib. 2. nouæ Recopil. D. Barboſ. in l. Quia tale n. 23. ff. ſoluto matrim. Cabed. p. 1. deciſ. 98. & p. 2. Areſto 71.

Extraua. 2. & 3. tit. 3. p. 2.

Ad tit. 2. Ordin. Regiæ.

Dos Commendadores, & Caualeiros das Ordens de noſſo Senhor Ieſu Chriſto, Sanctiago, & Auis.

Profeſsi ex ordinibus militaribus an ſint verè religioſi.

1 QVæſtio eſt inter Doctores cõtrouerſa an profeſsi ex Ordinibus militaribus Chriſti Domini Diui Iacobi, & Diui Benedicti, & alijs ſimilibus ſint veri religioſi? Dic prædictos milites non eſſe vere religioſos, ſed ſecundum quid, prout tenent Sarmi. de Reditib. p. 4. cap. 1 nu. 13. Lazart. de decima vendit. cap. 19. num. 92. Gitond. de Gabell. p. 7. in princip. num. 47. Burg. de Paz conſ. 17. num. 2. Arag. 2 2. quæſt. 88. artic. 1. pag. 738. ad vltim. argum. Valent. tom 3. in 2. 2. diſp. 10. quæſt. 4. puncto 2. P. Molin. de Iuſtit. tract. 2. diſp. 141. verſ. Eſt vero regida. & diſp. 623. num. 5 & tom. 4. tract. 3. diſp 50. num. 5. P. Azori. Inſtit. moralium p. 2 lib. 13. cap 4. q 4. Azeued. l. 14. num. 3. tit. 5. lib. 3. nouæ Recopil. D. Mart. de Iuriſdict. p. 2. cap. 32. num 15. & p. 4. caſu 113. num. 33. Nicol. Garci. de Benefic. p. 1. cap. 4. num. 15. cum ſeqq Iacob. de Graffis tom. 1. conſil. lib. 3. tit. de Regularib. conſ. 11. num. 9. & 15. nouiſsime Ceuall. in tract. de cognitione per viam violentiæ p. 2. q. 149.

2 Contrariam licet opinionẽ imo hos vere eſſe religioſos tueãtur Cou. Nau. Auend. Mench. Fortun. Garci. Bellug. & alij quos refert & ſequitur P. Sanch. in Præcepta Decalogi lib. 4 cap. 16. num. 11. alios citat Cened. ad Decretal. collect. 29 nu. 4. Mott. in tract. de confirmat. ordinis Diui Iacobi lib. 2. per totum, & præcipuè cap. 2. §. 29. Gutier. Practic lib. 2. quæſt. 11 num. 2. Bobadil. in ſua Politica lib. 2. cap. 19. num. 11. Fr. Emman. quæſt. Regular. tom. 1. quæſt. 1. art. 6. & quæſt. 13. art. 2. P. Rebello de obligat. iuſtit. p. 2. lib. 3. q. 4. num. 13. nouiſsime Mendez à Caſtro in Praxi Luſitaniæ lib. 2. cap. 1. nu. 10.

Ad Princip. Ordin. Regiæ.

In text. ibi: (*por quanto nos como Meſtre das ditas ordẽs*) Vide Fr. Emman. quæſt. Regul. to. 2. quæſt. 122. art. 3. nouiſsime Ceuall. in tract. de cognitione per viam violentiæ p. 2. q. 149. num. 19. Cabed p. 1. deciſ. 61. num. 6. vbi quod Rex tanquam Magiſter Ordinum militariũ nõ poteſt facere

Digitized by Google

facere quod iudicetur ſuper poſſeſſorio & petitorio ſimul partibus renuentibus, & ibi quod Magiſter ordinum militarium eſt tãquam quilibet prælatus.

AD §. I.

1 Vide Nauar. ſub tit. de Regularib. conſ. 13. nouiſsime Mendez á Caſtro in Praxi Luſitaniæ lib. 2. c. 1. num. 12 Curi Philip. p. 3 §. 1 num. 13. Frat. Emman. quæſt. Regular. to. 2. q. 62. art. 13. vbi etiam quid ſi ſint officiarij Regis, vel habeant aliquod officium ſeculare, & in eo delinquant, & art. 15. quid ſi occidat clericum, & art. 16. de tranſgredientibus taxam an poſsint à iudice ſeculari pœnis pecunarijs ab eo impoſitis mulctari, & in nouiſsima iuſtitiæ reformatione in §. 7. ita conſtitutum eſt. *E os outros Caualleiros das ordẽs Militares deſte Reyno & Senhorios gozarão ſomente em ſuas peſſoas no criminal do priuilegio do foro, & não outras peſſoas, ainda que ſejão ſeus filhos, eſcrauos, & criados. E ſuccedendo caſo que alguũs miniſtros meus (ſendo acuſados per culpas cometidas em ſeus officios, em que ſe contenhã materias de minha fazenda Real) declinem para o Iuiz das ordẽs, ſe não conhecera nelle do que aſsi tocar a minha fazenda, antes ſe tratara no juyzo das cauſas della, & iſto meſmo ſe entendera em outros quaeſquer priuilegios, de qualquer qualidade, & condição que ſejão,*

Nouiſsima iuſtitiæ reformatio.

2 Amplia etiamſi profeſsi nõ ſint per text. in cap. Religioſo §. 1. vbi Archidiac. de ſentent. excommuni. lib. 6. & faciunt quæ Iaſ. in l. cum quædam num. 13 ff. de iuriſd. omniũ iudic. & Tiraq. de Retract. lig. §. 1. gloſ. 8. num. 21. Curi Phillp. p. 3. §. 1. num. 13. & ita vidi iudicatum Portucal. Senatu anno Domini 1545. in cauſa Gaſparis Pinto cum Didaco Gomez Daureu Vienenſi, ſcriba Seraphino Correa. Quamuis contrarium reſoluant Bobad. in ſua Politica lib. 2. cap. 18. num. 86. & cap. 19. num. 17. in fine. Fr. Emman. d. q. 62. art. 14.

Militares etiam nõ profeſsi ſũt religioſi.

Senatus Portucal. iudicauit.

AD §. II. ET VLT.

Vide Valaſc. conſult. 131. num. 5. vbi quod Milites ordinis Domini noſtri Ieſu Chriſti potiuntur priuilegio exemptionis ſi habuerint præceptoriam militarem vulgo *commenda*, aut aliquam tenentiam ſeu panem ciuilem cum habitu illius ordinis vulgo, *tença* Melchi. Phæb. deciſ. 85. num. 6. cum ſeqq.

Ad tit. 13. Ordin. Regiæ.

Extrauag. 3. & 4. tit. 12. p. 4 De reprobata beneficij viuentis impetratione.

Dos que citão para Roma, & dos que impetrão beneficios de homẽs viuos, &c.

Ad Princip. Ordinat. Regia.

1 Vide Boſsi. in ſua Pract. tit. do Principe num. 218. Rebuff. in Praxi benefic. p. 2. tit. de reprobata beneficij viuentis impetratione gloſ. 7. pag. mihi 167. Robert. de Attentatis p. 2. cap. 20. num. 37. Impetras tamen beneficium viuentis de cuius morte fama percrebuerat excuſatur à pœna beneficia viuentium impetrantibus impoſita ex Maſcard. concl. 1070. num. 2.

2 In text. ibi: (*Vagando per certo modo*) Vide Flamin. de Reſignat. to. 1. lib. 3. quæſt. 16. num. 57. cum ſeqq. & lib. 14. quæſt. 2. num. 12. Vtpote ſi fuerit impetratum à tertio in caſum

priuationis, ſic enim impetrari ſolet cum beneficiatus accuſatur de homicidio, poterit enim non obſtante iſta impetratione beneficium reſignare in fauorem alterius iuxta tradita per Farin. in Ptaxi crimin. p. 5. quæſt. 119. num. 86. vnde incidet in pœnas huius Ordin. qui impetrauerit illo modo.

3 In text. ibi: (*citar para a dita Corte de Roma*) Vide Soar. de Paz in Pract. tom. 2. prælud. vlt. nu. 10. cum ſeqq. Mench. Illuſtri. cap. 41. nu. 26.

4 In text. ibi: (*ſeja deſnaturado de noſſos Reynos*) Vide P. Hẽriq. in ſum. p. 2. lib. 14. cap. 12. num. 6. in fine. Auend. de Exequendis mand. p. 2. cap. 6. num. 12. Clericus enim perturbans Rempubl. & eius pacem poterit à Rege eijci à Regno, & in bonis patrimonialibus puniri vt per Cened. & plures quos refert ad Decretum collect. 37. num. 9. ex texr. eleganti in l. Quicumque Cod. de Epiſcop. & cler. l. fin. de offic. procur. Cæſar. vide Humad. l. 65. gloſ. 8. num. 7. titul. 5. p. 1. Cuti. Philipic. p. 3. §. 3. num. 2.

Clericus perturbãs Remp. & eius pacem poteſt eijci è Regno.

5 In text. ibi: (*& tendo nelle beneficios, &c.*) Nota Regẽ poſſe imponere pœnam clericis circa temporalitates ex Cabed. de Iure patron. Regiæ Coronæ cap. 36. à nu. 4.

6 In text. ibi: (*E não ſe ſara della extenſão a outros caſos fora delles*) Aduerte quod in literis executorialibus in firma breuis non procedit hic text. quia auocari poſſunt iuxta Conſtit. Gregor. 13. in volumine Motuum pag. 701. Nec in auocatione, quã facit auditor Camaræ Apoſt. ad quod vide Flores Vari. lib. 1. quæſt. 12. nu. 8. Stephan. Gratian. Diſcept. Foreſ. cap. 118. num. 59. Nec in beneficijs reſeruatis ratione manus appoſitionis vt Sacra Congregatio decreuit teſte Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloſ. 52. num. 36. & ſeq.

AD §. I.

1 Vide Cou. Pract. cap. 35. num. 2. verſ. Aduerſus obſtat, & á num. 4. Cabed. de Patronat. Regiæ Coronæ cap. 36. Ft. Ludou. Mirand. de Ordine iudiciario quæſt. 1. art. 6. concl. 3. vbi reſoluit quod quando aliquis extetus in Regno Caſtellæ impetrat aliquod beneficium eccleſiaſticum, vel quod ſit iuris patronatus Regis, vel cuiuſuis particularis, aut ſi impetrat beneficia patrimonialia, quæ præuio examine non niſi incolis, & originarijs conſueuerunt dari, vel ſi impetrat canonicatum magiſtralem ſeu doctoralem alicuius Eccleſiæ Cathedralis & etiam collegiatæ iuxta l. 34. tit. 5. lib. 2. Recop. auditores Regij examinant litteras Apoſt. ſuſpenduntque earum executionem impetrantibus, ipſarum vſum ſub grauiſsimis pœnis & comminationibus interdicendo. Curi. Philip. p. 1 §. 5. nu. 4.

Extrau. 1. tit. 12 p. 4

Ad tit. 14. Ordiñ. Regiæ.

Extra. 2. tit. 12. p. 4

Dos que publicão inhibitorias ſem liçença del Rey.

IN Quibus caſibus fieri poſsit inhibitio vide Cou. Pract. cap. 35. nu. 4. verſ. Sic etiam. Parlad. lib. 2. rerum quotid. cap. fin. p. 5. §. 11. n. 23. Surd. conſ. 424. num. 28. cum ſeqq. Cald. Pereira de poteſtate elig. c. 5. num. 10. & quæſt. forenſ. lib. 1. q. 25. num. 27. D. Barboſ. in l. Titia nu 38. & 54. ff. Soluto matrim. & latiſsime Ioſephus Seſſe de Inhibitionibus librum compoſuit. nouiſsime Mendez á Caſtro in Praxi Eccleſ. Luſitaniæ lib. 2. cap. 11. à num. 13.

Inhibitio quibus caſibus fieri poſſit.

Ad

In antiq. tit. 7.

Ad tit. 16. Ordin. Regiæ.

Clerici & eccleſiaſticæ perſonæ in bonis regalengis non poteſt ſuccedere.

Que os clerigos, & ordens, & peſſoas eccleſiaſticas não poſſaõ hauer bens nos reguengos.

VIde Cald. Pereira de Nominat. quæſt 22. num. 4. cum ſeqq. Cabed. p. 2. Areſto 56. Çardoſ. in Praxi iudicum verbo Clericus num. 72. & faciunt quæ D. Mart. de Iuriſdict. p. 4. caſu. 68.

Ad Princip. Ordin. Regiæ.

1 In text. ibi: (*não podeſſem comprar, &c.* & ibi: *nẽ acquirir bens alguns*) Nota quod Princeps poteſt in conceſſione rei propriæ ponere conditionem huius legis Vide Palat. in repet. rubric fol. 9. num. 14. ver. Ex quibus.

2 In text. ibi: (*o que ſempre ategora ſe vzou & praticou*) Vide Bened. Ægid. in repet l. 1. Cod. de Sacroſ. Eccleſ. p. 5. §. 2. nu. 12.

3 In text. ibi: (*os ditos bens ſe perdeſſem para elle*) Intellige ſequuta traditione ex Cald Pereira de Empt. cap. 8. num. 46. Et non eſt locus pœnitentiæ ex gloſ. in Clem. Ne in agro § Quia vero verſ. Ipſo facto de ſtatu monach. commendara à pluribus de quibus Tiraq. in l. ſi vnquam verbo Reuertatur nu. 252.

4 In text. ibi: (*per legitima ſucceſſaõ de ſeus pays*) Vide Cald. Pereira de Empt. cap. 8. num. 45. vbi reſoluit quod ſucceſsio abinteſtato in huiuſmodi bonis impeditur, & mandatur quod intra annos in laicos transferantur, & etiam tenet quod hæc translatio ſine decreto fieri poteſt, & quod Eccleſia huiuſmodi bona ſine ſolemnitatibus poteſt vendere, quia obtinere non poteſt.

5 In text. ibi: (*com tanto que do dia que nelles ſuccedeſſem ate hũ anno os vendeſſem*) Nota quod clericus libere poteſt nominari in huiuſmodi bonis patrimonialibus, tenetur tamẽ elapſo prædicto anno illa vendere. Ita Cald. Pereira de Nominat. q. 22. à nu. 6. Cabed. p. 2. Areſto 56.

Ad tit. 18. Ordin. Regiæ.

In antiq. tit. 8.

Que as Igrejas & Ordẽes não compreem bens de rayz ſem licẽça del Rey.

De immobilibus bonis ab Eccleſijs non emendis ſine Regis licentia.

1 PRo intellectu & validitate Ordin. in præſenti cõſulendi ſunt Iaſ. in §. Diui lect. 1. num. 72. cum ſeqq. & lect. 2. à nu. 107. Deci. in cap. Eccleſia nu. 55. de Conſtitut. Tiraq. de Iure mariti gloſ. 8. nu. 171. Mau. in Man. cap. 27. num. 120. Perez l. 7. titul. 2. lib. 1. Ordin. pag. 44. Clar. lib. 5. §. fin. quæſt. 81. ſtat. 5. n. 2. Menoch. conſ. 169. nu. 5. cum ſeqq. & num. 16. & faciunt quæ conſ. 350. & de Præſumpt. lib. 4. quæſt, 83 n. 16. & Mexi in tract. taſſæ panis cõcl. 5. num. 27. cum ſeqq. P. Molin. de Iuſtit. tract. 2. diſp. 140. verſ. Quin de iure. Tholoſan. lib. 1. de Reſcript. cap. 27. num. 6. cum. ſeqq. Ceuall. Commun. contra commun. tom. 4. quæſt. 899. num. 175. cum ſeqq. nouiſsime Fr. Ludou. Miranda in Manuali prælatorum tom. 2. quæſt. 27. art. 7. D Barboſ. in priuatis ſcholijs ad l. Filius fam. ff. de legat. 1. verſ. Ad Ordinar. lib. 2. titul. 8 Fr. Emman. quæſt. Regular. to. 1. quæſt. 66. art. 4. Cald. Pereira in l. Si curatorem verbo Venundediſti nu. 2. & de Empt. cap. 8. num. 27. 33. & 43. & lib. 1. quæſt. forenſ. quæſt. 23. num. 92. latiſsimè Benedict. Ægid. in reper. l. 1. Cod.

Digitized by Google

Cod.de Sacroſanctis Eccleſ.p.5.§.2. nu.3.cum ſeqq.

2 In quærendis valet ſtatutum in præiudicium Eccleſiæ, quando laici non odio Eccleſiæ ſed bono zello & pro familiarum conſeruatione faciunt. Vide Deci.in Auth. Caſſa nu.17.Cod.de Sacroſ. Eccleſ. Curt. Sen. conſ. 27. num.8. Cou.in reg. Poſſeſſor p.2.§.4.num.9. verſ.Tertium. Mench. Vſufreq. cap.9. Menoch.conſ.350.num.6.Cald. Pereira de Empt.cap.8. num.53. & 37.& conſ.48. num.22. Cened. Pract. & Canon.quæſt. lib.1.quæſt.35. nu.19. & 20.vbi num.5.& 6.etiam reſoluit valere conditionem vel prohibitionem factam à teſtatore ne bona deueniant ad Eccleſiam vel monaſterium.

Ad Princip.Ordin. Regiæ.

1 In text.ibi: (*De muyto longo tempo foy ordenado por os Reys noſſos anteceſſores*) Vide Benedict. Ægid.in repet. l.1.Cod. de Sacroſ. Eccleſ. p 5.§.2. num.11.

2 In text.ibi:(*podeſſem comprar*) Nõ procedit in hypotheca. Vide Cald. Pereira de Reſolut Emphyt. cap.5. num.62 & de Empt.cap.8.num.33. vbi num.35. aſſerit hanc legem tanquam correctoriam ſtricte eſſe interpretandam.& num. 45. reſoluit quod nec pro dote Virginis religionem ingreſſæ poſſunt bona immobilia annecti monaſterio.

3 Fallit etiam in emptione vtilis dominij ab emphyteuſis poſſeſsi, quia Eccleſia dominia directa poterit bona iſta titulo emptionis acquirere, quia res de facili reuertitur ad ſuam naturam ex l.Si vnus.§.Pactus ne peteret ff. de Pactis, & vtile dominiũ cõſolidatur cũ directo nec Eccleſia acquirit nouiter aliquid.

AD §. I.

1 In text.ibi:(*ou per ſua morte*) Vide addit. Abb. in cap. Si proponente num.3.lit.D.de Reſcript.Clar.lib.5. §.fin.quæſt.81.ſtat.5. nu.5.Cald.Pereira de Empt. cap. 8. num.43. vbi quod improbat hæc lex acquiſitionem per viam ſucceſsionis, aut dationis in ſolutum.

2 In text. ibi: (*ou moſteiro*) Aliqui intelligunt hanc Ordinat. procedere tantum in bonis acquiſitis monaſterio, quæ perpetuò apud ipſum manſura erant, non vero in his, quæ de ſui natura finiti debent cum vita monachi prout teſtatur Valaſ. conſult.101.num.7.

3 In text.ibi (*hum anno & dia*) Vide Cald.Pereira de Renouat.quæſt.19. nu.7. & de Poteſtate nomin. cap.1. num.16.& de Empt.cap.8.num.46 in med.

4 In text.ibi:(*no qual tempo ſe tirarà delles*) Hæc autem translatio ſine decreto fieri poteſt, prout reſoluit Cald. Pereira de Empt. cap.8.n.45. & Menoch.conſ.73.nu.5.

5 In text.ibi: (*não auendo noſſa prouiſão para os poſſuir por mais tempo*) An regia auctoritas requiratur in conſtituenda capella à clerico, cuius immobilia illi annexa relinquũtur, clericuſque in perpetuum adminiſtrator extat? Vide Gam.deciſ.341.aliàs deciſ.343.Cald. Pereira d.c.8.n.44. vbi reſoluit hanc Ordin.huiuſmodi capellas comprehendere, ſecus dicit in alijs capellis à laicis inſtitutis, & adminiſtratis cum nullam omnino beneficiorum naturam habeant.

6 In text.ibi:(*& não ſe tirãdo delles*) Tria à Rege diplomata prolata ſunt, quibus fuit monaſterijs, & alijs communitatibus eccleſiaſticis aſſignatus terminus vnius anni in quo poſsint

Digitized by Google

poſsint huiuſmodi bona cōtra prohibitionem huius legis obſtenta diſtrahere mēſe Auguſti anno Domini 1611. Alius deinde vnius anni terminus aſsignatus fuit menſe prædicto anni inſequentis 1613. & poſtea non reperi aliam temporis prorogationem factam fuiſſe.

AD §. IIII.

Nota quod in bonis maioratus, capellarum, & hoſpitalium facultas Regia requiritur ad permutationem faciendam cum aliјs bonis, vt habetur in regimine Senatorum aulicorum §. 39. Vide Cabed p. 1. deciſ. 176. num. 1.

AD §. V.

1 Vide Gam. deciſ. 341. aliás 345. nu. 3. Cald. Pereira de Empt. cap. 8. num. 46. ad hoc quod clericis ementibus dum vixerint ſtabilium bonorum poſſeſsio indulgetur, & extendit ſi parentibus hæredes exiſtant.

2 In text. ibi: (*ſe percão os ditos bens para a Coroa*) Citatis ſcilicet poſſeſſoribus ex l. Si de certa Cod. ſi propter publi. penſitat. Bald. in l. Cum non ſolum §. Neceſsitate nu. 12. vbi Paul. nu. 15. Cod. de bonis quælib.

AD §. VI.

Vide Iaſ. in l. Filiusfam. §. Diui lect. 1 num. 77. & ſeq. ff. de legat 1. Bart. in l. Reſcripto §. fin. num. 5. ff. de Munerib. & honorib. Afflict. in cap. 1. de clerico, qui inueſtituram fecit num. 20. lib. 3. fol. 68. Cald. Pereira de Empt. cap. 8. nu. 46.

AD §. VII.

1 Vide Guillelm. in cap. Rainuntius verbo Et vxorem nu. 569 Gam. deciſ. 313. aliás 315. num. 9. Cald. Pereira de Empt. cap. 8. nu. 45. & ſeq. vbi etiam reſoluit quod Eccleſia abſque viris ſolemnitate vendere poteſt rem quam obtinere non poteſt.

2 In text. ibi: (*mais chegado*) Qui petit debet probare non eſſe alium proximiorem. Vide Iaſ. in l. Is poteſt num. 83. ff. de Acquir. hæred. Cou. lib. 2. Vari. cap. 6. num. 6. Tiraq. de Retract. lig. §. 11 gloſ. 1. num. 5. Ioſeph. Ludou. tom. 3. Communium Opinion. tit. de Probat. concl. vnica verſ. Infertur 57. Maſcard. de Probat. concl. 73. num. 4. & concl. 1245.

3 In text. ibi: (*Conforme ao coſtume geral que ha*) Nota quod clerici attenta hodierna conſuetudine licite poſſunt teſtari de bonis intuitu Eccleſiæ quæſitis, in illiſque abinteſtato conſanguinei ſuccedere poſſunt. Vide Cou. in cap. Cum in officijs num. 9. de teſtam. Duenh. reg. 366. num. 11. Nau in Man. cap. 25. nu. 129. & de Reditib. quæſt. 3. num. 10. & in Apolog. quæſt. 1. monitu 40. & q. 3. monitu 5. & de ſpolijs cleric. § 6. n. 6. Sarmi. de Redit. eccleſ. p. 4. cap. 1. num. 8 Molin. de Primog. lib. 2. c. 10. nu. 56. Craſſ. de Succeſſ. §. Teſtamētum quæſt. 34. nu. 9. Salzed. in Pract. cap. 132. lit. A. P. Molin. de Iuſtit. tract 2. diſp. 147. verſ. His explicatis Gam. deciſ. 113. aliás deciſ. 315. à n. 6. D. Barboſ. in l. Diuortio in princip. p. 2. à num. 60. ff. Soluto matri. Valaſc. conſ. 165. num. 11. &. de Partit. cap. 35. à num. 7. D. Mart. de iuriſdict. p. 4 Cent. 1. caſu 24. num. 21. Caſtill. quotid. lib. 1. de Vſufructu cap. 79. num. 7. in fine. Nicol. Garci. de Benefic. p. 2. cap. 1 á num. 8. plures ex antiquioribus refert. Cened. ad Decretal. collect. 12. num. 2. nouiſsime

Clerici licite poſsūt teſtari attenta conſuetudine bonis intuitu Eccleſiæ quæſitis.

uiſsime Aloyſ. Ricci. in collect. deciſ. p. 5. collect. 1718.

AD §. VIII. & vlt.

1 In text. ibi (*elles traſpaſſarem todo o ſenhorio, & poſſe dos ditos bẽes*) Vide Bart. in l. Sicur §. Superuacuum n. 6. ff. quibus modis pignus, vel hypoth.
2 In text. ibi (*ſimulação, ou engano*) Vide Cæpol. cautel. 240.
3 In text. ibi (*mandamos que ſe não faça mays obra, &c.*) Non enim dicitur alienatum, quod non durat alienatum cap. 1. Quid iuris ſir ſi vaſſallus poſt alien. feudi id recuperet, l. Si vero pro parte §. Verſo ff. de in rem verſo, & argum. l. Milites agrum §. 1. ff. de re milit. cum traditis per Mench. controuerſ. illuſt. cap. 32. n. 3. Gam. deciſ. 243. n. 3.

Ad tit. 19. Ordin. Regiæ.

In antiq. tit. 9.

Que ninguem tome poſſe dos beneficios quando vagarem, ſem licença del Rey.

Nullus abſq; facultate Regia in beneficijs vacaturis poßeſsionẽ capiat.

VIde Felin. in cap. Eccleſia nu. 96. vbi Deci. n. 48. de Cõſtit. Alexand. in l. 1. n. 78. ff. de acquir. poſſeſſ. Iaſ. in l. 3. num 41. ff. eod. Panorm. conſ. 83. lib. 1. Alexand. ad Bart. in l. Cunctos populos num. 29. Cod. de Summa Trinit. Ozaſc. deciſ. 30. num. 15. Theſaur. deciſ. 131. & 206. num. 6. Ioſeph. de Seſſe de Inhibit. cap. 8. §. 1. à num. 28. cum ſeqq. Valaſc. conſ. 191. num. 15. & 23. cum ſeqq. Cabed. p. 1. deciſ. 172. & p. 2. Areſto 54.

Ad Princip. Ordin. Regiæ.

1 In text. ibi (*mas requererão ao Corregedor da Comarca*) Et ita ſcribæ ſeculares poſſunt poſſeſsionem dare ex Cabed. p. 2. Areſto 54.
2 Nota quod quando periculum ſubeſſe ne partes venirent ad arma, vel iam arma ſumpſiſſent, diſceptantes ſuper poſſeſsione rei beneficialis, iudex ſecularis poſſeſſorij iudicij competens eſt. Ita Anton. de Petra in tract. de poteſtate Principis cap. 6. ſub nu. 90. verſ. Niſi priorem opinionem ſuſtineamus, quem refert, & ſequitur Bernard. Græuæ. ad Pract. Cameræ Imper. lib. 1. concl. 37. conſid. 6. n. 9.
3 In text. ibi (*ou outro qualquer beneficio eccleſiaſtico*) Deciſio huius text. cum ſit fauorabilis, & ad pacem, & quietem Reipub. inſtituta, licet loquatur in Eccleſijs, monaſterijs, aut beneficijs Eccleſiaſticis debet extenſionem recipere ex identitate rationis, vt ſic etiam habeat locum in capellis temporalibus, & maioratibus, ita Valaſc. conſ. 191. á n. 15. & num. 33. afferit quod quando nemo prius occupauit poſſeſsionem, ſed vterque properat ad occupandum, ne ad arma, & rixas veniant ſequeſtrantur fructus.

Ad tit. 20. Ordin. Regiæ.

In antiq. tit. 10.

Das ſcripturas que os eſcriuães dos vigairos, &c.

De ſcripturis ab ſcribis vicariorum faciendis.

Ad Princip. Ordinat. Regiæ.

Inſtrumẽtum confectum à notarijs eccleſiaſticis in rebus ſecularibus nõ faciũt fidẽ.

1 COncordant apud Hiſpanos l. 8. titul. 18. lib. 2. Ordin. vbi Perez, & l. 19 titul. 25. lib. 4. nouæ Recopil. vbi Azeued. Vide Iaſ. in l. Vbi pactum nu. 14. Cod. de tranſact. Oroſc. in l 1. n. 15. & 16 ff de Officio præfecti vrbis, vbi ampliat etiamſi partes conſentiant, Cou. Pract.

Pract. cap. 19. ad finem Boer. deciſ. 242. Affict. deciſ. 245. num. 2. Carol. Graſſal. lib. 1. Regal. Franciæ iure 8. in princip. Rebuff. tom. 1. ad leges Galliæ tit. de litteris obligat. art 2 gloſ. Vni. num. 37. cum ſequentibus, & in tract. quando, & in quibus caſibus iudices ſeculares poſſunt cognoſcere num. 56. Curi. Philip: p. 1. §. 17. num. 29. Valaſc. conſ. 9. Soar. de Paz in Pract. tom. 1. p. 4. cap. 1. nu. 8. Cabed. p. 2. Areſto 54. Flores Vari. lib. 1. quæſt. 1. num. 13. vbi num. 14. aſſerit non valere conſuetudinem in contrarium etiam immemorialem.

2 Apud Hiſpanos per l. 4. titul. 7. lib. 3. Recopil. conſtitutum eſt quod officiales poſiti à prælatis temporalem iuriſdictionem habentes tenentur in cauſis temporalibus leges Regni ſeruare. Fr. Emman. quæſt. Regul. tom. 2. q. 62. art. 8. verſ. Debent. Cabed. p. 2. deciſ. 11. num. 3. Et debent eſſe laici Camill. Borrell. de Regis Catholici præſt. cap. 71. à nu. 73. & nouiſsime in Sum. deciſ. titul. 41. num. 111.

3 In text. ibi (*nãofação eſcripturas de prezos*) Intellige in cõtractibus factis in forma iudicij volũtarij, ſecùs ſi in forma iudicij contẽtioſi, hoc eſt quãdo per ſententiã contractus emphyteutici iudicãtur ritè, & rectè facti vt paſsim fit, quia tunc valebunt coram Prouiſore ſcribente notario facti, argum. text. in cap. vlr. de Except. lib. 6. iunctis traditis per Valaſc. conſ. 48. n. 9. & conſ. 65. n. 1. cum ſeqq. & hoc iure vtimur, & decretum quod interponitur in iſtis cõtractibus emphyteuticis habetur pro ſententia.

4 Mandatum procuratorium non valet factum per Notarium Apoſtolicum, niſi in terris imperij ex Maſcard. de Probat. concl. 1005. num. 1. quod apud Gallos receptum eſſe aſſerit Rebuff. tom. 1. ad leges Galliæ tit. de litteris oblig. art. 2. gloſ. Vni. n. 40. & 41. Et apud Neapolitanos teſtatur nouiſsimè Camill. Borrell. in Summa deciſ. tit. 66. de Procurat. n. 81. & n. 328.

5 Quid in nominatione alicui facta in publico inſtrumento à Notario Apoſt. confecto? Dic extantibus tribus teſtibus, quibus probari nominatio valet, nominatum in huiuſmodi inſtrumento audiendum eſſe, dummodò denuò teſtes ipſos producat, & examinari faciat, vt per Cald. Pereira de Poteſt. elig. cap. 7. n. 17. verſ. Quod idem.

6 Quid in teſtamentis? Dic non valere in vim ſcripturæ publicæ, ſed indigere examinatione teſtium, & publicatione in forma ſolemni, ita Flores de Mena Vari. lib. 1. quæſt. 1. num. 13.

7 In text. ibi (*& fazendo algum o contrario a eſcriptura que fizer, ſerà nenhũa*) Vide Affl. ct in conſtit. Neapol. lib. 1. fol. 160. num. 22. Rip. in cap. Decernimus num. 60. de Iudic. Perez l. 8. tit. 18. lib. 2. Ordin. Azeued. l. 19. tit. 25. lib. 4. nouæ Recop. Soar. de Paz in tract. tom. 1. p. 4. cap. 1. n. 8. Cald. d. n. 17. verſ. Quod idem.

8 In text. ibi (*quando algũus dos contrahentes for leigo*) Vide Abb. in cap. Cum P. num 9. de fide inſtrum. Iaſ. in l. 1. §. Huius ſtudij nu. 8. ad finem ff. de Iuſtit. & iure. Palat. in introduct. ad Rubri. num. 21. cum ſeq. fol. 2.

9 In text. ibi (*naõ poderà por ella o leigo demandar, nem ſer demandado*) Vide Luc. de Peña in l. Diuum virum col. 2. Cod. de Decurion. lib. 10. Gregor. l. 2. verbo Legos tit. 19. part. 3.

P AD

Digitized by Google

Ad tit. 21. Ordin. Regiæ.

Que os fidalgos, & ſeus mordomos não pouzem nas Igrejas, & moſteiros, &c.

De antiquitate, & principio huius Ordin.

1 Legem hanc fruſtra membranas occupare oſtendunt antiquitatis veſtigia in archiuis huius Interamnenſis regionis monaſtetijs reperta, in quibus heroes illi familiarum illuſtrium progenitores multa è fundamentis monaſteria erexerũt, & ampliſsime dotarunt, vt vere aſſerere poſsimus nobilitatem antiquã ex hac prouincia, quæ ſub Gallecia conſtituta erat prodijſſe, hîc Syluij, Souſæ, Cunhæ, Vaſconcelli, Melli, Pereiræ, Portucarreirij, Pimentelij, Coelij, Aſeuedij, & alij ſua habent ſolaria, & qui genus ſuum ad illa dirigebant naturales nominabuntur dictorum monaſteriorum, & â Prioribus, & Abbatibus ibi conſiſtentibus alimenta percipiebant, vim ſæpè inferentes, de hac coactione plures ex Abbatibus apud Regem conqueſti ſunt, ideo pro qualitate perſonarum attributæ portiones fuerunt; extat de hoc in monaſterio Sancti Saluatoris de Caſtaneto, vulgo, de *Souto* Petri Regis epiſtolæ tranſſumptum Præſidi prouinciæ Interãnenſis miſſæ, cuius tenorem hîc apponere volui, in gratiam antiquitatis ſtudioſorum, & diuiſionẽ poſtea factam á Ioanne Lourentio Buballio vno è Regis conſiliarijs, & arcis Vlyſsiponenſis præfecto primo anno Regis Ferdinandi, quæ fuit Era 1405. & natiuitatis Chriſti Seruatoris noſtri 1367. prædicta monaſteria de Souto á domino Pelagio Guterrio á Cunha fundatum fuit, cum alijs duobus, Sancti Petri de Vilela, & Sãcti Symeonis Iunquariæ, hæc tria ſub Canonicis regularibus Ordinis Beati Auguſtini. Tenor epiſtolæ talis eſt.

2 *Dom Pedro pela graça de Deos Rey de Portugal, & do Algarue: a vòs Ioão Pirez Corregedor por mym entre Douro, & Minho, ou a qualquer que hi for Corregedor em eſſa Comarca, & a todas las outras juſtiças deſſa Comarca, que eſta carta virdes, ſaude: Sabede que Ioão Martinz Prior do Moſteiro de São Saluador de Souto, do Arcebiſpado de Braga, me emuiou dizer, que o dito ſeu moſteiro eſtá agora muy pobre, & muy damnificado por grão deſfalecimento das rendas, & das poſsiſſões que hauia, que hi recebeo, por as peſtilencias que vierão, em que morrerão grande parte dos lauradores, que eſſas poſsiſſões tinhão, & laurauão: & outro ſy, por razão das nouidades que eſte anno ſe perderão a mayor parte dellas, aſsi do pão, como do vinho, por razão das agoas que recrecerão: de guiza que eſſe moſteiro não pode ſer mantendo no temporal, & eſpiritual, nem ſe fazer hi ſeu officio Diuino como deue, pedindome por merce que mandaſſe que os naturaes do dito moſteiro não comeſſem hi por hum tempo guizado, qual minha merce foſſe: & eu ſabendo o que me pedião ora que deſtas couſas fuy certo per verdadeira informação que diſto ouue quando ora a ello fuy em eſſa Comarca, querendo fazer graça, & merce a eſſe moſteiro de São Saluador de Souto, & a eſſe Prior delle: tenho por bem, & mando, que os naturaes deſſe moſteiro, não tenhão em el, nem hajão cauſſação nenhũa, ſe a delle hauião de hauer por razão deſſas comedorias, des a data deſta minha carta antre dous annos compridos, & em eſto tempo, Deos querendo, ſe reformarão as poſsiſſões & rendas deſſe moſteiro, de maneira que eſſes fidalgos hauerão da hi em diante os ſeus direitos, & eſſe moſteiro ſerá mantendo como cumpre: porque vos mando, que*

que não conſintades a nenhum fidalgo, por poderoſo que ſeja, nem a outras peſſoas nenhũas que a hi no dito tempo façaõ mal, nem força por eſta razaõ, & ſe lha fizerem vos alcadelha logo vòs a elles, al naõ façades. Dada em Santarem, oito dias de Mayo. ElRey o mandou por Afonſo Domim ſeu vaſſallo. Bras Fernandez a fez. Era de 1402. *annos. Afonſo Domim.*

3 Ordinat. hanc præcipuè cauſa nobilium Interamnenſium prodijſſe certum eſt, quia ibi à ſuis maioribus ſunt multa fundata cœnobia ordinum Patriarcharum Auguſtini, Benedicti, & Bernardi, Dõnus Pelagius Gutterrius à Cugna tria erexit è fundamentis monaſteria pro Canonicis Regularibus ordinis Diui Auguſtini, nempè prædictum monaſterium Saluatori noſtro dicatũ in agro Vimaranenſi, quatuor ab oppido diſtans milliaribus, quod nunc eſt vnum è præſtimonijs, vulgo, commendis equitum ordinis Chriſti Domini noſtri, aliud in honorem Sãcti Symeonis Iunquariæ nomen habet in territorio Barcellenſi, tertium ſub inuocatione Sancti Petri de Villela in territorio vrbis Portucalenſis, è genere autem dicti Domni Pelagij deſcendentes vt debita ſibi iuriſpatronatus alimenta perciperent immodicis ſumptibus prædicta monaſteria vexare ſolebant.

Pro ſedandis huiuſmodi contentionibus Ferdinandus Rex in primo ſui Regnarus anno iuſsit Ioanni Laurentio Bubali, vt patronis dicti monaſterij Sancti Saluatoris ordinẽ, præſcriberet in taxandis alimonijs pro modo facultatum, & qualitate perſonarum. Alij riqui viri, & riquæ fœminæ nuncupabantur, qui erant Pererij, Cugni, & Vaſconcelli, quibus præſcripti fuerunt loco portionum, & alimoniæ quadraginti ſolidi, Alij verò Infançones dicebãtur, veluti Correæ, Reſendij, Teixeirij, & Portucarrerij, quibus præſcripti fuerunt viginti ſolidi. Alij equites, quibus quinque. Alij ſcutarij, qui haberent arma, & equum quindecim, quia patrono nobiliori ampliora alimenta præſtanda ſunt, vt reſoluit Tiraq. alios citans de Nobilit. cap. 20. num. 143. quæ ſolidorum portiones iam noſtro ſæculo ſublatæ ſunt, & cænobrarchæ, ac monachi pacificè, & ſine iurgijs Deo optimo max. famulantes ſuis redditibus liberè fruuntur. Tẽpore Alphonſi huius nominis III. Portugaliæ Regis, anno 1310. qui fuit ab orbe redempto 1272. lege lata conſtitutum fuit vt riquis hominibus, & caualerijs alimenta debita ſoluerentur cum tribus ferculis è duabus carnibus diuerſi generis paratis, in hac autem taxatione á Laurentio Bubali in pecunia ſolutio fieri iubetur, ſicut etiam ijs, qui ſunt in Regis famulitio, hodie ſoluitur, cum antea è Regum culina alimenta perciperent, ideoquè nomen libri culinæ remanſit, in quo deſcribuntur, qui in dicto famulitio verſantur, ſalatiumquè, vulgò appellatur *morodia*, ab habitatione in domo Regum deductum.

Riqui homines qui dicantur, vide latiſsimè Anton. Franciſcum do Alcaçoua Senatorem Regium, ac procuratorẽ Regiæ Coronæ in ſuo tract. adhuc non excuſſo quem ad me miſit de Maiotia in §. Riquos homẽs, Gudiel na geração dos Girões cap. 2. fol. 4. Gam. deciſ. 1. num. 25. Gardiol. en el tratado de la nobleza de Heſpaña cap. 40. Argote de Molina in libro nobilitatis Andaluziæ lib. 2. cap. 205. Matienſ. ad l. 1. gloſ. 7. per totam tit. 10. lib. 5. nouæ Recopilatior is, latiſsi-

Digitized by Google

latiſsimè Frat. Hieron. Roman. lib. 4. de Republ. gentilica cap. 16. Gutier. Pract. lib. 3 q. 16. n. 124. cum ſeqq. Garci. de Nobilit. gloſ. 18. num. 20. Bobadill. in ſua Politica lib. 2. cap. 16. nu 38. Cabed. p. 2. deciſ. 108. per roram vbi n. 1. ita aſſerit. *Ricos homẽs antigamente erão os fidalgos, de nobre geração, & de bondade, &c.* Vnde etiam non deſunt qui affirment riquos homines olim nobiliſsimos, & è gothorum Regum familia deſcendentes eſſe, quorũ nomina ſerper hoc verbo, *Rico*, finebantur, veluti Amalarico, Alarico, Segerico, Roderico, Theodorico, Henrico, &c. Vide Eduardum Nunez do Leão in ſua Chronica Regũ Portugalliæ fol. 3. verſo. Argore. de Molina lib. 1. cap. 58. pag. 49. Garc. de Nobil. gloſ. 18. num. 32.

6 Infançones qui dicantur, vide Gardiol. in tract. *de la nobleza de Heſpaña* cap. 28. Fr. Hieron. Roman. de Republ. gentilica cap. 17. Gutier. Pract lib. 3. q. 17. num. 239. cum multis ſequentibus, Bobadill. in ſua Politica lib. 2. cap. 16. num. 39. Cabed. p. 2. deciſ. 107. Inueni etiam in nobiliori Petri Comitis, qui Dioniſij filius fuit. Gondiſſaluum Mendez da Maya in contemptum ſuæ vxori dixiſſe: iliam eſſe filiam Infançonis: quæ reſpondit, patrem ſuum, non pro Infançone, ſed pro riquo homine notum eſſe, quod D. Petto de Lara. & vxori ſuæ Domnæ Todæ obueniſſe aſſerit Hieron. Roman. vbi ſupra, imo D. Petro de Haro tenet Argote de Molina in tract. nobilitatis Andaluſiæ lib 1. cap. 45. fol. 36 ideò maior dignitas erat riqui hominis, quàm Infançonis, quod etiam comprobat Cabed. d. deciſ. 107. n. 3.

Ad tit. 22: Ordin. Regiæ.

Que as Igrejas não ſejão tributarias por eſtarem em terra reguenga.

Ad Princip. Ordinat. Regia.

1 Nota quod Reguenguos ſunt prædia Principis, quæ nouiter quæſita à Mauris, vel barbaris alicui concesſit cum debito canone, & certa penſione præſtanda, & ideò dicũtur Reguenguos, quaſi Regia prapria bona. Ita Emman. Mendez á Daſtro in Repert. Ordin. verbo Reguengos fol. mihi 112. dicũtur etiã bona patrimonialia, vel patrimoniales fundi ſecundũ Valaſ. do Iure emph. q. 13. n. 1. verſ. Hos autem.

2 In text. ibi *(quando por foral, &c.)* Quia res affectæ aliquo onere reali antequam ad Eccleſiã perueniſſent, tenetur Eccleſia illud ſubire iuxta cap. Si tributum 11. q. 1. cap. 1. de Cenſib. Valaſc. de Iure emphyt. cap. 17. n. 7. P. Azori. Inſtit Moral. p. 1. lib. 5. cap. 13. col. 415. Cald. Pereira de Empt. cap. 8. n. 34.

Ad tit. 24 Ordin. Regiæ.

In antiq. tit. 13.

Que ſe não poſſa comprar, nem receber em penhor, prata, & ornamentos das Igrejas.

Argẽtum, & Eccleſiæ ornamenta nõ poſſunt emi, nec in pignus accipi.

Ad Princip. Ordin. Regia.

1 Vide l. Sancimus 18. Cod. de Sacroſanct. Eccleſ. P. Rebello de Obligat. Iuſtit. p. 2. lib. 16. q. Vni. de Obligat. contractus pignor. n. 4.

2 In text. ibi (*que nenhũa peſſoa compre*

compre) Nota quod non poſſunt emi, nec vendi res ſacræ, & religioſæ l. Nemo Cod. de Sacroſ. Eccleſ. l. Et liberi cum ſeq. ff. de Contrah. empt. Mozz. de contract. tract. de Empt. tit. de rebus quæ emi, vel vendi poſſunt à n. 24. Limita ſi res ſacræ vendantur, aurum, vel argentum Eccleſiæ capiatur ad captiuos redimẽdos, & careere detentos liberandos, aut propter imminens Eccleſiæ periculum. Vide Cou. lib. 2. Vari. cap. 16. n. 6. Perez l. 1. col. 12. tit. 2. lib. 1. Ordin. Mozz. vbi ſupra. Surd. conſ. 397. nu. 43. Morl. in emporio iuris Ciuilis p. 1. tit. 1. q. 16. nu. 26. D. Mart. de Iuriſdict. p. 4. cent. 1. caſu 10. n. 3.

3 In texr. ibi (*nem receba em penhor*) Vide cap. 1. de Pignorib. Mozz. de Contract. tract. de Pignorib. & hypoth. tirul. de rebus quæ pignori dari poſſunt n. 13.

Ad tit. 25. Ordin. Regiæ. *In antiq. tit. 14.*

Como ſe entenderão os priuilegios dados às Igrejas, &c.

Ad Princip. Ordinat. Regiæ.

1 Vide D. Mart. de Iuriſdict. p. 4. cent. 1. caſu 13. Flores de Mena Vari. lib. 2. q. 21. n. 207. Et de religioſorum famulis vide D. Mart. d. p. 4. caſu 111. num. 6. Fr. Emman. quæſt. Regul. tom. 2. quæſt. 67. art. 1.

2 Nota quod ſerui, qui in clericorum dominio ſunt, & alij miniſterio Eccleſiæ perpetuo addicti gaudent priuilegijs exemptionis à tributis. Vide Theſaur. deciſ. 22. n. 5. & deciſ. 116. num 12. Capic. deciſ. 12. n. 2. D. Mart. de Iuriſdict. p. 4. cent. 2. caſu 111. n. 1. Dom. Chriſtophor. de Paz in ſcholijs ad leges ſtyli l. 32. à princip. P. Soar. de defenſione Fidei contra Anglicanæ ſectæ errores lib. 4. diſp. 29. n. 12.

3 In nouiſſima iuſtitiæ reformatione §. 6. ita diſpoſitum eſt. *E por conuir aſsi à boa execução da juſtiça, hey por bem que dos priuilegios concedidos aos caualleiros do habito de São Ioão do hoſpital de Hieruſalem, neſtes Reynos, & Senhorios de Portugal gozem sòmente nas cauſas criminaes ſeus eſcrauos, & criados que viuerem com elles das portas a dentro, ou tiuerem delles ordenados de que ſe ſuſtentem.* *Nouiſſima iuſtitia reformatio.*

AD §. I.

Vide Theſaur. Pedam. deciſ. 116. n. 8. Flores Vari. lib. 1. q. 21. nu. 207. An colonus Eccleſiæ exemptæ teneatur ad decimas? Vide Gutier. Pract. lib. 4 q. 39. n. 7.

AD §. II.

Vide Surd. deciſ. 35. à n. 1. Maſcar. de Probat. concl. 755. à princip. Aloyſ. Ricci. in collect. deciſ. collect. 131. in princip. Gonzal. ad reg. 8. Cancel gloſ. 51. à num. 16. Farin. in Praxi crimin. q. 55. num 9. Cardin. Thuſc. tom. 3. lit. F. concl. 72. Ceuall. in tract. de cognitione per viam violentiæ in cauſis eccleſiaſticis p. 2. q. 50. nu. 16. Melch. Phœb. deciſ. 32. n. 12.

Ad tit. 26. Ordinat. Regiæ. *In antiq. tit. 15.*

Dos direitos reaes.

Vide cap. 1. Quæ ſint regalia, & apud Hiſpanos l. 2. tit. 1. part. 2. & l. 11. tit. 28. part. 3. Caſſan. in Catalogo gloriæ mundi p. 1. conſid. 24. *De Iuribus regalibus.*

Digitized by Google

latiſsimè Frat.Hie
4. de Republ.gen
tier.Pract.lib.3 q.
Garci.de Nobilit
Bobadill. in ſua P
16. nu 38. Cabe
totam vbi n.1. ir
antigamente erão
ração, & de bond
non deſunt qui
mines olim nob
rum Regum f
eſſe,quorū non
bo, *Rico*, fineba
co , Alarico , S
Theodorico , .
Eduardum N
Chronica R
verſo. Argote
58. pag.49. C
num.32.
6 Infanço
Gardiol.in t
paña cap.28
Republ. ge
Pract lib.3.q.
tis ſequent
litica lib.2.
p.2. deciſ.
biliori Pet
filius fuit.
da Maya
ri dixiſſe:
nis : quæ
non pro l
homine n
de Lara.&
obueniſſe
vbi ſupra,
nec Argo
bilitaris
5 ideo
minis
am co
, ñ

ciues pro Principis ſui filia monaſterium intrante dotanda non magis quam pro ea matrimonio collocanda.

AD §. V.

In text. ibi (*ou per qualquer outra maneira que neceſſario for*) Vide l. Neminem Cod. de Sacroſ. Eccleſ. vbi de angarijs, & per angarijs Flores de Mena Vari. lib. 2. q. 21. n. 62. & 65.

AD §. VI.

In text. ibi (*ou de qualquer outra ſemelhante neceſſidade*) Veluti pro iuuādo Rege contra hæreticos etiam in clericis vt per P. Henriq. in Summ. p. 2. lib. 10. cap. 15. pag. 907.

AD §. VII.

Vide cap. 1. Quæ ſint regalia verſ. Angariarum vbi Sebaſt. Næui. n. 195. cum ſeqq. Roſenth. de Feudis cap. 5. concl. 70. Menoch. conſ. 302. nu. 29. verſ. Duodecimo.

AD §. VIII.

Via publica. 1 In text. ibi (*& as eſtradas, & ruas publicas*) Vide cap. 1. Quæ ſint regalia verſ. Viæ publicæ vbi Sebaſt. Næui. à num. 8.

Flumina nauigabilia. 2 In text. ibi (*& os rios naueganeis*) Vide d. cap. 1. verſ. Flumina nauigabilia, & §. Flumina Inſt. de rerum diuiſ. D. Barboſ. in priuatis ſcholijs ad l. Quominus ff. de Fluminib. n. 6. vbi Iaſ. n. 13. Menoch. remed. 6. retin. num. 54.

3 In text. ibi (*& poſto que o vſo das eſtradas*) Vide Cabe. p. 2. deciſ. 18. n. 4.

4 In text. ibi (*commum*) Vide d. §. Flumina, & l. Fluminum 14. in principio ff. de damno infecto.

AD §. IX.

Vide cap. 1. Quæ ſint regalia verſ. Portus vbi Sebaſt. Næui. à num. 47. Petr. Gregor. Syntagm. iuris lib. 3. cap. 14. n. 7. Pereg. de Iure fiſci lib. 1. tit. 1. n. 17. Cabed. p. 2. deciſ. 46. n. 6. *Portus.*

AD §. X.

Vide l. Inſulæ 9. ff. de Iudic. Bart. in tract. de Inſula. Xuar. alleg. 17. n. 2. & conſ. 1. de Vſu maris n. 2. & 3. *Inſula.*

AD §. XI.

De Caſtellis, & fortalitijs vide Gregor. l. 1. tit. 18. part. 2. & remiſsiue Cabed. p. 2. deciſ. 17. n. 8. Et de carceribus Farin. conſil. 51. n. 2.

AD §. XII.

Vide cap. 1. Quæ ſint regalia verſ. Ripatica vbi Sebaſt. Næui. n 51. cum duobus ſeqq. Cæpol. in tract. de ſeruitut. ruſticorum præd. cap. 36. rub. de Ripa n. 11. Pereg. de Iure fiſci lib. 1. tit. 1. n. 24.

AD §. XIII.

1 Vectigalia, & gabellas ſolus Princeps non recognoſcens ſuperiorem imponit quæ vectigalia inter regalia referuntur cap. 1. Quæ ſint regalia verſ. Vectigalia vbi Sebaſtian. Næui. à num. 54. Boſſi. in Pract. titul. Vectigalia qui poſsint imponere, & in tit. de Principe num. 95. Menoch. conſ. 302. n. 27. verſ. Quinto Menc. Illuſtri. lib. 2. cap. 8. n. 1. Salon in 2. 2. D. Thomæ tom. 1. q. de Vectigalib. art. 3. controuerſ. 1. P. Molin. de Iuſtit. tract. 2. diſput. 666. Cardin. Thuſc. lit. G. concl. 1. n. 7. & *Vectigalia, & gabellas imponere.*

P 4 lit. V.

ſid.24. Valaſc. de Iure emphyt.q.8. num.32.Cabed.p.2. deciſ.42. & 81. Menoch.conſ.302.á n.26.

Ad Princip. Ordin. Regia.

Capitaneos, & duces belli creare. Vide Pereg. de Iure fiſci lib. 1. tit.1.§ 14.Cabed.p.2.deciſ.43.n.3.& vide deciſ.87. Sebaſt.Næui. ad lib. 2. feudorum tit.56. nu.302. & ſeq. pag.417.

AD §. I.

Magiſtratus creare. Vide Auth.de defenſoribus ciuit. §. Nos igitur collat.3. Auth. Vt iudices ſine quoquo ſuffragio §.Illud videlicet collat.2.l.1. §.Cum vrbem ff.de officio præfecti vrbis. Auil.ad cap.1.Prætor. Auend. de Exequendis mand. p.1.cap.1 n.1. poſt Caſſan. Cou.& Auil. Cabed. p. 2. deciſ.43. Menoch.conſ.302.nu. 29. verſ.Decimo quinto.

In text.ibi (*para fazer*) Vel diminuere,aut extinguere ex Azeued.ad l.11.n.6.tit.3.lib.7.nouæ Recop.

2 In text.ibi (*ſaluo ſe o priuilegio for encorporado em direito*) Collige quod clauſula generalis(non obſtāte quocunque priuilegio)non cenſetur relata ad priuilegia in iuris corpore clauſa. Pinel.l.2. Cod. de Reſcind. vend.p.3.cap.1.n.15. Menoch.lib.6. de Præſumpt.q.40. nu.25. Fr.Emman.quæſt.Regul.tom.1. q.9. art.3. verſ.Secundò dico. Gonzal. ad reg. 8. Cancel.gloſ.36.à nu 34. Baptiſta Coſt.de facti ſcientia, & ignor. inſpect.5.à n 5. P.Soar.de legibus lib.8. cap.14.n.8. D.Mart de Clauſul.p.1. clauſ.77.n.2. Cabed. p.2. deciſ 94. n.1.cum ſeqq. D.Barboſ.in l.1.p.1. à n.9.& 1 .ff.Soluto matr.& in l.2. §. Legatis nu.117 ff.de Iudic.plures ex antiquioribus refert Cened p.3 collect.14.n.4.

AD §. III.

1 In text.ibi (*por cauſa de algum negocio*) Vide Auend. de las excepciones n.14.verſ.11.caſus.

2 Iudex qui mandauit executioni ſententiam contra fideiuſſorem, & illum compulit ad ſoluendum, erit iudex competens ad faciēdam executionem in fauorem fideiuſſoris, contra reum, pro quo ipſe fideiuſſit, licet aliàs non eſſe competens iudex ipſius rei. Ita Xuar.in declar.legum Regni tit. de los emplazamentos §. Sed pone n.23.

A D

Digitized by Google

AD §. IIII.

1 Deſumitur ex l. Diffamari 5. Cod. de ingenuis, & manum. Concordat apud Hiſpanos l. pen. titul. 2. part. 3. vbi gloſ. 2. & l. 5. titul. 16. part. 3. Vide Cou. lib. 1. Vari. cap. 18. Marant. de Ordine iudic. p. 4. diſt. 21. pag. 214. Gom. tom. 3. cap. 1. nu. 17. ad finem Menoch. conſ. 366. à n. 1. Afflict. deciſ. 164. Ioſeph. Ludou. tom. 3. Commun. Opin. titul. de Probat. concl. Vni. verſ. Infertur 148. Garc. de Nobilit. gloſ. 47. nu. 9. cum ſeqq. Aloyſ. Ricci. in collect. deciſ. p. 1. deciſ. 69. Soar. de Paz in Praxi tom. 3. cap. 9. §. 1. Gam. deciſ. 202. Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap. 85. Valaſc. conſ. 184. à n. 3. latè Alexand. Trentaſinq. Vari reſolut. lib. 1. tit. de Diffamat. reſolut. 1. á pag. 197.

2 In text. ibi (*toda a peſſoa*) Excommunicatus maiori excommunicatione agens non habet beneficium d. l. diffamari. Ita Cæſar. Contard. in repet. d. l. diffamari cap. 3. nu. 130. verſ. Exiſtimo tamen. Boer. Burdeg. deciſ. 255. ſub n. 7. verſ. Sex non habet locum. Anton. Gabri. lib. 2. Sentent. tit. de Action. concl. 6. n. 25. Alexand. Trentaſinq. d. reſolut. 1. à num. 8 Pereg. de Iure fiſci lib. 3. tit. 11. num. 12. & num. 13. ampliat vt nec etiam aduerſus pariter excommunicatum agere poſſit. Aduerſus tamen excommunicatum remedium d. l. diffamari competit, ita Blarer. in rep. d. l. cap. 3. num. 8. Contard. ibid. p. 3. n. 103. Cagnol. num. 13. verſ. Sed contra ipſum excommunicatum. Excommunicatio verò excommunicatione minori remedium huius legis non denegari ſcribunt Barth. Blar. in illius repet. cap. 2. num. 26. verſ. Vbi tamen. Contard. cap. 4. limit. 82. ſub num. 82. excommunicatio verò minor ab agendo non repellit cap. fin. vbi gloſ. 3. q. 4. Surd. de Alim. tit. 8. priuil. 83. num. 7. Farin. in Praxi crim. q. 12. num. 32.

3 In text. ibi (*que tocarem ao eſtado da peſſoa*) Nota quod ſi de filiatione agatur ratione alimentorum poteſt agi remedio d. l. diffimari ita Cabed. p. 1. deciſ. 43. Et pro maioratu an detur hoc remedium? Vide Gam. deciſ. 202. n. 3. & Flores in addit. ad eund. deciſ. 6. n. 6. Valaſc. conſ. 184. num. 13.

4 In text. ibi (*pode ſer citado*) Antequàm procedatur debet conſtare ſummariè de diffamatione, vide Boer. deciſ. 255. num. 8. in med. Capic. deciſ. 205. Menoch. conſ. 366. n. 1. Ioſeph. Ludou. d. concl. Vni. de Probat. verſ. Infertur 148. Anton. Gabri. d. concl. 6. nu. 21. Blarer. in d. repet cap. 1. Alexand. Trentaſinq. d. reſolut. 1. à n. 3.

5 In text. ibi (*para vir citado ao domicillio do diffamado*) Nota quod diffamatus pro reo habetur, atquè proinde eiuſdem iudex in remedio d. l. eſt iudex competens. Ita Octau. Cacheran. Pedam. deciſ. 151. n. 3. Caual. Fiuizin. deciſ. 17. n. 14. p. 1. Cæſ. Viſill. ad Afflict. deciſ. 268. nu. 3. Muſcatel. in Praxi ciuili p. 3. gloſ. Expenſis nu. 12. Alexand. Trentaſinq. d. reſolut. 1. à n. 6. Gabri. d. concl. 6. n. 41. Folleri. ad Marant. de Ordine iudic. p. 4. diſt. 21. ſub. nu. 19. verſ. Contrariam verò opinionem. Anton. Capic. Neapol. deciſ. 18. n. 18. Ferrar. Montan. de iudic. præxcerut. lib. 3. cap. 9. verſ. Sed de eo cui diffamator. Alexand. Raudenſ. reſp. 21. n. 248. vol. 1. Ludou. Schrader. de Feudis p. 2. nonæ partis princip. ſect. 13. ſub nu. 112. verſ. Is quoquè qui propter diffamationẽ. Fului. Pacian. tract. de Probat. cap. 56.

Diffamatus pro reo habetur.

Digitized by Google

cap.56.ſub n.24.verſ.Sed in contrarium lib.1.Marcel.Cala.tract.de modo articulandi, & probandi gloſ.1. §.1.nu.113. Stephan.Gratian.d.cap. 85. n.1. Valaſc.conſ.184.nu.6.optimè D. Barboſ. in l. Si quis poſteaquàm à n.68.ff.de Iudic. vbi etiam quid ſi diffamans habeat plures iudices competentes, de qua etiam Trentaſinq. d. reſolut.1. nu.7. Præuentioni an, & quando in remedio d.l.diffamari ſit locus? Vide Decian. quem refert Bernard. Grauæ. in pract.Cameræ Imper.lib.1. concl.11.

AD §. V.

1 In text.ibi(*per reiuendicação*)Item ſi agatur interdicto turbatiuo, dato quod ſit perſonale eſt ſcriptum in rē, & ideó quoad ipſam tē iudicatur vt realis l.1. ff. de Interdictis. Vide Innocent.in cap.Ex parte n.1.de foro comp. Tiraq. de retract. lig. § 8. gloſ.5.num.9.addit.ad Bart. in l.fin. Cod.vbi in rem actio.

2 Spoliator tamen poteſt conueniri in eo loco vbi committit ſpolium ex gloſ.magna ſchol 1. ad fin. in l.2. Cod.de Interdict. Tiraq. de Retractu lig.§.8.gloſ.3.n.10.Menoch.Recup.remed.15. nu.209. & probatur per Ordin.hoc lib.titul.6.ad finem princ.ibi *ſaluo ſe elles tiuerem feito, &c.*

3 In text.ibi (*onde mays aprouuer ao actor*) Et ita electio eſt actoris, vel agere in loco vbi conuentus domicilium habet tempore iudicij moti, vel in loco vbi bona ſita ſunt. Ita Mich.Graff.tom.1.Commun.Opin. lib.3.tit.15.n.8.pag.405.

AD §. VI.

1 In text.ibi (*ſenão perante o juyz de ſeu foro*) Secùs ſi reperiatur in loco vbi res ſita eſt ex D.Barboſ.in l.Hæres abſens §. Proinde ff. de Iudic.in att.de foro rei ſitæ n.15.

2 In text.ibi(*poſto que ſeja demandado antes do anno, & dia*) Vide D. Barb. d.art.de foro rei ſitæ nu.22. ad hoc quod clericus ratione rei ſitæ debet conuenire coram iudice ſui fori ecclesiaſtici, & quod clericus conuentus per rei vendicationem coram iudice Eccleſiaſtico conueniendus eſt, etiamſi conueniatur intra annum, & diem ex quo rem illam poſsidere cæpit.

AD §. VII. & vlt.

1 Deſumitur ex l. Si quis poſteaquàm vbi latiſsimè D.Barboſa ff. de Iudic.& ex cap. Propoſuiſti pen. de foro comp. Concordat apud Hiſpanos l.12.tit.7.part.3.

2 In text.ibi(*depoys de ſer citado*)Intellige per citationem validam Azeued.l.10.n.51.titul.13.lib.8.nouæ Recopil. Maſcard. de Probat. concl. 1226. nu.17. Mench.frequent. cap. 24. n.8. Flamin. de Reſignat.lib.2. q.3.n.46. P. Sanch.de Matrim.lib.8. diſp.8. num.16. Farin. in Praxi crimin.q.7.num.61. Cabed.p.1.deciſ. 142. à num.4.& p.2.deciſ.15 nu.13. D.Barboſ.in d.l.Si quis poſteaquàm num. 60. & 23. Stephan. Gratian. Diſcept.Forenſ cap.156.num.9. vbi etiam reſoluit ſufficere notitiam citationis, quam citatus habuerit, vt inducatur præuentio. Per ſolam enim citationem inducitur præuentio ex Ludou. Schrad. de Feudis p. 10. ſect.1.n.203. verſ. Et præocupatio, ſiue præuentio. Nicol. Reuſ. deciſ.18.num.fin.& deciſ.22. nu.30. lib.4. Maſcard. de Probat. concl. 1226. num. 6. Stephan. Gratian. cap.389.n.12.cum ſeqq.

AD

Digitized by Google

In antiq. tit. 11.

Ad tit. 12. Ordin. Regiæ.

Dos priuilegiados a que ſaõ dados certos juyzes, &c.

AD §. I.

Vidua quando non dicatur viuere caſtè?

1 IN text. ibi (*na viuua que honeſtamente viue*) Caſtè, & honeſtè viuere non dicitur vidua, quæ ſponde patitur virorum amplexus, & turpiter conuerſatur, etſi ſtuprari non patiatur, quia etiam ſine ſtupro inhoneſtè viuere dicitur, & probata in genere mala virorum conuerſatione dicitur probata inhoneſtas reſoluit Galganet. de condit. & demonſtrat. p. 1. cap. 11 n. 25.

2 In text. ibi (*& bem aſſi queremos que o eſtudante*) Nota quod nemo rectè ſcholaris dici poteſt, niſi nomen ipſius ab vniuerſitatis ſecretario matriculæ adſcriptum ſit, de quo Gilchen. in Auth. habita nu. 7. Cod. Ne filius pro patre vbi Donell. n. 6. Menoch. de Præſumpt. lib. 2. q. 78. n. 3. Maſcard. de Probat. concl. 128. n. 14.

3 Amplia ad nuntios, & familiares ſcholaſticorum per Auth. habita ibi, tàm ipſi, quám eorum nuntij, Cod. Ne filius pro patre, & ſtatutum Conimbric. Vniuerſitatis lib. 3. tit. 76. in princ. ibi *lentes, eſtudantes, officiaes, & ſeus criados, & ſeruidores, & familiares,* vide Gilchen. in d. Auth. habita nu. 28. Rebuff. de priuilegijs ſcholaſt. priuil. 166. à nu. 279. D. Mart. de Iuriſdict. p. 4 cent. 1. caſu 111. num. 14. Dom. Chriſtoph. de Paz in ſcholijs ad leges ſtyli l. 32. n. 9. & 13.

4 In text. ibi (*que continuadamente eſtuda*) Vide D. Barboſ. in l. 1. p. 7. n. 62 ff. Soluto matrim.

5 In text. ibi (*não ſejà conſtrangido*) Poteſt tamen, ſi velit, reſpondere coram ordinario. D. Barboſ. in l. 1. art. 4. n. 140. ff. de Iudic.

6 In text. ibi (*perante o ſeu conſeruador*) De conſeruatore noſtræ Conimbricenſis Academiæ agit Statutum lib. 2. titul. 27. & P. Molin. de Iuſtit. tom. 6. tract. 5. diſp. 29. n. 7. vbi etiam aliqua adducit de iudice ſcholarum vniuerſitatis Salmanticenſis, qui magiſter ſcholarum vocatur, de quo etiam Perez l. 1. titul. 7. lib. 1. Ordin: verſ. Quæri poteſt. Gutier. Practic. lib. 3. q. 9. n. 3. & 15.

Ad tit. 13. Ordin. Regiæ.

In antiq. tit. 12.

Se o dia em que he aſſinado, ou acabado o termo, ſerà nelle contado.

Ad Princip. Ordinat. Regiæ.

Dies termini non computatur in termino.

1 VIde Felin. in cap. 1. de Præſcript. nu. 4. vbi addit. lit. A. Abb. in cap. Super eo nu. 2. de Appellat. vbi addit. lit. B. & n. 16. vbi Deci. n. 17. Mynſing. cent. 5. obſeruat. 15. Tiraq. de Retract. lig. §. 1. gloſ. 11. à nu. 18. cum ſeqq. Vanti. de Nullit. tit. ex defectu iuriſd. Ordin. n. 160. Perez l. 2. titul. 2. lib. 3. Ordin. pag. 494. & l. 22. verſ Sed eſt dubiũ in med. tit. 2. lib. 7 pag. 408. Alexan. Trentaſinq. Vari. lib. 2. tit. de Dilat. reſolut. 1. Parlad. lib. 2. rerum quotid. cap. fin. p. 5. §. 10. à n. 3. Curi. Philip. p. 1. §. 16. n. 7. Fichard. tom. 2. Communium Opin. lib. 7. tit. 14. nu. 131. pag. 274. Vezin. tit. 22. n. 30. pag. 319. Azeued. ad Curiam Piſanam lib. 4. cap. 6. n 58. Flam. de Reſign. lib. 12. q. 8. n. 8. Steph. Grat. Diſcept. Foreſ. cap. 161. á princ. & cap. 413. n 18. Farin deciſ. Rotæ nouiſſ. deciſ. 333. n. 2. cum ſeqq. Cardoſ. in Praxi iudicum verbo Dies n. 5. & 6.

2 In text.ibi (*o mez ſe entenderà de trinta dias*) Vide Menoch.de Arbitr. caſu 50. Alex.Trentaſinq. Vari. lib. 2. tit.de Dilation.reſol.2.n.4. Cald. Pereira de Empt.cap.4.num.21. P. Sanch.de Matrim.lib.2.diſp.24.nu. 20. vbi à n.17.quærit an ſi dies biſſextus contingat in eo menſe, illi duo dies computentur pro vno.Gutier.in tract.de Gabellis q.143.nu.2. vbi à principio quærit an dies vltima menſis habentis 31.dies ſit computanda ipſo mēſe, & reſoluit quod ſic quando ſit mentio menſium.

AD §. I.

In text.ibi (*ſaluo ſe for dia feriado*) Vide Abb.in cap.fin.de ferijs nu.21. vbi addit.lit.A. Felin.in cap. quoad conſultationem num. 4. de re iud. Azeued.l.4.num.3.titul.1.lib.1. nouæ Recopil. & Didac. Perez ad leges Ordinam.ad l.1.tit.2.lib.3. pap.490. verſ.Quæro 8.

Ad tit.14. Ordinat. Regiæ. *In antiq. tit.13.*

Do actor que não appareceo no termo, &c.

Ad Princip. Ordinat. Regiæ.

1 Deſumitur ex text. in cap. 1. de dolo, & contum. lib. 6. Concordat apud Hiſpanos l.8.verſ.Y todo eſto tit.7.part.3. Vide Perez l.4.tit.2.lib.3. Ordin. pag. 498. latè Pereg. Vari. lib.1. ad cap. Conſultationibus à n.48.de officio deleg. Curi.Philip.p.1.§.12.n.17.

2 In text.ibi (*& não apparecer o que o fez citar*) Nota citationem non interrumpere præſcriptionem, ſi actor qui fecit citari non compareat, eo enim non comparente circunducitur edictum, perindeque habetur, ac ſi nulla citatio interueniſſet, reſoluunt Hippol. ſing.291. n.2. vide Steph.Grat.Diſcep.Forenſ. cap.66. n.41.Tiraq.de Retr.lig.§.8.gloſ.2. n. 8. vbi n.10.aſſerit illum expectādum non eſſe etiam paucis diebus, cum maior ſit contumacia actoris, quam Rei, de quo videas etiam Stephan. Gratian.Diſcept.Forenſ.tom.3.cap. 535. num.18.

Ad tit.15. Ordin.Regiæ. *In antiq. tit.14.*

Em que modo ſe procederà contra o Reo que for reuel, &c.

1 Contumacia eſt delictum l. Omne delictum §.Contumacia ff de re militari gloſ. in l. 1. §.fin.vbi Alex.n.17. ff.Si quis ius dic. non obtemp. Menoch. de Arbitr.caſu 153. Molin.de Primog. lib. 1. cap.28.n.10. Farin. in Praxi crim. q.18.à n.28. Bernar Græuæ in Pract. Camet. Imper. lib.1. concl.60. Bonacoſ.Commun. crimin. p.1. verbo Contumax. Nouiſsimè Camill.Borrell.in Summa deciſ.tit.46.de Contumacia nu.44. cum ſeqq. Et non dicitur quis contumax, niſi contumacia accuſetur, vt per Rebuff.tom. 3. ad leges Galliæ titul.de Contum. art.1.gloſ. Vni.n.23. Iacob.Thomin. Lipſenſi deciſ.24.n.10.& 11.Camill. Borrell.d.tit.46.n.170.vbi n.173 reſoluit cum Steph.Gratian.ruſticum contumacem à pœna contumaciæ excuſari, & n.185.quod pro cōtumacia nō imponitur vera delicti pœna.

2 Contumaciæ pœnæ tàm ante litem conteſtatam, quàm poſt commiſſæ, quæ ſint latiſsimæ eſt explicationis indagatio, quam ex antiquio- *Contumacia pœna.*

quioribus Doctoribus explicatè reaſſumpſit Franc. Viui. Neapol. deciſ. 11. 138. 273. & 252. Fului. Pacian. de Probat. lib. 1. cap. 72. Farin. d. q. 18. n. 25. cum ſeqq. Bernard. Muſcatel. in ſua Praxi Aurea ciuili p. 2. gloſ. Venienſ. & nouiſsimè Camill. Borrell. in Summa deciſ. tit. 46. de Contumacia.

3 Contumax non videtur in iudicem conſentire, nec iuriſdictionem prorogare ex l. Si quis ex conſenſu Cod de Epiſcop. audi. vbi Bart. & Bald. Muſcatel. d. Praxi gloſ. Gradũ n. 15. p. 2. vbi aſſerit hoc non procedere in contumace, qui purgauit contumaciam, obtulitquè ſatiſdationem.

Ad Princip. Ordinat. Regiæ.

1 In text. ibi (*ſendo citado*) Intellige valide, quia contumacia non cauſatur ex citatione nulla Viui. Neapol. deciſ. 121. n. 7. Et in mora, & contumacia non dicitur qui citatus non fuit, Iacob. Thoming. Lipſenſi deciſ. 24. n. 26. Camill. Borrell. in Summa deciſ. tit. 46. de Contum. n. 178.

2 In text. ibi (*& nunca apparecer em juyzo*) Excuſatur ſi non potuit comparere ex aliqua iuſta cauſa, ſeu impedimento. Ita Farin. in Praxi crim q. 18. n. 40. & n. 43. idem aſſerit ſi fuit citatus ad comparendum in loco ſibi non tuto.

3 In text. ibi (*o actor ſeguirà ſeu feito à ſua reuelia*)) Vide Pereg. Vari. lib. 1. ad cap. Conſultationibus de officio deleg. num. 50. D. Barboſ. in l. Si quis poſteaquàm n. 196. & in l. Hæres abſens §. 1. nu. 119. cum ſequentibus ff. de Iudic.

4 In text. ibi (*& mays tres dias*) Vide Cabed. p. 1. deciſ. 40. num. 10. ad hoc quod intra tres dies curiales expectatur ſẽper pars in inſtrumẽtis,

AD §. I.

In text. ibi (*antes que a ſentença ſeja paſſada pella Chancellaria*) Intelligitur hæc Ordinatio vbi ſententia è proceſſu iam fuerit leuata, in cauſis ſcilicet, in quibus poteſt ſtatim è proceſſu leuari, vt eſt in condemnatione per aſsinationem decem dierum, vel in caſu, in quo ſtatim tranſit ſententia in rem iudicatam, vel quia locus non eſt tractui ſuſpenſiuo, vel in alijs ſimilibus. Et Ordin. infra hoc lib. tit. 79. §. 3. intelligitur in eo caſu, in quo non poteſt ſententia è proceſſu leuari ſine partis citatione ad appellandum. Ita Melch. Phœb. deciſ. 79. à n. 9.

Ad tit. 16. Ordin. Regiæ.

In antiq. tit. 81.

Dos juyzes arbitros.

De Arbitris.

1 DE arbitris eſt titulus in Iure Ciuili Cod. de receptis arbitris, & in Iure Canonico de Arbitris in Decretal. Agitur apud Hiſpanos l. 23. tit. 4. part. 3. & integros tractatus edidere Petrus Iacobus, & Bapriſta, vide Rebuff. ad leges Galliæ tom. 3. tract. de Arbitris. Marant. de Ordine iudic. p. 4. diſt. 14. Donell. Comment. iuris Ciuilis lib. 24. cap. 10. P. Molin. de Iuſtit. tract. 5. diſp. 30. per totam. Cardin. Thuſ. lit. A. concl. 448. cum ſeqq. Alexand. Trentaſinq. Vari. reſolut. lib. 2. tit. de Arbitris pag. 49.

2 Arbitri, & Arbitratores qui? Vide apud Cuiac. tom. 1. quæſt. Pauli ſuper leges 77. & 79. ff. Pro ſocio. Petr. Gregor. Syntagm. iuris lib. 47. cap. 39. n. 6. Azeued. l. 4. nu. 26. & à nu. 29. tit. 21. lib. 4. nouæ Recopil. P. Molin. d. diſp. 30. á n. 3.

Digitized by Google

Ad Princip. Ordinat. Regia.

1 In text. ibi (*pague a outra parte certa pena*) Deſumitur ex cap. Dilecti de Arbitr. ibi, obſeruent per pœnam in compromiſſo, vbi gloſ. fin. & ex cap. Per tuas 9. ibi agi poteſt ad pœnam, eod. tit.

2 An iuſta cauſa litigandi excuſet à pœna compromiſsi? Dic quod ſic ex Farin. in Praxi crimin. p. 1. titul. 2. q. 16. n. 36.

3 In text. ibi (*appellar de ſua ſentença*). Deuiat à iure communi, quo attento ab arbitramento, non conceditur appellatio l. Non diſtinguemus §. Cum quidam arbiter ff. de Arbitr. l. 1. Cod. eodem cap. A iudicibus 2. q. 6. Vide Petr. Gregor. tract. de Appellat. lib. 2. cap. 12. n. 1. P. Molin. de Iuſtit. tom. 6. tract. 5. diſp. 35. n. 4 & 5. verſ. Ad legẽ Cened. ad Decret. collect. 122. n. 3. Anton. Gab. lib. 2. ſent. titul. de Arbitris concl. 3. Alexand. Trentaſinq. Vari reſolut. lib. 2. tit. de Appellat. reſolut. 3. nouiſsimè Camill. Borrell. in Summa deciſ. tit. 63. de Compromiſſ. á n. 253.

AD §. I.

1 Deſumitur ex l. Cum antea 5. ad finem Cod. de receptis arbitris, l. fin. ibi licentiam habere Cod. de Teſtibus. cap. Præſentata 50. ibi vt vel recipiant depoſitiones eorum, &c. eod. tit. Vide Maſcard. de Probat. concl. 33. n. 12. & 22. Farin. in Praxi crimin. q. 75. n. 115. Acta iudicij ordinatoria coram arbitris facta, vt ſunt oblatio libelli, litis conteſtatio, & ſimilia coram iudice fidem non faciunt vt per Camill Borrell. de Cõpromiſſ. §. 7. gloſ. 5. n. 1. & nouiſsimè in Summa deciſ. titul. 63. de Compromiſſ. num. 402. & 403.

2 In text. ibi (*porem ſe algũa das partes allegar, &c.*) Secùs ſi coram arbitro teſtium receptorum dicta ab aduerſario acceptata ſint, quia abſquè repetitione probant ita Mynſing. ad cap. Præſentata 50. ſub n 7. verſ. Si tamen aduerſarius. Farin. d. q. 75. num. 115.

3 In text. ibi (*& ſe algũas teſtemunhas forem ja a eſte tempo mortas, &c.*) Deſumitur ex l. fin. Cod. de Teſtibus. Vide Maſcard. d. concl. 33. n. 12. Farin. d. q. 75. n. 116. Franc. Viui. Neap. deciſ. 78. n 1. Surd. deciſ. 103. Hondedæ. conſ. 17. n. 70. vol. 1. Secùs ſi parti, quæ his teſtimonijs nititur aliqua culpa quare eos viuentes non potuiſſet repeti imputari queat. Ita Vincent. de Franch. Neapol. deciſ. 345. nu. 9. verſ. Hæc tamen deciſio. Honded. vbi proximè.

4 In text. ibi (*as mandarão outra vez preguntar*) Teſtis ſuper ijſdem repetendus relatiue deponere poteſt ſi iudex relatiuam depoſitionem admittat. Ita Bart. in l. Eos n. 6 ff. ad legem Cornel. de falſis. Vide Abb. in cap. Cum in tua n. 3. de teſtib. Crot. de teſtib. nu. 375. Bernard. reg. 749. Menoch. de Arbitr. caſu 109. num. 3. cum ſeqq. Mynſing. cent. 3. obſeru. 64. Æmill. Verall. deciſ. 287. aliàs 24. p. 3. Crauet. conſ. 991. n. 41. Seraphin. Vari. Roman. deciſ. 430. ad finem p. 1. in nouiſsimis. Franc Viui. Neapol. deciſ. 400. nu. 22. Maſcard. de Probat. concl. 1368. n. 5. Vincent. Hond. conſul. 101. ſub nu. 31. verſ. Et ſaltem id iudicis arbitrio remittitur vol. 1. Farin. in Praxi crimin. q. 66. n. 39. cum ſeqq. Tiber. Decian. reſp. 128. n. 6. cum ſeqq. vol 3.

5 Teſtis in vno iudicio ſi contrariatur dicto ſuo in alio, ſtatur priori dicto ſentit Bart. in d. l. Eos num. 1. reſoluit

reſoluit Mench. Vſufrequent lib. 2. cap. 32. n. 1.

6 An teſtis in reproductione coram iudice ſuper eiſdem capitulis examinatus coram arbitro teneatur iterum iurare? Dic quod ſic prout reſoluunt Abb. in d. cap. Præſentata n. 11. & Felin. n 4. & Mynſing. nu. 9. Maſcard. concl. 33. num. 14. quamuis poſt Bellamer. & Campeg. contrarium teneat Farin. d. q. 74. n. 48.

AD §. II.

1 Vide P. Molin. de Iuſtitia tract. 5. tom. 6. diſp. 35. n. 12.

2 In text. ibi (*tal ſentença ſerà dada a execução pelos juyzes ordinarios*) Vide Marant. de Ordine iudic. p. 6. actu 3. & vlt. nu. 5. pag. 475. Perez. l. 1. verſ. Quæritur an ſententia arbitrorum tit. 14. lib. 5. Ordin. Azeued. ad l. 4. num. 94. tit. 21. lib. 4. nouæ Recopil. Ioſeph. Ludou. Peruſ. deciſ. 47. n. 2. Ceuall. Communium contra communes q. 633. n. 13.

3 Executio ſententiæ non poteſt per compromiſſum iudicibus arbitris committi ex Bart. in l. Non ex omnibus ff. de Receptis Arbitr. & ſic vidiſſe iudicatum refert Cabed. p. 1. deciſ. 210. n. vlt.

AD §. III.

Partes poterunt validè compromittere in ſuũ iudicem ordinariũ vel delegatum.

1 Deuiat á iure communi in l. Sed Etſi §. Si quis Iudex ff. de Arbitr. & cap. Infames 3. q. 7. & vide Gregor. l. 24. titul. 4. part. 3. Villalob. tom. 1. Communium Opin. lib. 2. titul. 26. n. 107. vbi Viui. n. 109. Rebuff. tom. 3. ad leges Galliæ ſub tit. de Arbitris art. 1. gloſ. 10. n 9. Blanc. de Compromiſſ. q. 2 à n. 41. Lanfranc. de Arbitr. p 2. n. 11. P. Molin. de Iuſtit. tom. 6. diſp. 39 nu. 7. D. Barboſ. in l. 1. ff. de Iudic. art. 1. nu. 244. Ludou. Rodol. quæſt. Vati. lib. 2. q. 38. num. 4. cum ſeqq. Camill. Borrell. de Compromiſſ. §. 2. gloſ. 4. nu. 49. & nouiſsimè in Summa deciſ. titul. 63. de Comprom. n. 173. cum ſeqq.

AD §. IIII.

1 In text. ibi (*em hum sò juyz arbitro*) Prudens eſt conſilium quod arbitri in diſpari numero eligantur, propter naturalem hominem ad diſſentiendum facilitatem l. Item ſi vnus §. fin. vbi gloſ. verbo Facilitatem ff. hoc tit. cap. 1. ibi aut vnus eligatur, aut 3. eod. tit. Baptiſt. de Arbitris lib. 5. cap. 4. & lib. 6. cap. 13. Blanc. de Compromiſſ. q. 1. n. 28.

AD §. V.

1 Vide P. Molin. de Iuſtit. tom. 6. tract. 5. diſput. 41. nu. 4. & diſput 43. n. 1. vbi quod arbiter non tenetur, nec cogi poteſt ferre arbitrium ſi rationabile impedimento illi ſuperueniat vt cauſam ad finem perducere non poſsit.

AD §. VI.

Compromiſſum morte vnius ex arbitris ſoluitur.

1 Deſumitur ex l. In compromiſſis, & l. Item ſi vnus §. Item ſi plures ff. de Receptis arbitris. Concordat apud Hiſpanos l. 28. tit. 4 part 3. Vide P. Molin. de Iuſtit. tom. 6. diſp. 43. n. 1. & 2. Sebaſt. Medices in tract. Mors omnia ſoluit p. 2. concl. 11. nu. 37. Lanfranc de Oriano in tract. de Arbitris §. Multis, variſquè modis q. 22. verſ. Soluitur compromiſſum. Baptiſt. Coſt. de facti ſcientia, & ignorant cent. 1. diſt. 75. n. 1. nouiſsimè Camill. Borrell. in Sum. deciſ. tit. 63. de Compromiſsit n. 312. cum ſeqq.

AD §. VII.

1 Deſumitur ex l. Si in tres 20. l. Diem proferre 32. §. Si plures ff. de receptis arbitr. cap. 1. hoc. tit. ibi aut omnium ſequantur ſententiam, aut duorum, vide Cou. Vari. lib. 1. cap. 2. num. 6. Blanc. de Compromiſſ. q. 9. num. 32. Baptiſt. de Arbitr. lib. 9. cap. 15. n. 23. P. Molin. de Iuſtit. tom. 6. tract. 5. diſp. 42. n. 4. vbi quod quando in tres fuit compromiſſum ſi duo conueniant in aliqua eadem Summa vt in decem, & alius diſſentiat condemnans videlicet in minori vt in quinquè, vel in maiori vt in quindecim, ſtatur ſententiæ illorum duorum, qui in eadem Summa conueniunt. Si veró omnes tres circa Summã diſcordent, quia vnus condemnat in quindecim, alius in decem, aut alius in quinquè, tunc quãuis duo virtute conuenire videantur, ſaltem in decem, ſtandum eſt in quinquè, quoniam omnes in eo virtute conſentiunt.

AD §. VIII. & vlt.

1 In text. ibi (*que diſcordando os dous arbitros, &c.*) Nota tamen quòd, diſcordia ceſſante, non opus eſt tertio ex Bald. in l. Item ſi vnus §. Principaliter in fine ff. de Recept. arbitris, quem ſequitur cum alijs, quos citat Surd. conſ. 433. ad finem.

2 Monachus non poteſt eſſe arbiter, niſi concurrente licencia ſuperioris, & monaſterij vtilitate cap. Monachi 16. q. 1. Blanc. de Comptom. q. 2. nu. 4. Franc. Mar. Delph. deciſ. 528. vol. 1. Æmil. Verall. deciſ. 174. num. 3. p. 1. Camill. Bortell. de Comptomiſſ. §. 2. gloſ. 4. á nu. 65. & nouiſsimè in Summa deciſ. tit. 63. de Compromiſſ. nu. 196. & n. 203. limitat in Epiſcopo facto ex monacho, P. Molin. de Iuſtit. tom. 6. diſp. 39. n. 5. Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap. 123. à n. 1. & deciſ. 64. n. 8.

3 Minor 25. annis non poteſt eſſe arbiter l. Cum lege ff. de Receptis Arbit. Item neque mutus, aut ſurdus, aut furioſus, aut ſeruus l. Pædius §. In ſeruum, & l. Sed etſi in ſeruum ff de Receptis Arbitr. nouiſsimè Camill. Borrell. in Summa deciſ. tit. 63. de Compromiſsis à n. 192. vbi n. 195. dicit quod attenditur tempus compromiſsi. Nec excommunicatus, aut mulier, niſi ratione alicuius dominij, P. Molin. de Iuſtit. tom. 6. diſp. 39. Vanti. de Nullit. titul. ex defectu Iuriſdict. nu. 61. & 62. Camill. Borrell. d. tit. 63. à n. 200. *Minor 25 annis non poteſt eſſe arbiter.*

4 Laicus verò poteſt eſſe arbiter in cauſis clericorum, ſi in ipſum inſimul cum clerico compromittatur. Vide Maſcar. de Probat. concl. 1358. nu. 60. Alexand. Monet. in tract. de Decimis cap. 8. num. 23. P. Molin. d. diſp 39. num. 10. Cott. in Memorab. verbo Compromiſſum in 2. Cald. Pereira in l. Si curatorem verbo Implorandum nu. 6. Bernard. Græuæ. ad Pract. Cameræ Imper. lib. 1. concl. 37. conſid. 2. num. 2. Bobadill. in ſua Politica lib. 2. cap. 17. n. 93. Farin. in Praxi crimin. q. 8. n. 24. verſ. Limita 2. D. Mart. de Iuriſdict. p. 4. caſu 120. à princ. Stephan. Gratian. cap. 100. n. 51. & 52. vbi reſoluit quod in cauſa commiſſa clerico, & laico ſi contingat ab eorum ſententia appellari adeundus erit iudex Eccleſiaſticus tanquam dignior, ſecús tamen dicit quoad reductionem, quæ non debet peti coram ſuperiore arbitratoris, ſed coram eo, qui iudex cauſæ fuiſſet, ſi de illa compromiſſum non eſſet factum, de quo etiam Perez l. 12.

verſ.

In antiq. tit. 82.

Ad tit. 17. Ordin. Regiæ.

Dos Arbitradores.

De Arbitratoribus DE Compromiſsis, arbitris, arbitratoribus, & laudo cōmentarios edidit Camill. Borrell. & iterum nouiſsimè in Summa omnium deciſ. tit. 63.

1 Nota quod æſtimatores debent eſſe periti in illa arte. Vide Maſcar. de Probat. concl. 721. nu. 2. & concl. 653. n. 11. Anton. Gom. tom. 2. Vari. cap. 9. nu. fin. Et non debent eſſe de illis, qui fabricati ſunt rem Maſcard. d. concl. 653. n. 12. & cōcl. 1037. n. 16.

2 Falſa cauſa vitiat laudum Menoch. conſ. 91. n. 48. & conſ 320. nu. 20. Et compromiſſum nullum non eſt compromiſſum Cald Pereira de poteſt. elig cap. 5. nu. 8. Item compromiſſum reſtrictum ad certam rē non poteſt extendi ab arbitrātore, aliàs laudum eſt nullum. Stephan. Grat. Diſcept. Forenſ. cap. 162. n. 10.

3 Citatio partis requiritur ad audiendum arbitratoris laudum. Vide Bart. in l. Si quis arbitratu n. 7. ff. de Verbor. quem citat Steph. Gratian. qui ita dicit iudicatum d. cap. 162. nu. 6. & 7. Menoch. de Arbitr. q. 17. n. 11. & conſ. 208. in diſcurſu Maſcat. de Probrat. concl. 1153. nu. 22. Marc. Anton. de Amattis Marchiæ deciſ. 58. à n. 8. cum ſeqq. Gemin. de Vſuris comment. 2. §. 5. nu. 151. Pro ſententia tamen arbitratorum præſumitur Anton. Gabri. lib. 2. titul. de Sentent. concl. 5. n. 14. Menoch. de Præſumpt. lib. 2. q. 73. n. 3.

Ad Princip. Ordin. Regiæ.

Arbitrorū diſtinctio. Vide Marant. de Ordine iudic. p. 4. diſt. 14. Viui. tom. 1. Commun. Opinion. lib. 2. tit. 26. n. 22. pag. 350. Azeued. l. 4. nu. 29. tit. 21. lib. 4. nouæ Recopil. nouiſsimè Camill. Borrell. in Summa deciſ. tit. 63. de Compromiſsis n. 162. vt dicit quod arbitrator eſt quidam amicabilis compoſitor, qui potiùs de facto, & ſine aliquo iuris ordine, quam de iure litem dirimere debet.

AD §. I.

1 In text. ibi (*ſerão juramentados)* Deſumitur ex Auth. Decernit Cod. de Receptis arbit. Vide Gemin. de Vſuris commento 2. §. 5. num. 143. & 147. Gar. de Expēſis cap. 24. n. 18.

2 In text. ibi *(onde ſaõ eſtes arbitradores eleitos, &c.*) Nota æſtimatores poſſe cogi ad ſuſcipiendum arbitriū in illis locis, in quibus eliguntur, aut deputantur à magiſtratibus, ſeu decurionibus ciuitatum, ſecùs ſi æſtimatores non ſint deputati de publico, ſed eliguntur à partibus. Vide Bart. in l. 3. §. Tameſi ff. de Arbitr. Valaſc. de Partit. cap. 9. n. 3.

3 In text. ibi (*& ſe as partes a que o arbitramento, &c.*) Vide Garſ. d. cap. 24. nu. 27. Valaſc. de Partit. cap. 9. n. 34. P. Sanch. de Matr. lib. 7. diſp. 113. n. 6.

AD §. II.

1 Vide Pinell. in l. 2. Cod. de Reſcind. vendit. p. 3. cap. 4. n. 4. Gregor. l. 10. verbo Deue llamar tit. 8. part. 5. Maſcard. de Probat. concl. 653. nu. 2. & 15. Gemin. de Vſuris commento 2. §. 5. n. 45. Garſ. de Expenſis cap. 24. n. 27. Azeued. ad l. 4. n. 13. tit. 21. lib. 4. nouæ Recopil. Valaſc. de Partit. cap. 9. num. 6. P. Molin. de Iuſtit. tom. 6. diſp. 38. n. 6.

2 In text ibi (*& ſe os ditos arbitradores*) Qui debent eſſe duo. Pinel. d. cap. 4.

d.cap.4.nu.5. Gemin. d.§.5.nu.146. Menoch.remed.5. Adipiſc.n.162.& de Arbitr.caſu 114. n.27. Maſcard. de Probat.concl.615. n.4. & concl. 1169. n.20.& concl.1304.nu.22.vbi n.23. reſoluit quod vnus ſufficiet,ſi in loco vnus tantùm peritus reperitur idem Maſcard.d.concl.1169.nu. 21. Cherian.tom.1.Commun.Opin. lib.4.tit.9.n.161.pag.496.

3 Aduerte quod laudum nullum erit ſi vltra ea, quæ in compromiſſo expreſſa fuerunt,prolatum fuerit l.Non diſtinguemus §.De officio ff. de Arbitr.cap.Peruenit ad nos eod. tit. Valebit tamen in vim pacti ſi fuerit à partibus ratificatum,& confirmatum Afflict.Neapol. deciſ.117. n.6. Surd.Mantu.deciſ.53.num.22. Hieron. Magon. Lucenſi deciſ. 48. n.17. Cæſar.Barzi.Bonon.deciſ.112. à num.10. Marc. Anton. de Amatis Marchiæ deciſ.58.n.18. Camill.Borrell. de Compromiſſ.§.2.gloſ.6.n.8.

4 In text.ibi (*que ſe acorde com hum dos principaes arbitradores*) Non enim poteſt diſcrepare ab vno illorum. Vide Valaſc. de Partit. cap.9. nu.7. cum ſeqq.

AD §. III.

Pro reductione ad arbitrium boni viri ſunt adeundi iudices, qui nominarunt æſtimatores.

1 In text.ibi (*podeſe ſocorrer aos juyzes que o mandarão fazer*) Vide Mynſing.cent.2.obſeruat.61. Batth.Blaſer.in l.Diffamari cap.4. ante nu.12. verſ.Ex quo,& notandum.Theſaur. Pedam.deciſ.14.ſub n.5. Hieron.de Martino in addit. ad Afflict. Neap. deciſ.51. Franciſc.Viui.Neapol. deciſ.380.n.2.& 3. Petr. Gregor.tract. de Appellat.lib.4.cap.10.n.4. Lancelot.de Attentatis p.2.cap.16.n.29. Surd.conſ.106.nu.1. Fachinæ. lib.8. controuerſ.iuris cap.94. verſ.Tertia eſt. Valaſc.de Partit.cap.9.num. 43. P. Molin.tom.6.diſp.38.num.7. Et procurator cum ſpeciali mandato requiritur in petenda reductione ad arbitrium boni viri vt per Magon. Lucenſi deciſ.51.n.6.& 20.quem refert Borrell. d. titul. 63. de Compr. num.320.

2 Limita primò,in compromiſſo, facto ex neceſsitate ſtatuti, quia tūc coram arbitrantis iudice reductio facienda eſt,ita Cæſ. Vrſill.ad Afflict. deciſ.51.n.3. Surd.conſ.106.n.21.

3 Et pendente reductione ad arbitrium boni viri ſi aliquid innouaretur attentata reuocabuntur Rebuff.tom.3.ad leges Galliæ titul. de Arbitris art.1. gloſ.8. n.30. Cardin. Pute.Rom.deciſ.394. lib.2. Ioſeph. Ludou. Lucenſi deciſ.27. num. 42. Hieron. Magon. deciſ.98. num.33. Maſtrillo Siciliæ deciſ.90.n.1. nouiſſimè Camill.Borrell.in Summa deciſ.tit.63.de Comprom.n.286.

AD §. IIII.

1 Vide Valaſc.de Partit.cap.9. nu. 49. cum ſeqq.ad hoc quod eo caſu partes debent nominare tertium æſtimatorem,qui iuratus concordet cum voto alterutrius ex ſecundis æſtimatoribus, atquè ita iſte tertius non poterit in tertiam opinionem deuiare.

2 In text.ibi (*& não poſſa em algum tempo ſer mays contradito,nem reuogado*) Facit totus tit.Cod.Ne liceat tertiò prouocare Abb.conſ.38.n.2.lib.4.& infinitas eſt vitanda l. Qui bona §. vlt.ff.de damno infecto l.Fideicommiſſa §.Si quis decem ff.de legatis 3. Et debet eſſe aliquis litigandi finis cap.Finem litibus de dolo, & contum. Gemin de Vſuris comment.1. §.6.nu.119. Valaſc. conſul.51.nu.49. Vnde tertij arbitratores nequaquã dandi,prout iudicatum vidi ſententia

tia iudicis huius oppidi Vimararenſis confirmata in Senatu Portucalenſi,anno Domini 1598. per D.D. Aluarum Lopez Moniz, & Georgium Cardim Froes, tenor ſententiæ talis eſt. *Viſtos eſtes autos, embargos do embargante Pero Gomez Daureu, contrariedade a elles,proua dada: moſtraſſe pelos autos appenſos, que ſendo aualiadas eſtas nouidades, viera o embargado com embargos de leſão à aualiação, pela qual razão ſe louuarão o embargante, & embargado, em ſegundos louuados, os quaes fizerão ſegunda aualiaçao, a qual conforme a direito ſe não podia arguir de leſão, nem podia hauer terceiro leuantamento com o mays dos autos: Mando que ſem embargo dos embargos ſe cumpra a aualiação embargada,&c.*

Senatus Portucal. iudicauit.

3 Vnde etiam per dicta verba Ordinat. in præſenti tolli appellationem, aut alium quemuis recurſum iuris ordinarium exiſtimat Valaſc. d.cap.9.n.50. Quamuis attento iure appellare à iudice reductionis laudi liceat prout reſoluunt Benincend. Bonon.deciſ.15.Menoch.conſ.406. n.30. Fachin.lib.8. controuerſ.cap. 96. verſ.Mihi ſententia Baldi.Lancelot.de Attent.p.2.cap.16. n.36. & 37. Blarer.in l.Diffamari cap.4. ſub nu.12. Cod. de Ingen.& manumiſ. Petr.Gregor.de Appellat.lib.2.cap. 12.num.21.

Enormiſſima læſio numquam videtur excluſa.

4 Enormiſsima tamen læſio ſub dictis verbis non comprehenditur, quæ nunquam videtur excluſa ex gloſ.in cap.1.de in integ.reſtit. lib.6. reſoluit Valaſc.d.cap.9. nu 51. Menoch.conſ.406.nu.32. Azeued. l.4. nu.132.cum ſeqq.tit.21.lib.4. nouæ Recopil. Petr. Gregor.d.lib.2. cap. 12. n.19. Accedente enim enormiſſima læſione manet dolus re ipſa probatus ex Menoch.de Præſump. lib.5.q.3.n.59. Maſcard. de Probat. concl.531.nu.27.& 28. Valaſc.conſ. 130. nu.22. Farin. in Praxi crimin. q.89.n.140. & manente dolo bonæ fidei conuenit vt dolo dante cauſam contractui ipſe contractus ſit nullus l.Et eleganter ff.de dolo notat Bart. in l.Societatem §.Arbitrorum n.24. ff. Pro ſocio P. Sanch. de Matrim. lib.1. diſp.64. n.3. Intellige ſi petatur Cald. Pereira de Reſolut.Emphyt.cap.17.n.10. In tali etiam læſione nullus conſenſus videtur præſtitutus per Deci. conſ. 32. & dolo deceptus non dicitur conſentire Flamin.de Reſignat.lib.13.q.3.nu.5. cum ſeqq. Dara ergò enormiſſa læſione, etiamſi illi fuerit renunciatũ reductio intentari poterit. Vide Menoch.de Arbitr caſu 73.n.1. Pereg. conſ.74.ſub nu.2. vol.3. Cened. ad Decretal. collect.122. nu.6. Ceuall. Commun. contra commun. q. 89. n.6.Ioſeph Ludou.Luſenſi deciſ.27. à nu.1. Franc Marc.Delphin.deciſ. 149. vol.2. Hieron. Magon. deciſ. 98. n.30. nouiſsimè Camill.Borrell. in Summa deciſ titul.63.de Compr. n.269.

AD §. V.

1 In text.ibi(*atè hum anno comprido*) Vide Pinell.in Auth. Niſi n.21.Cod. de Bonis mater. & in l.2. Cod. de Reſcind.vendit.p.2.cap.1.nu.3. Valaſc.de Partit. cap.9. nu.44. De iure tamen communi vſquè ad triginta annos reductio ad arbitrium boni viri peti poteſt, prout reſoluunt Menoch.conſc.495.num.22. & 45. Soar.recept.ſentent. lit.A. nu. 254. Viui.Neapol.deciſ.276 n.5.& deciſ. 444. n.11. Lancelot.de attent. cap. 12. limit.50.n.183. & ſeq. & cap.16. n.25.p.2. Steph.Grat March. deciſ. 197. n.14. nouiſsimè Camill.Borrel. in Sum.deciſ.tit 63.de Compr.n.310.

AD

Digitized by Google

AD §. VI.

In text.ibi*(que he aggrauado por elle,ao menos na ſexta parte)* Vide Panorm.in cap.Quintauallis nu.33. de Iureiur. Camill. Botrell. de Compr. §.8 gloſ.1.nu.3.& 4.& nouiſsimè in Summa deciſ.tit.63.à n.311.vbi n.314. dicit læſionem probandam eſſe per illum, qui in ea ſe fundat. Syluan. conſ.71.nu.2. Menoch.lib.1.de Arbitr.q.71. num.15.& 16.& caſu 73. n.3. Ludou.Rodolphin.quæſt.Vari. lib.2 q.38.num.2. Valaſc.de Partit. cap.9.nu 43.& cap.39.num.10.cum ſeqq. Et aduerte quod læſionem ſextæ partis requirit vt arbitramentum reputetur iniquum,& reductio fiat, quia loquitur de arbitratoribus á partibus electis ad dirimendas cauſas, Ordinatio tamen infra lib 4 tit: 1. §. 1. loquitur de arbitratore conuentionali á partibus electo ad rei venditæ pretium æſtimandum, ſextæ partis non meminit,aut certæ alterius, ſed vt reductio fiat ſatis eſt ſecundùm eam arbitramentum iniquè fieri. Ita nouiſsimè Benedict. Ægidi.ad l. Ex hoc iure ff.de Iuſtit. & iure cap.8.de Empt.& vend.n.45.

Ad tit.18.Ordin.Regiæ.

Das Feiras.

De Ferijs extant tituli in Codice,& Decretalibus, & apud Hiſpanos l 33.cum ſeqq.tit.2. part.3. Vide Viui.Kirchou. & alios tom 1 Communium Opinion.lib. 3. titul.16. Damhaud. in Praxi Ciuili cap.119. de Ferijs. Lanfranc. de Orian. in Praxi cap. 12. de Ferijs. Cott in Memorabil. verbo Feriæ. Cou.lib.4.Vari.cap.19. Menoch.de Arbitr.lib. 1. q. 30. Cardin. Cæſar. Baron. tom. 1. Annalium Eccleſiæ, anno Chriſti 58. pag. 629. Donell. commentar.iuris Ciuilis lib.24 cap. 7. Aloyſ.Ricci.in collect. deciſ.p.1. collect. 124. Dom. Chriſtoph do Paz in ſcholijs ad leges ſtyli l.156. à n.3. Carboſo in Praxi iudicum verbo Ferias. Et Feriæ vnde dicantur inuenies apud Fr.Manturant.ad lib. 3. Offic.Cicer. fol.162. Pat. Azori. Inſtit. Moral.p.2.lib.1. cap.27. col. mihi 112. Durand.in Rationali diuinorum lib.7.cap.1.n.11.

Ad Princip.Ordinat.Regiæ.

1 In text.ibi*(conuem a ſaber os Domingos)* Vide l. Vt in dies 2. Cod.de Ferijs P.Azori.Inſtit.Moral. p.2.lib.1. cap.2.pag.8. in.fine cum ſeqq. Die Dominica Chriſtus natus fuit P. Azori.d.p.2.lib.1.cap.11.q.20.Mũdus initium cepit á die Dominico, Parlad.lib.2.rerum quotid.cap.fin. p.5. § 4.n.7.

2 De die Natalis Domini vide Perez tit.7.lib.3 Ordinam. pag.581. P. Azori.d.lib.1.cap.10.per totum.

3 De die de feſto Pentecoſtes vide eundem Azori.d.lib.1.cap. 8.per totum pag mihi 36.cum ſeqq vbi cap. 11. de die feſto Epiphaniæ. & cap. 12. de die feſto Aſcenſionis Dominicæ,& cap 13. de die feſto Sanctiſſimæ Trinitatis, & cap.14.de die feſto Corporis Chriſti, & cap. 15. de die feſto Transfigurationis Dominicæ, & cap.16. de die feſto Inuentionis Sanctæ Crucis.

4 De feſtis Beatæ Mariæ vide eundem P.Azori. d. lib.1. cap. 17. cum multis ſeqq. P.Soar. tom.1. de Religione tract. 2. lib. 2. de diebus feſtis cap.5.cũ ſeqq. P.Sanch. in Præcepta Decalogi lib. 2.cap.43.n.9.

In

5 In text. ibi (*naõ ſerà ouuida em juyzo*) Limita in extraiudicialibus, quæ ſi facta ſint, valida ſunt, quamuis iudex, id efficiẽdo peccet. Vide Cald. Pereira de Reſolut. Emphyt. cap. 13. n. 5. Cardoſ. in Praxi iudicum verbo Feriæ n. 3. nouiſsimè Ceuall. in tract. de cognitione per viam violentiæ p. 2. q. 107. n. 4.

6 In text. ibi (*ſerà auido por nenhũ tal procedimento*) Vide P. Soar. d. lib. 2. c. 30. n. 1. Card. verbo Proceſſus n. 11.

7 Limita in actibus voluntariæ iuriſdictionis, vide Marant. de Ordine iudic. p. 4. n. 86. pag. 207. P. Azori d. lib 1. cap. 27. q. 13. Cardoſ. d. verbo Feriæ n. 5.

8 In text. ibi (*ou julgada*) Vide Stephan. Gratian. deciſ. 144. à n. 2. vbi à n. 8. nititur defendere ſententiam latam die feriato poſſe in cauſa appellationis confirmari. Limita primò, in ſententia excommunicationis, quæ ſi feratur diebus feriatis, valida erit. Ita Fr. Emman. tom. 2. quæſt. Regular. q. 59. art. 2.

9 Limita ſecundò, in executione ſententiæ criminalis in grauibus delictis. Vide Clar. lib. 5. §. fin. q. 97. n. 6. Tiraq de Pœnis temper. cauſa 49. n. 31. Sed in diebus feſtiuis non poſſe fieri huiuſmodi executionem, niſi in illius retardatione periculum ſit reſoluit Bobadil. in ſua Politica lib. 2. cap. 21. n. 212. Executionem tamen neque ex ſententia, neque ex contractu guarẽtigio fieri poſſe ex Bart. & alijs tenet Parlad. lib. 2. rerum quotid. cap. fin. p. 5. §. 4. á pincip.

10 Limita tertiò, in debitore ſuſpecto de fuga, qui etiã diebus feſtis in carcerem detruditur. Vide Soar. ad l. Poſt rem iudicatam in declarat. ad legem Regni extenſ. 4. nu. vlt. de los emplazamientos §. Sed attende n. 23. Parlad. d. §. 4. n. 9.

11 In text. ibi (*poſto que ſeja feito com expreſſo conſentimento das partes*) Deſumitur ex cap. fin. de Ferijs ibi (vt cõſentiẽtibus etiam partibus, nec proceſſus habitus teneat, nec ſententia, &c.) Vide Lanfran. de Orian in Praxi cap 12. de Ferijs n. 33. Damhaud. in Praxi Ciuili cap. 119. de Ferijs n. 18. Menoch. de Arbitr. q. 30. n. 3. Card. in Praxi iudicum verbo Feriæ n. 2.

12 Diebus feſtiuis licitum eſſe literis ſtudere, tenent Rebuff. de priuilegijs ſchol. priuil. 1. n. 13. Azeued. l. 4. n. 12. tit 1. lib. 1. nouæ Recop. Tolet. in Sum. lib. 4. cap. 24. n. 9. P. Azor, d lib. 1. cap. 27. col 113. Sayr. in Claui. Regia lib. 7. cap. 2. n. 13. Valeri. Reginal. in Praxi fori pœni. lib. 19. cap. 3. n. 37. plures ex antiquioribus refert Cened ad Decretal. collect. 142. n. 7.

13 Aduocare etiam, & conſilium præbere his diebus, præcipuè ſi vrgeat neceſsitas, vel poſtulet homo externus, qui ſtatim velit in patriam ſuam reddire, minimè redduntur ſeruilia, P. Azori. d. cap. 27. q. 3. Azeue. l. 4. n. 2. tit. 1. lib. 1 Recopil. Sayr. in Claui. Reg. lib. 7. cap. 2. n. 13. Quæſtio tamen grauis eſt: an die feſto, vel Dominico liceat ſcribere præſertim luchri, ſeu mercedis, & ſtipẽdij cauſa? P. Azori. d. cap. 27. q. 4. reſoluit quod opus ſeruile facit. cum quis locat operas ſuas ad ſcribendũ, ſiue cũ quis mercede conductus ſcribit, non tamen cũ ſcribit ſine mercede, quãuis indè lucrũ ſperet, ſed meliùs Sayr d. cap. 2 n. 14. dicit hoc nõ eſſe opus ſeruile, nec peccare mortaliter, qui in die feſto tranſcribit libros propter lucrũ, maximè quando eſſet pauper, aut ex cauſa curaret aliquid breui tempore tranſcribi.

Conſiliũ præbere diebus feſtis licitũ eſt.

AD §. I.

De Ferijs repentinis tractant,

Y Damhaud,

Damhaud.in Praxi ciuili cap.119.n. 13. Franc.Marc.Delphin.deciſ.519. p.1.vbi n.3 quod illis non licet partibus renuntiare,de quo etiàm Anton.Theſaur.Pedam.deciſ.39.n.7.

AD §. II.

Rusticalibus ferijs tacitè, & expreſſe renuntiari poteſt.

1 In text.ibi (*ſem conſentimento de ambas as partes*) Ergo rusticalibus ferijs non modo expreſſe, verum etiã tacite partes renuntiare poſſunt l.1. & l.Si feriaris ff.de Ferijs.cap.fin.in vltimis verbis eod.tit. Theſaur. Pedam.deciſ 39.n.1. Maran. de Ordin. iudic.p.4.nu.83.pag.207. Azini. in Praxi Florenrina §.3.cap.7 nu.2. P. Azori.Inſtir.Moral.p.2.lib.1.cap.27. col.117. Cald. Pereira de Reſolut. Emph.cap.17.n.10.col.5. nouiſsimè Camill.Borrell.in Sum.deciſ.tit.42. de Iudic.n.86.

2 Et diſpoſitio huius §.ampliat infra §.15.eriam ad homines, qui non habent prædia vbi panẽ,aut vinum colligant , de quo vide cap. fin. vbi nota Felin.nu.12.de Iudic.& l.ligni appellatio § lignorum ff.de legatis 3. vbi inquit Bald.quod homines, qui non colligunt,niſi caſtaneas vtũtur his ferijs. Iaſ.in l.1.nu.1.ff.de Ferijs. Montalu foro legum l.1.verbo Ni de Iulio titul.5.lib.2. Gregor.l.3. verbo Pan,& vino titul.2. part.3. Cott. in Memorabil.verbo Feriæ.

3 Fiſcus in iudicialibus præſertim in exactionibus debitorum habet priuilegium quod in eius cauſis procedatur, etiam die feriato, ex l.Publica Cod.de Ferijs Farin.fragmen. crimin.p.1.lit.F.n.202.

AD §. V.

Feriatis diebus tutor dari poteſt.

Deſumitur ex l. Nec mandante §.Dari turor ff. de turorib. & curat, Vide Paul.Mont.de tutelis, & curis cap.25.n.1.& 2. Cardoſ.in Praxi iudicum,& aduocat.verbo Feriæ n.5.

AD §. VI.

Feriatis diebus de alimentis poteſt contendi.

1 In text.ibi (*ſobre alimentos*) Vide Iaſ.in cap.Cũ hi n 9. ff.de tranſact. Lar.in l.Si quis à liberis §.Si vel parens n.3. cum ſeqq. Tiraq. de priuilegijs piæ cauſæ priuil. 156. Perez tir.1.lib 3. Ordin. pag. 453. Surd. de Alimentis tit.8.q.2.n.7.& deciſ.323. n.5. Cardoſ.iñ Praxi iud. verbo Feriæ n.5. nouiſsimè Ceuall.in tract.de Cognitione per viam violentiæ p.2. q.38.nu.8. Cald. Pereira quæſt. forenſ.lib.2.q.50.

2 Amplia primò , in expulſione domorũ,quia habitatio nomine alimentorum continetur l. Verbo victus ff.de Verborũ ſignif.Vide Lar. d. l. Si quis á liberis §. Non tantum n.24. Vnde aliquãdo reſpondimus procedere etiam in expulſione meretricium, vel inhoneſtarum mulierum è vicinia,quia hæc expelli poſſunt etiamſi domos proprias habeãt, ne inhoñeſta ſua conuerſatione bonos vicinorum mores corrumpant, aut honeſtos offendant obtutus,vel honeſtas,& fama vicinorum honeſtorum detrimentũ patiatur,de quo vide Doct.in l.2.Cod.de Sũma Trinit. Caſſan.in conſuet.Burg. rub.4. §.5.n.5. Cou.de ſponſal. p.2. cap.8. §.11.n.5.Gom.tom.3.Vari.cap.6.nu. fin.verſ. Et ex ſuperioribus,& l.62. Tauri n.3.verſ.Item adde. Menoch. de Arbitr.caſu 78.n.9. cum ſeqq. & caſu 328.n.14.& caſu 535.n.16.Vinc. de Franch.deciſ.316. Petr. Gregor. Syntag.iuris lib.10. cap.2. nu.37. & lib.4.cap. 24. num.10. Maſcard. de Probat.concl.1063.num.8. Azeued. ad l.2. nnm.32. titul.10. lib.8. nouæ Recopil. Auend. de Exequendis mand.p.2.cap.6. à princ.nouiſsimè Bene-

Digitized by Google

Benedict. Ægid. in tract. de Iure, & priuilegio honeſt. art. 9. à n. 6. Steph. Grat. Diſcept. Forenſ. cap. 135. n. 20. vbi reſoluit procedere in ſoluta, non in ea, quæ ſit nupta, & cum viro habiter, quæ quamuis ſit meretrix expelli non poteſt ob fauorem marrimonij, & n. 21. hoc declarat niſi faciat publicum quæſtum, vel habeat meritum lenonẽ, & infamem. A viciniatamen expelli non poterit illa, quæ amore capta alicuius ſui copiã facit prout reſoluunt Menoch. d. caſu 328. n. 14. quẽ refert Bened. Ægid. d. art. 9. nu. 6. in med. Farin. in Praxi crim. p. 3. q. 98. n. 86. Nota *que quando ſe queixa hum veſinho do outro, dizendo, que inquieta a viſinhança, ou com ſeu mao falar demaſiado, & eſcandeloſo, ou com ſeu mao viuer, & proceder, ſe mandão pergũtar teſtemunhas, citadas as partes a que toca, & em final, ouuidas de ſeu direito ſummariamente achando que inquietão a veſinhança, os mandão lançar fora da rua, em termo limitado de tres dias, & para hauerem de ſer compellidos a deſpejar, he neceſſario, que primeiro preceda pena, & comminação que não inquiete a veſinhãça, & não precedendo eſta pena, ſe annulão as ſentenças, & eſte he o eſtylo*, teſte Phœb. Areſto 161.

3 Amplia ſecundò, in cauſa dotis. Vide Tiraq. piæ cauſæ priuileg. 156. Viui. rom. 2. Communi. Opin. lib. 7. tit. 27. n. 6. verſ. Secundo eadem opinio. Lar. in d. §. Si vel parens num. 9. cũ ſeqq. Latè Cald. Pereira quæſt. forenſ. lib. 2. q. 50.

Ad tit. 19. Ordin. Regiæ.

In antiq. lib. 1. tit. 77.

Do regimento das audiencias.

Ad Princip. Ordin. Regiæ.

Aduocati ſedent.

Nota quod aduocati ſedent, atque eos debet iudex recipere in conſiſtorio, & auditorio, & reuerentiam cum ſalutatione deferre. Vide Caſſan. in catalog. p. 7. conſid. 3. verſ. 11. & p. 10. conſid. 40. & p. 11. conſid. 8. Greg. l. 7. tit. 6. part. 3. Steph. Grat. Diſcept Forenſ. cap. 284. n. 15. cum ſeqq. Et ſedens dicitur magis honorari, quám ſtans, ex Azeued. ad Curiam Piſanam lib. 2. cap. 2. n. 8.

AD §. I.

1 In text. ibi (*& os aduogados que primeiro forẽ às audiencias, falarão primeiro*) Non comprehendit hæc Ordinatio priuilegiatos, veluti, aduocatum Regiũ, confraternitatis Miſericordiæ, ac redẽptionis captiuorum, quia lex generalis non cõprehendit eos, qui eo caſu ſunt priuilegiati l. Vni. §. Si quæ vero Cod. de Iuſtin. Cod. cõfir. l. 3. Cod. de Silentiar. lib. 12. gloſ. in cap. Vni. verbo Cõſuetudine de Capell. monach. lib. 6. vide Tiraq. de Præſcript. gloſ. 11. pag. 124. Puteum p. 1. deciſ. 195. n. 2. cum ſeqq. Mench. Illuſtr. cap. 45. n. 2. & cap. 84. n. 24. & cap. 103. n. 5. Surd. deciſ. 323. n. 6. Et procurator Regius omnes præcedit, deinde procurator Miſericordiæ, alium captiuorum, prout iudicatum refert Phœb. Areſto 59.

2 Sedere debent ſecundùm antiquitatẽ, ita apud Hiſpanos coſtitutũ eſt per l. 25. tit. 16. lib. 2. nouæ Recop. vbi Azeued. pag. mihi 201. Quia antiquior aduocatus præfertur iuniori vt per Reb. de Nomin. q. 21. n. 2. vbi tenet quod cauẽdũ eſt à medico iuuene, quia eſt peſtis in patria. Aduocatus tamẽ Regius habet præcedere alios aduocatos. Vide Caſſ. in catalogo p. 7. conſid. 33. cũ ſeq. & in conſuet. Burg. rub. 6. §. 4 gloſ. 1. nu. 6. fol. 214. Tiraq. de Nobilit. cap. 6. n. 22. Menoch. conſ. 126. n. 20. Cabed. p. 1. deciſ. 214. n. 12.

Ad tit.20. Ordin.Regiæ.

In antiq. tit.15. & l.7. tit 1. p.3. Extrauag.

Da ordem do juyzo nos feitos ciueys.

ORdo non ſeruatus in iudicijs reddit proceſſum nullum ex Bald.conſ.275.lib.5.Menoch. conſ.301. n.39.& conſ.345. n.6. Et de Ordine vide Cott.in Memorab. verbo Ordo pag.630. Gutiet.Pract. lib.1.q.131. n.4. Cardoſ.in Praxi iudicum verbo Ordo.

Ad Princip.Ordinat.Regiæ.

In text.ibi (*tres peſſoas ſaõ per direito neceſſarias em qualquer juyzo, &c.*) Deſumitur ex cap.Forus de Verbor. ſignific. Vide Soar.de Paz in Praxi in princip annot.3.per totam, Stephan.Gratian.Diſcept.Forenſ. cap. 18. n.29. Cardoſ.in Praxi iudicum, & aduocat. verbo Iudicium num 3. nouiſsimè Mendez á Caſtro in Praxi Luſitaniæ lib.1.cap.1. n.1. Fr.Ludou.Miranda de Ordine iudiciario q.1. art.1. concl.3. & arr. 2. Camill. Borrell. de Comprom. §. 2. gloſ. 1. num.54.& nouiſsimè in Sum.deciſ. tit.42.de Iudic.num.10.

AD §. I.

1 In text.ibi (*ſe deuem concordar, & não gaſtar ſuas fazendas*) Nota quod iudex poteſt ex officio dicere partibus vt tranſiganr, & ſe componant, & debet laborare prout potuerit, ne lites protelentur, imó breuienter reſoluit Cardoſ. in Praxi iudic. verbo Iudex n.32.& 33. Brun. à Sole eod. verbo nu.24. Aduerte quod litium introductio criminum occaſionem, & alia detrimēta præbet Clem.Dudum de ſepultur. Iaſ.in l.quidā æſtimauerunt n.3. ff. Si certum petatur Tiraq.de Retract.lig.§.8.gloſ.7.à n. 20. Rebuff.in procœmio concordatæ verbo Sumptibus pag 511.& in l. Litis nomen 36. ff.de Verbor.ſignif. Cott.in Memorab.verbo Lites pag. 551. Flamin.de Reſignat.lib.11. q.1. n.29 Montan.de Tutelis cap.33. n. 255. cum ſeqq. Gonzal. ad reg. 8. Cancelar.§.7. procœm.num.12.cum ſeqq. Et litigans facile,& cõtinuus calumnioſus præſumitur vt per Rebuff.de reprobat.teſtium n.330.

6 In text.ibi (*porque pareça hauer consentido no juyz*) Comparendo poſtea coram eo, & proſequendo litem arg. cap. Gratum de Officio deleg.reſoluunt Marant. de Ordine iudic. p.6. actu 2.verſ.Recuſatio nu.75. Amat. Roder.in Pract.cap.10. nu.69. verſ. Contrariam, Stephan.Gratian.Diſcept Forenſ.cap.100.n.27.vbi n.28. limitat ſi fuit facta poteſtatio de nõ conſentiendo. Idem ſi pars ſciat procuratorem à ſe conſtitutum reſpondere, & non contradicat, quia redditur validum quidquid geſtum fuerit ex Palat. in repet.rub. §. 68. nu.25. Vnde remedium hoc contra iudicem ſuſpectum quod recuſari valeat à partibus renuntiari poteſt, vt cum Perez reſoluit Amat Roder. d.cap.10.n.69.

7 Dubitatum fuit in ſupremo Senatu, *ſe o juyz, poſto que recuſado, ou julgado de ſoſpeito, podia cometer em audiẽcia a hum aduogado os requerimentos que ſe fizerem ſobre a cauſa, em que eſtà recuſado. Iulgouſe no anno de* 1611. *que o podia fazer, porque niſſo não ſe exercitaua juriſdição*, teſte Melch.Phœb.tom.1. Areſto 11.

AD §. I.

Vide Maſcard. de Probat. concl. 956. n.6. Adde etiam quod vbi ſuſpicio eſſet iuris non indiget recuſatione, quia tunc ſententia eſt nulla, quamuis non opponatur, niſi poſt ſententiam ſecundùm Bald. in l.Eos in 1.nu.4. Cod. de Appellat. quem refert

refert Iaſ. in l. Qui iuriſdictioni n. 7. ff de Iuriſd. omnium iudic. Felin. in cap. Cum ordinem n. 13. de Reſcrip. & Abb. in cap. Cum veniſſent de Iudic. Gregor. ad l. 22. verbo *Por ſy miſmo* in med. tit. 4. part. 3.

AD §. II.

In text. ibi (*primeiro porà a recuſação*) Similis Ordin. infra hoc lib. tit. 49. §. 1. vbi dicam.

AD §. III.

Vide Gerard. lib. 1. controuerſ. forenſ. deciſ. 99. Auend. lib. 2. ad leges Prætor. cap. 23. n. 13. verſ. Tertiũ quicquid tenuerit, Bart. conſ. 105. n. 5. imò poſſe iudicem recuſari reſpectu futurarum litium per l. 1. Cod. Si quacunque præditus poteſt. In notorijs criminibus, quæ certam, & determinatam habent in iure pœnam, non poteſt iudex recuſari vt per Farin. in Praxi crim. q. 21. n. 129.

AD §. IIII.

1 In text. ibi (*declarando a cauſa, porque o entende recuſar*) Quæſtionem decidit hic legiſlator ſatis controuerſam inter Canoniſtas, & Legiſtas, & amplexus eſt illorum opinionem, quæ tenent ſuſpitionis cauſam eſſe exprimendam, obſeruat gloſ. verbo Recuſare in vlt. intellectu l. Apertiſsimi Cod. de Iudic. Specul. ſub tit. de Recuſat. §. Qualiter nu. 5. Vide tamen Rebuff tom. 3. ad leges Galliæ ſub tit. de Recuſation. art. 1. gloſ. 5. Perez l. 1. art. 5. lib. 3. Ordin. pag 565. Cardoſo in Praxi iudicum verbo Recuſatio n. 4. Lancelott. de Attent p. 2. cap. 6. nu. 24. Farin. lib. 1. conſ. 17. nu. 16. p. 4. Amat. Roder. in Practica de modo, & forma videndi, ſeu examinandi proceſſum cap. 10. n. 45. Montalu. l. 9. tit. 7. lib. 1. fori in gloſ. 1. Ceuall. commun. q. 347. Cou. Pract. cap. 25. n. 1. Nau. in cap. Cum contingat decima cauſa nullit. nu 1. Damhaud. in Praxi ciuili cap. 125. n. 19. Gail. lib. 1. obſeruat. 33. nu. 14. Fului. Pacian. de Probat. lib. 2. cap. 45. n. 89. P. Molin de Iuſtit. tom. 6. diſp. 23. nu. 2. Frat. Paulin Berti. Lucenſ. in Praxi crimin. Regul. titul. 3. cap. Vni. n. 46. Alphonſ. à Villadio. l. 22. tit. 1. lib. 2. *del fuero juzgo* gloſ. 1. á num. 1. Tiraq. de iudicio in rebus exiguis pag 47. verſ. Quid cum tractatur. Ozaſc. Pedam. deciſ. 84. n. 6. Fr. Ludou. Miranda de Ordine iudic. q. 20 art 2. concl. 5. & 6. Morl. in empotio iuris p. 1. titul. 2. in prælud. nu. 199. P. Sanch. de Matrim. lib. 7. diſp. 113. n. 8. Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap. 100. n. 11. Curi. Philip. p. 1. §. 7. n. 3.

2 Si tamen cauſa ſuſpitionis ſit manifeſta friuola iudex poteſt eam non admittere, ſed procedet in cauſa recuſatione nomine obſtante ex Abb. in cap. Cum ſpeciali in fine de Appellat. Perez l. 1. tit. 5. lib. 3. Ordin. pag. 569. Quarant. in Summa bullarij verbo Archiepiſcopi auctoritas pag. 60. Donat. à Fin. tom 1. Communium Opinion. lib. 3. tir. 1. n. 203. pag. 374. Farinac. d. conſ. 17. nu. 16. idem ſi notoriè ſit falſa ex Farin. in praxi crim. q. 21. n. 129.

3 In text. ibi (*deuelha logo intentar por palaura*) Deuiat à iure communi in gloſ. l. Appertiſsimi Cod. de Iudic. Cou. Pract. cap. 25. num. 1. Rebuff. d. tract. de Recuſat. art. 9. gloſ. 1. Azeue. l. 1. n. 12. tit. 16. lib. 4. nouæ Recopil.

4 In text. ibi (*per eſcripto*) Vide Auend. parte 2. Prætor. cap. 23. n. 12. in fine. Perez l. 1. verſ. 14. tit. 5. lib. 3. *Recuſatio in ſcriptis proponēdā*

Ordin,

Ordin.pag. 565. & pag. 568. col. 2. Fr. Ludou. Mirand de Ordine iudic. q.20.art.2.concl.3. Amat. Rodet. in Pract.cap.10.n.47. Rebuff. in tract. Except.n 179. Ruland. de Commiſſar.lib.2.cap.15.ante n.9.p.1 Soat. de Paz in Praxi tom.2.p.1.cap.6.nu.26. Azeued.d.l.1.n.3. Mendez à Castro in Praxi Luſitan.lib.2. cap.7. Curi. Philip.p.1.§.7.n.2. Cardoſ.d. verbo Recuſatio n.5. nouiſsimè Ceuall. in tract. de cognitione per viam violentiæ p.2.q.14. n.37. Et aduerte, *que primeiro que ſe venha com ſoſpeição por eſcripto, ſe ha de auerbar, & não ſe fazendo aſsi, irà o juyz por diante, & valerà ſeu procedimento: & o juyz da ſoſpeição, poſta ao julgador, pode proceder nella, poſto que o recuſem de ſoſpeito*, prout iudicatum refert Melch. Phœb. Areſto 82.

5 In text.ibi (*feita por aduogado*) Deſumitur ex l. Dominica §. 32. & aduertit Cabed.p.1.deciſ.45.num.8. Quicquid de iure teneat Azeued.d. l.1.n.3. Sufficit ſi aduocatus, cauſas ſuſpicionis, alio ſcribente, dictet, & ſubſcribat, nam paria ſunt aliquid ſcribere, vel ſcriptis per alium, ſe ſubſcribere ex reſolutis per Anton. Gabri.lib.1.Communium Opinion. tit.de Præſumpt concl.3. Cened.ad Decretal.collect.71.n fine.

6 Aduocatis maximè attendere debet, ne verba aliqua iniurioſa ponat, quæ ſi probare non poterit, tenebitur actione iniuriarum, vide Bajard.ad Clar. §. fin.q. 43. num.7. Caualcan.p.2.deciſ.28.nu.108. Farin.in Praxi crimin.p 3.q 105.n.233. cum ſeqq.pag mihi 472. Nec tenebitur iudex recuſatus deponere poſitioni criminoſæ ex Stephan.Grat. Diſcept.Forenſ.cap.100.nu.47. vbi citat Theſaur.deciſ.6.

7 In text.ibi (*& não poderà depoys nomear outras*) Si tamen minor fuerit recuſans, vel alius, qui beneficio reſtitutionis vtatur, poterit poſt teſtes nominatos, alios nominare, & producere beneficio teſtitutionis iuxta reg.l.Minor 25.annis omiſſam ff. de Minorib. cum notatis per Ozaſc. Pedam.deciſ.87.nu.3. Azeued. l.4. n.4.titul.9.lib.4.nouæ Recopil. Sed contrarium in ſupremo Senatu anno Domini 1614. dicit iudicatum Melch.Phœb.Areſto 60. *Senatus Supplicat. iudicauit.*

8 In text.ibi (*porque procedendo por eſſe meſmo feito, ſerà nenhum tudo o por elle proceſſado*) Nota quod ipſo iure proceſſus eſt nullus vbi iudex, propoſita ſuſpetione, procedit in cauſa ex Bart. & Alex. in l. Quia poterat ff.ad Trebel.Felin. in cap.Paſtoralis n.10.de except.vbi Abb.n.12. Perez l.1.tit.5.lib.3. Ordin.pag.566.Capell. Tholoſ.q.479. Pereg.Fabio nouiſſ. Roman.deciſ.295.n.1.p.3 lib.2. vol. 3. quem refert nouiſsimè Camill. Borrell.in Sum.deciſ.tit.42.num.31. Rebuff tom.1.ad leges Galliæ tit. de Sentent execut.art.3. n.1. Vanti de Nullit.tit.ex defectu iuriſ.ord.n.140. Lancelot. de Attent.p.2.cap.6. Kirchou. tom.1. Commun. Opinion. lib 3.tit.1.n.168. Azeued. ad l.1. n.8. tit.16.lib.4.nouæ Recop. Seraphin. de priuilegijs Iuram.priuil.7. nu.21. nouiſsimè Ceuall. in tract. de Cognitione per viam violentiæ p. 2. q. 14. n.3.11.& 12. Mendez à Caſtro in Praxi Luſitan. lib.2. cap.7. Amat. Roder.in Pract.cap.10. nu.54. cum ſequentibus.

9 Intellige ſi recuſans opponat de nullitate, cum quilibet actus tendēs in fauorem alicuius, intelligatur eo opponente ex reg. l. Reſcripta vbi gloſ.verbo Præbeatur, & ibi Iaſ.n 3. Cod. de Precibus Imper. Offer. cum alijs, de quibus per Stephan.Grat. Diſcept.

Digitized by Google

Diſcept. Forenſ. cap. 100. nu. 6. cum ſeqq. Inquiſitio formata, vulgo, *deuaſſa*, per iudicem ſuſpectum, aut inimicum eſt nulla, & illa annullata, interim dum alia de nouo fit carceratus, non relaxatur è carcere, quod iudicatum refert in ſupremo Senatu Melch. Phœb. deciſ. 77. à princ.

10 Illud tamen aduertendum eſt, quod ſi excipias de nullitate contra ſententiam à iudice recuſato latam non fidas in ſola nullitate ex recuſatione, niſi adiungas alia, quæ faciant ad merita cauſæ, & quæ probata conuincant te ius bonum fauore, ſententia enim iuſta, non retractatur prætextu nullitatis, niſi ſimul allegetur error, ſeu læſio, vel iuſta cauſa grauaminis, ex Bart. in l. Si expreſsim ff. de Appellat. Roman. conſ. 499. col. 5. Vant. de Nullit. p. vlt. n. 188. Afflict. deciſ. 262. num. 3. Gram. deciſ. 219. & deciſ. 237. & deciſ. 324. Parlad. lib. 2. rerum quotid. cap. fin. p. 5. §. 2. n. 17. Gonzal. ad reg. 8 Cancel. gloſ. 9. §. 1. in annot. n. 170. cum ſeqq. Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap. 16. n. 35. Valaſc. de Iure Emphyt. q. 6. nu. 14 & conſ. 65. n. 3. verſ. Memoro, & de Partit. cap. 39. n. 72. cum ſeqq & hæc eſt ſalutifera Praxis, qua vtimur, quæ videtur deſumpta ex text. in l. vlt §. vlt. ff. de eo quod metus cauſa, & faciunt quæ infra hoc lib. titul. 75. in Princip. & credo non admittendam, reſolutionem Acacij in comment. ad tit. ff. de Condit. & demonſt. ad l. 1. ibi cũ dies certus nu. 21. aſſerentis quod ſi á notorio conſtet cauſas ſuſpicionis contra iudicem per partem oppoſitas non obſtare illis non attentis, poteſt iudex primitiuus ad vlteria in cauſa procedere.

11 Dubitatum fuit, *ſe nas ſoſpeições ſe pode tirar por teſtemunha a parte per cujo mea ſe poem a ſoſpeição ao julgardor. E ſe julgou no anno de 1614. que ſy*, teſte Melch. Phœb. Areſto 87. *Senatui. Supplic. iudicauit.*

AD §. V.

1 Faciunt quæ Cou. Pract. cap. 26. num. 3. verſ. Cæterum. Vincent. de Franc. deciſ. 431. n. 1.

2 In text. ibi *(mas não per procurador)* Nota quod in alijs caſibus poteſt quis per procuratorem recuſare iudicem ex gloſ. in l. Apertiſsimi verbo Recuſare Cod. de Iudic. Debet tamen habere ſpeciale mandatum vt per Roman. conſ. 220. Azeued. l. 1. n. 5. titul. 16. lib. 4. nouæ Recopil. Ioſeph. Ludou. concl. 30. nu 7. Bernard. Græuæ. ad Pract. Cameræ Imper. lib. 1. concl. 33. conſid. 4. num. 4. Steph. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap. 100. n. 44. Amat. Roder. in Practica cap. 10. nu 54. Æmill. Verall. deciſ. 168. nu. 2. & 3. lib 1. nouiſsimè Camill. Bottell in Sum. deciſ. tit. 66. de Procurat. num. 83.

AD §. VI.

Concordat apud Hiſpanos l. 4. tit. 10. lib. 2. nouæ Recopil. Vide latè Valaſc. conſult. 115. per totam. Cou. Pract cap. 26. n. 2. & nu. 3. verſ. Cæterum. Steph. Gratian. Diſcep. Forenſ. cap 100. n. 32.

2 Dubitatum fuit, *ſe eſtando as partes louuadas em juyz, por ſer ſoſpetto o que conhecia da cauſa, ſe vindo depoys outro ſem ſoſpeita, ſe ſe auia de tirar a cauſa do juyz louuado.* Iudicatum fuit, quód non Portucal. Senatu anno Domini 1598. Iudic. D. D. Aluaro Vello, & Antonio Gomez Rodauallo.

3 In text. ibi *(para annular o deſembargo, ou ſentença)* Quamuis iudex ſi mortuus ex Cabed. p 1. deciſ. 45. n. 7.

AD

AD §. VII.

1 In text.ibi (*for julgado de ſoſpeito*) Si tamen prætor aliquis ad aliquem caſum criminalem datus à Rege tanquàm ſuſpectus recuſetur loco illius, ſolus Rex alium ſubſtituere poteſt,& ſi contingat ab illo grauamẽ interponi debet pertinere ad Senatores grauaminum, non ad prætotem criminalem, ita conſtitutum fuit Portucalenſi Senatu die 12. Iulij anno Domini 1584. lib. 3. Sphæræ fol. 209.

Senatus Portucal. ſtatus.

AD §. VIII.

1 In text.ibi (*ſem receber appellação, nem aggrauo*) Procedit in iſtis arbitris aſſumptis, in alijs autem iudicibus, ſecùs ex Cabed.p.1 deciſ.207. nu.2. vbi dicit quod poterit à ſententia ſupplicari, ab interlocutorijs tamen latis,in diſcurſu proceſſus,per iudicem ſuſpicionum, poreſt aggrauari ad ſuperiorem vt per Ozalc. deciſ. 25. n.14. Surd.deciſ.27.n 10.

2 In text.ibi (*ſaluo quando julgarem que algum juyz he ſoſpeito,&c.*) Aduerte quod á iudice ſuſpecto non poteſt recedi per appellationem, ratio eſt quia immediata cauſa appellandi eſt ipſum grauamen vt in cap.Vt debitus,& in cap. dilecto de appellat. Sed hic,qui non eſt mihi ſuſpectus,me non grauat,debeo ergó eum recuſare,& ſi recuſationem non acceptat,poſſunt ab eo appellare,quia grauat me, non recipiendo recuſationem legitimam, vt in cap.Super quæſtionum in fine de Officio deleg. Vide Bernard.Græuæ ad Pract. Cameræ Imper.lib.2.concl.33.n.4.

3 In text.ibi (*poderà tirar inſtrumento daggrauo*) Nota quod iudex per ſententiam ſuperioris remotus,tanquam ſuſpectus vni partium poteſt ab huiuſmodi declaratione aggrauare. Ita Surd.conſ.271.n.20. Lancelot.de Attent. recuſat. pendente p. 2.cap.6.nu 54. quos refert,& ſequitur Stephan. Gratian. Diſcept.Forenſ.cap.100.n.48.

4 In text.ibi (*para o Corregedor da Comarca*) Si cauſa principalis coram iudice pupillorum tractetur,dic grauamen interponendum ad prouiſorem,ita iudicatum fuit ſententia ſupremi Senatus.

5 Aduerte quod iudex recuſatione propoſita, aut iudicata, non poteſt iudices nominare ad cauſã principalem.vt per Melch Phœb.deciſ. 90. à princ.vbi nu 20. ad hoc quod eo ipſo, quod iudex ordinarius eſt ſuſpectus, remanet etiam ſuſpectus ab eo delegatus.

AD §. II.

1 De iure etiam communi, iudex recuſatus poteſt compelli reſpondere ſuper articulis ſuſpicionum vt tenet gloſ.celebris in cap.1.de Excep. verbo Siue confeſsi, verſ. Et eſt argumentum, vide Aufrer.de Recuſat.q 9. Rebuff.tom.3.ad leges Galliæ tit.de Recuſat.art.1.gloſ.3. nu.5. Caualcan.deciſ.28. nu.109. & apud Hiſpanos idem conſtitutum eſt l.7. tit.10.lib.2 nouæ Recop.

In antiq. Extraua. que vocatur das ſuſpeições §.6.

2 Limita primò, niſi recuſaretur ob crimen,quia tunc non tenetur ſe ipſum prodere,vide Aufrer. d. q. 9. ad finem,Theſaur.deciſ.6. Curi.Philip. p.1.§.7.n.25. Morl.in Emporio iuris p.1.tit.2.n.vlt.

3 Limita ſecundò,ſi poſitiones ſuſpicionis contineant turpitudinem, quia non tenetur recuſatus illis reſpõdere gloſ.in l.Qui iuraſſe §. Si pater verbo Acquiſiti ff. de Iureiur. Padil.

Digitized by Google

Padil. in l. 2. num. 59. Cod. de Reſcind. vend. Ioan. Garci. reg. 39. numer. 11. Azeued. l. 1. nu. 1. tit. 7. lib. 4. nouæ Recop.

4 Limita tertió ſi in his ſuſpicionibus ageretur de dolo, quia non te netur deponere, ſicut nec criminoſa ex Bart. in l. 1. col. 2. verſ. Scias tamen Cod. de pœna iudicis qui male iud. Perez ad l. 2. verſ. *Por confieſſo*, tit. 4. lib. 3. Ordin.

5 In text. ibi (*& não dando dentro nelles ſeu depoimento, &c.*) Intellige cũ iuramento, quia qui nõ iurauit non videtur perfectè depoſuiſſe ex Bald. in l. 2. §. Quod obſeruari Cod. de iure iur. propter cal. & reſoluunt Bellacomb. to. 2. Commun. Opin. lib. 7. tit. 19. num. 185. pag 302. Bernard. Græuæ ad Practic. Cameræ Imper. lib. 1. concl. 80. nu. 2. qui etiam tenẽt quod vbi elapſus eſt terminus præfixus, ſicut præſens trium dierum, non admittitur purgatio moræ. Et paria ſunt non facere, aut minus ſufficienter intra tempus ſtatutum, cap. Si quis iuſto verſ. Si autem nullus iuncta gloſ. verbo Admiti de Elect lib. 6. Tirap. de Retract. lig §. 1. gloſ. 10. num. 93.

AD §. XVIII.

Vide Cabed. p. 1. decíſ. 64. nuũ. 7. quod Senatores iuramento poſſunt ſe eximere à munere iudicandi.

AD §. XIX.

In Regno Aragoniæ Iudex recuſatus poteſt cognoſcere de ſuſpicionibus alterius coniudicis ſimul recuſati in eadem cauſa, & refert deciſum Ioſeph. de Seſſe deciſ. 200. quem citat nouiſsime Aloyſ. Ricci p. 5. collectan. 1526. in fine.

In text. ibi (*logo ſeu parceiro fica ſoſpeito*) Dubium fuit an hæc Ordinatio habeat locum in duobus ædilibus conſtitutis iuxta formam Ordin. lib. 1. tit. 67. §. 13. cum ſequenti? Et videtur in illis non procedere quia Ordin. hæc loquitur in duobus iudicibus ordinarijs, iubetque recuſato vno ex his & habito pro ſuſpecto, vt alter etiã ſuſpectus remaneat, & cauſa ad iudices anni tranſacti deuoluatur, in ædilibus autem licet vnus ſit ſuſpectus non ideo alter etiam ſuſpectus manet, imo poteſt procedere ſine coædili, quia cauſæ ad ædiles ſpectantes breuiter, & ſine proceſsibus longis terminari iubentur in Ordin. d lib. 1. tit 68. § 2. Nec verba huius Ordin. conueniunt ædilibus cum de iudicibus ordinarijs tantum agat, & cui non conueniunt verba huius Ordin. nec etiam conuenire debet eius diſpoſitio ex l. 4. §. Toties ff. de Damno infecto, & l. mæuia ff. de Manumiſ. teſtam. l. Ita autem in princip. vbi Bart. ff. de Adminiſt. tutor. Gutier. conſ. 1. num. 8. & Pract. lib. 3. q. 17. num. 327. Et ſi hæc Ordin. voluiſſet vt idem ſeruaretur in ædilibus, expreſsiſſet, iuxta reg. l. Vnica §. Sin autem ad deficiẽtis Cod. de Caducis toll. cap. Ad audientiam in 2. de Decimis, ideoque vno ædili ſuſpecto bene poterit alter de cauſa cognoſcere, non obſtante diſpoſitione huius Ordin. loquentis de iudicibus ordinarijs.

AD §. XXI.

1. In text. ibi (*paſſado o qual tempo, &c.*) Illo enim finito ſententia lata ſuper ſuſpicionibus eſt nulla ex Vezin: tom. 1. Commun. Opinion. lib. 5.

Aa tit. 1.

Digitized by Google

tit.1.num.27. pag.375. Et in ſupremo Senatu anno Domini 1617. iudicatum fuit huiuſmodi 45.dies currere de momento ad momentum, teſte Phœbo Areſto 67.

Senatus Supplic. iudicauit.

2 Quid ſi culpa arbitri non fuit terminata ſuſpicio intra iſtos dies an teneatur arbiter ad intereſſe? Videtur quod ſic ex Bart.in l.fin.nu.21 ff.de Varijs & extraord.cognit. Farin.in Praxi crimin.p.3.q.111.n.538. & nu.555.

3 Quod ſi recuſans aduerſarij facti fuit impeditus? Dic illi non currere huiuſmodi tempus prout reſoluunt Caſſad.deciſ.9.de appellat. Tiraq. de Retract lig.§ 12. gloſ.2. num 1.& 2.Cald.Pereira in l. Si curatorem verbo Læſis num 19. Maſcard.de Probat. concluſ.1229. numer.89.cum ſeqq.&cõcl.1236.n.40. Sed hoc non obſtante contrarium apud nos ſeruandum eſt ex epiſtola Miſſa nomine Regis noſtri inuictiſſimi ad Cancellarium Senatus Portucalenſis anno Domini 1605. cuius tenor talis eſt. *Don Phelippe per gracia de Deos Rey de Portugal, & dos Algarues, daquem, & dalem, mar em Africa, Senhor de Guinè, &c. Faço ſaber a vos Lecenceado Luis Machado de Gouuea do meu Conſelho, Chanciller da Relação do Porto, que vi â carta que me eſcriueſtes ſobre as duuidas que tiueſtes na Rellação. E quanto a primeira ſe por alguã via pode ſer prouido nos quarenta & cinquo dias o rebuſante, que poem ſuſpeição, ainda que não eſtè por elle, ſaluo da reſtituição, que logo a ordenação declara, para a qual ſe derão quinze dias, porque gloſſando vos hũa ſentença em que danão mais tempo que a Ordenação, por ſe dizer, que não eſtiuera pello recuſado, ſe não polla parte mandarão os do aggrauo, que ſem embargo da gloſa paſſaſe a ſintença pella Chancellaria: mandei commu-nicar eſta duuida no Deſembargo do Paço, & parece, que a gloſſa que puzeſtes foy bem poſta, & conforme a ella ſe deue proceder da qui em diante, & aſsi o notificareis aos Deſembargadores, que cumprão inteiramente a Ordenação que em eſte caſo falla.*

4 Si tamen feratur ſentencia finalis intra 45. dies, & poſtea excipiatur contra ſententiam poterit de exceptionibus cognoſcere non obſtante quod lapſi ſint, prout iudicatum dicit Cabed.p.1.Areſto 21.

AD §. XXII.

1 In text.ibi (*ſe contarão do dia que a ſuſpeição for actuada*) Non â die intimatæ recuſationis, ſed â die quo á recuſante tradita fuit actuario, vel ſcribæ, vt eam in acta referre, quam tenetur recuſans offerre in proximo ſequentis iudicij die iuxta Ordin. ſupra § 4. ſi autem negligens fuerit in proſequendo ſibi imputet, quia iſta lex prorogationem termini omnino ſubſtulit per verba geminata relata tam ad iudicem recuſatum, quam ad iudicem qui de ſuſpicione cognoſcit, de iudice recuſato habetur in §.præced.verſ. *Paſſado o qual termo*, & de iudice ſuſpitionũ habetur hoc, ibi *o Iuyz que della conhecer não va por ella mais em diante, &c.*

2 In text. ibi (*& ſomente per via de reſtituição*) Ita Vincent. de Franch. deciſ. 431. quem refert Aloyſ.Ricci in collect. deciſ. collect.183. in fine Cald.Pereira in l. Si curatorẽ verbo Læſis nu.16.Valaſ.conſ.112 n.fin. In tegno tamen Caſtellæ negatur minoribus reſtitutio in materia ſuſpicionum ex l. 16. tot. 10. lib. 2. nouæ Recop. vbi Azeued.pag. mihi 171. Perez l.1.tit.5.lib.3. Ordin pag.565.

AD

AD §. XXIIII.

In text. ibi (*con embargos ao procedimento das ſuſpeições, &c.*) Illa ſunt impedimenta quæ poſſunt obijci acceptioni ſuſpicionum, quia ſcilicet illarum materia antiqua eſt, vel quia recuſans approbauit perſonã recuſati, quo caſu non poteſt allegare iudicem ſuſpectum, ſi tamen iudex proceſsit contra recuſantem, qui apparuit cauſa procedente, & ſtatim illum recuſauit, non ob id dicitur illius iuriſdictioni conſentire prout reſoluit D. Barboſ. in l. Si quis ex aliena num. 24. & 79. ff. de Iudic. & facit doctrina Bald. in l. Si quis ex conſenſu nu. 7. Cod. de Epiſcop. aud de qua Surd. deciſ. 26. nu 4. Cabed. p. 1. deciſ. 22. nu. 8.

AD §. XXVI.

Deuiat à iure communi, quo attento pôterat iudex recuſari, non obſtante quod cauſa inimicitiæ procederet culpa, & facto recuſantis, vt docent Rebuff. tom. 3. ad leges Galliæ tract. de Recuſat. art. 9. gloſ. 1. à nu. 11. Menoch. de Præſumpt. lib. 1. q. 49. num. 54.

AD §. XXVIII.

1 Deuiat etiam á iure communi quo attento huiuſmodi executores poterant recuſari ex gloſ. verbo Debuiſſet in cap. Nouit de Appellat. vbi Imol. Abb. & alij Perez ad l. 4. verſ. Dubitari tit. 8. lib. 3. Ordin. & l. 1. dub. 11. tit. 5. eod. lib. 3. pag. 567. Lancelot. de Attent. p. 2. cap. 6. n. 12. Nau. in cap. Cũ contingat cauſa 10. null. t. num. 9. de Reſcript. Flores Vati. lib 1. quæſt. 4. num. 43. Ceuall. in tract. de cognitione per viam violentiæ p. 2. q. 14. à nu. 38. Et circa iudices pattionum idem diſponit Ordin. infra lib. 4. tit. 96 § 25.

2 In text. ibi (*tem as partes outros remedios, &c.*) De quibus per Ordin. infra hoc lib. tit 76. vbi dicam, quibus remedijs ceſſantibus iudex poteſt recuſari, vt ex prædictis verbis colligitur, & ita iudicatum audiui in Senatu Suplicationis.

3 *Determinouſe, quē não procedia eſta ley quando ſua Mageſtade cometer a hum contador ou outra peſſoa que proceda executiuamente como coſtuma a mandar ſobre ſintas, ou em outras ſemelhantes materias, porque a eſte tal executor ſe pode por ſoſpeição. E eſta Ordenação ſomente tem lugar, & ſe pratica quando ſe fizer execução per ſentença*, teſte Melchi. Phœb. tom. 1. Areſto 10. *E que ao juyz dos Reſiduos que procede executiuamente nas contas dos teſtamentos, & obrigação dalma ſe não poſſa por ſoſpeição*, dicit iudicatum Melchi. Phœb. Areſto 94.

Senatus Supplic. ſtatuit.

Senatus Portucal. iudicauit.

AD §. XXIX. & vlt.

Vice Garci. de Expenſis cap. 24. num. 25. & num. 27. verſ. Quinimo. Schou de Ratiocin. cap. 8. à nu. 13. Ayora de Partit. p. 1. cap. 4. à nu. 19. Valaſc. eod. tract. cap. 9. à nu. 17.

Ad tit. 22. Ordin. Regiæ.

Das cauções em que ſoſpeições ſe porão.

Ad Princip. Ordinat. Regia.

1 In text. ibi (*ſem primeiro depoſitar cinquoento cruzados*) Non procedit in procuratore Regio prout iudicatũ refert Cabed. p. 2. deciſ. 119. nu. 27.

Digitized by Google

Senatus Supplic. iudicauit.

2 Coram Pro rege huius Regni conſtitutum fuit, *que os que ſaõ pobres, que a caſa da ſancta Miſericordia liura por ſua pobreza ſer notoria, ſem outra juſtificação, nas ſuſpeições q̃ puzeſsem não depoſitaſſem caução, nem a caſa da Miſeri cordia que corre com o liuramento dos dittos pobres*, teſte Melchi. Phœb. to. 1. Areſto 12.

AD §. I.

Senatus Supplic. ſtatuit.

Iudicatum fuit in ſupremo Senatu, *que não era obrigado o que recuſa o contador da fazẽda de ſua Mageſtade depoſitar dez cruzados de caução, ſaluo nas cauſas que a o ditto ſenhor pertence*, teſte Melchi. Phœbo to. 1. Areſto. 76.

Ad tit. 23. Ordin. Regiæ.

Das ſuſpeições poſtas aos tabelliaes. &c.

Ad Princip. Ordinat. Regiæ.

In text. ibi (*& tudo o que ſcriuão ſuſpeito tiuer eſcrito, &c.*) Nota quod acta confecta poſt recuſationem ſunt nulla, & ad recuſandum actuarium leuior cauſa ſufficit, quã in iudicibus vt per Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap. 100. num. 53. vbi nu. 58. reſoluit ſolo iuramento recuſantis probari ſuſpicionẽ actuario inrentatam, & vide Cabed. deciſ. 45. in fine p. 1.

AD §. I.

In recuſatione tabellionis ſufficit iu ramẽtum pro cauſa.

1 Vide Montalu. in repert. verbo Tabelliones Cameræ Regiæ, Gregor. l. 22. in gloſ. magna tit 4. part. 3. Azeued. l. 1. nu. 19. tit. 16 lib. 4. nouæ Recop. Auend. ad cap. 23. Prætor. nu. 13. Perez l. 1. verſ. Quarto 8. tit. 5. lib. 3. Ordin. Baptiſt. Azini. in Pract. §. 14. cap. 26. num. 1. Æmil. Verall. deciſ. 7. num. 2. lib. 1. Aldobrand. nouiſſ. Rom. deciſ. 604. nu. 1. lib. 1. vol. 1. Amat. Roderi. in pract. de modo & forma videndi ſeu examinandi proceſſum cap. 10. nu. 51. nouiſsime Camill. Borrell. in ſumma deciſ. tit. 60. num. 221.

2 In text. ibi (*faça logo paſſar o feito ao outro eſcriuão*) De ſtylo Curiæ Romanæ, & Hiſpaniæ ita fit in recuſandis notarijs. Vide Auend. de Exequendis mand. p. 2. cap. 15. num. 5. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloſ. 9 §. 1. in annot. contra nullit. nu. 100. Stephan. Gratian. Diſcep. forenſ. cap. 100. nu. 59. & 60.

AD §. VLT.

1 Hæc ordinatio in ſua ratione videtur tantum procedere in Reis, & non in actoribus, quia erga reos poteſt dari iſte exceſſus, & ratio legis eſt anima legis l. Cum pater §. Dulciſsimis de legat. 2. & quælibet diſpoſitio reſtringitur ad terminos rationis ex Surd. de Aliment. tit. 4. quæſt. 17. num 12. & deciſ. 19. num. 5. maxime, quia hæc Ordin. facta fuit in fauorem actorum contra reos, & id quod fauore alicuius introductum eſt non debet in eius odium retorqueri ex l. Quod fauore Cod. de legib. Sed in contrarium fuit quia Ordin. loquitur generaliter, & ſine diſtinctione accipienda eſt l. Non diſtinguemus 37. in princip. ff. de receptis arbitr. l. De pretio vbi gloſ. ff. de public. in rem act. Rurſus quia adhùc poſſunt dari eædem rationes, poteſt enim victor cauſam executionis protelare in vexationem executati, poteſt etiam iudex & notarius executionis modum excedere, à quo erit neceſ-

Digitized by Google

neceſſariũ victori appellare, vt alijs iuris remedijs vti ad impugnandum exceſſum.

2 In text. ibi (*porque excedendo elles o modo, &c.*) Intelligitur in terminis Ordin. hoc lib. tit. 86. §. 20. & non quando ſumuntur teſtes ſuper exceptionibus & articulis liquidationis in quo non dantur remedia d. §. 20. prout intelligendum dicit Mẽdez à Caſtro in Repert. Ordinat. verbo *Suſpeição* in princ.

Senatus Supplicat. iudicauit. 3 Et anno Domini 1616. in Senatu ſupplicationis iudicatum fuit, *que nas liquidações em que ha artigos & contrariedade ſe pode intentar ſoſpeição*, teſte Melchi. Phœb. Areſto. 12.

In antq. tit. 23. Ad tit. 24. Ordinat. Regiæ.

Que não julgue julgador algum em ſeu feito ou de ſeus parentes, &c.

Ad Princip. Ordinat. Regia.

Nullus poteſt in cauſa propria ius dicere. 1 DEſumitur ex l. Iulianus in 2. ff. de Iudic. l. Qui iuriſdictioni ff. de Iuriſd. omnium iud. l. Vni. Cod. Ne quis in ſua cauſa. Vide Gregor. l. 10. verbo Sobre, tit. 4. part. 3. & l. 5. verbo Amiguos, tit. 24. part. 4. & l. 14. verbo No deuer, tit. 14. part. 5. Marant. de Ordine iudic. p. 6. actu 2. princ. num. 32. Vanti. de Nullit. tit. ex defectu iuriſd. Ordin. nu. 93. Viui. Neapol. deciſ. 223. num. 2. & 3. Surd. conſ. 47. nu. 1. & 2. & conſ. 50. num. 9. & conſ. 193. nu. 3. & 6. Valaſ. conſ. 173. nu. 19. Cardoſ. in Praxi iudicum verbo Recuſario, num. 13.

2 Limita primò in ijs quæ ſunt iuriſdictionis voluntariæ ex Iaſ. in d. l. Qui iuriſdictioni nu. 8. verſ. Quarto. Succin. reg. 203. incip. Iudex in cauſa ſua verſ. Primo fallit. Rebuff. in tract. Nominat. q. 12. nu. 24 Trentaſinq. d. reſolut. 5. num. 16.

3 Limita ſecundò ſi conſuetudo ſit iudicandi in cauſa propria, quæ valida eſt vt per Auend. de Exequẽdis mand. p. 1. cap. 11. num. 5. Surd. conſ. 465. nu. 10. Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap. 4. num. 28. Alexand. Trentaſinq. d. reſolut. 5. nu. 22.

4 Limita tertiò in arbitratore, ſecus in arbitro, vide P. Molin. de Iuſtit. tom. 6. diſp. 39. num. 9. Alexand. Trentaſinq. Vari. lib. 2. tit. de Iudic. reſolut. 5. nu. 10.

5 Limita quartò in Epiſcopo in cauſis ſuæ eccleſiæ, vel Epiſcopatus, ſecus quando cauſa eſt perſonalis. Ita Surd. conſ. 50. Alexand. Trentaſinq. d. reſolut. 5. num. 7. poſt. Rodoan. Nauar. & Capic. Zerol. in Praxi Epiſcop. p. 1. verbo Epiſcopus verſ. 34. pag. 155. D. Mart. in votis nouiſ. deciſ. voto 57. num. 23. de Rege etiam affirmatiue, Cabedus deciſ. 76. num. 1. p. 2. & de quolibet ſuperiorem non recognoſcente Alexand. Trentaſinq. d. reſolut. 5. nu. 1. cum ſeqq.

6 Limita quintò in notorijs in quibus poteſt iudex ius ſibi dicere in cauſa propria, vide D. Barboſ. in l. Si de vi num. 143. ff. de Iudic. & Alexand. Trentaſinq. Variar. reſolut. lib. 2. tit. de Iudicijs reſolut. 5. nu. 6.

7 Limita ſextò in iniurijs iudici illatis de quibus iudex ipſe cognoſcere poteſt, & punire inferentẽ vbi probabiliter conſtar ſibi intuitu officij illatans. Vide Tiber. Decian. tract. crim. lib. 4. cap. 42. num. 1. & lib. 7. cap 38. num. 15. Franc. Viui. Neapol. deciſ. 278. num. 2. Farin. in Praxi crimin. quæſt 17. num. 46. Alexand. Raudenſ reſp. 50. nu. 81. vol. 1.

Ludou.Schrad.de fœudis p.10.ſect. 1.num.110.Martin.Monter.Aragoniæ deciſ.14. ſub nu.32. verſ. Sicuti aliàs Surd.conſ.50. num.17.& conſ. 286. n.1 4.Alexand. Trentaſinq. d. reſolut.5.à num.6.

8 In text.ibi (*Nenhum julgador conhecerá nem julgará*) Si contrarium faciat acta ſunt nulla ex Iaſ. in l.1. §.Sublata lect.2. num.11. & 12. ff ad Trebel. & in l. Patre furioſo nu.39. ff.de his qui ſunt ſui, & in l Qui iuriſdictioni num.6. ff. de iuriſd. omnium iudic. Et quando lex aliquid prohibet ſimpliciter intelligitur apponere clauſulam annullatiuam ſi contra fiat, quod per multa iura quæ citat ita reſoluit Hippol.conſ. 24.à num.27.Tiraq.in l. Si vnquam verbo Reuertatur à nu. 58. Caſſan. in conſuetud. Burgund. rub.4. §.7. in princip.num.1. vbi reſoluit quod licet lex, conſuetudo, vel ſtatutum prohibeat fieri actum vel contractum,& non procedat vltra annullando, tamen actus eſt nullus, faciunt quæ Cald. Pereira de Poteſt. nomin.cap.1.num.51.& de Reſolut. emphyt.cap.3.num 1.in fine. Sed neceſſarium eſſe vt à parte opponatur ita vt ſi non opponatur poſsit eſſe iudex in cauſa ſua & ſuotum reſoluit Trentaſinq. d. reſolut. 5. numer.25.

9 In text.ibi (*ou couſa que a elle pertença*) Procedit quando cauſa ira eſt ſua.vt in ea proprium commodum prætendat vt per D. Barboſ. in l.Si quis ex aliena num.114.ff.de Iudic.

10 In text.ibi(*dentro do quarto grao*) Dummodo non ſit æqualiter coniunctus vtrique parti ex Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap. 100. num.16. Amplia ſi ſit maxima amicitia inter eos, de quo, vide Marant. de ordine iudic.p.6.actu.2.num.71. pag. 427. Rebuff. tom. 3. ad leges Galliæ artic. 9. gloſ. Vni. num. 29. Tiraq. in l. Si vnquam verbo Suſceperit num. 29. & 37. Bellacomb. tom.1. Comun Opin.lib.3.tit 1. nu. 142. pagin. 370. Amicitia ſimilis eſt conſanguinitati proximiori ex Rebuff.de priuilegijs ſchol. priuil.104. Tiraq.de pœnis temp cauſa 22.Menoch.lib.4.de Præſumpt. quæſt.89. num.69.& 70.P.Sanch.de Matrim. lib.6.diſp.26.num.2. Cardin. Mantic. de tacitis, & ambig. conuent. tom.2.lib.13.tit.20.á.num.2. Et quæ diſponuntur in conſanguineis cenſentur diſpoſita in amico intimæ amicitiæ Menoch. de Arbitr. caſu 88.num.59. & de Præſumpt.lib.3. q.124.num. 28. Farin. in Praxi crimin. q.13. à num.31. Limita tamen huiuſmodi ampl. ſi detur pars coniunctionis, vel amicitiæ ratio Menoch. de Arbitr. caſu 152. num.8. Stephan.Gratian.d. cap.100. nu.17.

Amicitia ſimilis cō ſanguinitati.

11 In text.ibi (*em quanto durar o cunhadio*) Soluto enim matrimonio affinis non ſeruat amorem ex gloſ.in l.Sed hoc ita ff.de Re iudic. Etiamſi remaneant filij ex Franc.Milan. deciſ.15. quem refert Aloyſ. Ricci. in collect.deciſ.p.1. collect.83. verſ. Et an iudex.

12 In text.ibi (*que algum official dâ te elle aja com outrem*) Non procedit ſi lis oriatur inter duos officiales iuxta reg.l.Non ſolum,§.De vno ff.de Ritu nupti.

13 Non procedit etiam in aduocatis prout iudicatum fuit Portucalenſi Senatu in cauſa Licenciati Ludouici à Souſa cum Petro Machado de Miranda Vimaran. per D.D. Guaſparem de Figueiredo Homē, & Bernardum Fernandez Tinoco, & tenor ſententiæ talis eſt, *Accordei, &c. aggrauado he o aggrauante pello*

Senatus Portucal. iudicauit.

Corre-

Corregedor em declarar não poder ſer conuindo ante o Iuyz, prouendo em ſeu aggrauo viſtos os autos, & como o procurador he reputado por official de juſtiça para effeito de ſe deuaſſar delle como dos mais officiaes, & não para os mais caſos, como por eſtilo eſtà interpretado. Mando reſponda ante o Iuyz ante quem ſerue. Porto 22. de Iunho de 604. Scriba Franciſco da Guerra.

14 In text. ibi (*ſaluo ſe à parte contraria conſentir*) Expreſſe ſcilicet, quia, tacitus conſenſus non ſufficit, aliter enim ſententia nulla iudicabitur, ita iudicatum; vidi Portucalenſi Senatu anno Domini 1586. in cauſa Benedicti Gundicalui, & Petri de Freitas tabellionis Vimaran. Iudic. D. D. Ludouico Machado de Gouuea, & Hieronimo Cabral, Scriba Soeiro.

Senatus Portuca'. iudicauit.

AD §. II.

1 In text. ibi (*ſegundo achar por direito*) Si pœna vero pro tali delicto nõ ſit à iure determinata non poterit etiam in notorijs iudex cognoſcere, ex text. in cap. Cum veniſſent de Iudic. reſoluunt Kirchou tom. 2. Cõmunium Opin. lib. 9. tit. 25. num. 8. & 18. pag. 517. Baiard. ad Clar. q. 35. num. 31. Bernard. Græuæ. ad pract. Cameræ Imper. lib. 1. concl. 39. n. 16. & ſeq.

2 In text. ibi (*no titulo dos que dizẽ, &c.*) tit. 50. §. 4.

In antiq. tit. 16.

Ad tit. 25. Ordin. Regiæ.

Em que maneira ſe procede contra os demandados por eſcripturas publicas, &c.

Inſtrumẽtũ eſt probatio probata.

1 INſtrumentum eſt probatio probata. Menoch. conſ. 29. num. 1. & conſ. 380. num. 4. Surd. conſ. 144. num. 15. Burg. conſ. 29. num. 1. Pereg. conſ. 75. in princ. & num. 5. lib. 1. Aldouin. conſ. 63. num. 1. & conſ. 70. num. 13 Gam. deciſ. 297. num. 1. Maſcard. de Probat. concl. 906. & concluſ. 1142. nu. 3. & concl. 1326. nu. 7. Hippol. in l. 1. §. Si quis ne quæſtio num. 140. ff. de quæſt. Flamin. de Reſignat. tom. 2. lib. 11. q. 14. num. 42. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloſ. 64. num. 4 & 5. Cardin. Thuſc. tom. 4. lit. I. concl. 257. Caſtill. lib. 2. quotidian cap. 16 num. 4. Cardin. Mantic. de tacitis & ambig. conuent. tom. 2. lib. 13. tit. 17. n. 5. Cald. Pereira quæſt. Forenſ. lib. 1. q. 4. nu. 3. Farin. nouiſſ. Rotæ deciſ. 317. num. 2.

2 Inſtrumentum facit rem notoriam Gutierr. Pract. lib. 3. q. 17. num. 148 & 151. Tiraq. de Retract. lig. §. 2. gloſ. 1. nu. 19. cum ſeqq. Valaſ. conſ. 154. num. 26. & 27. Flamin. de Reſignat. lib. 13. q. 5. num. 150. Farin. in Praxi crimin. p. 1 q. 21. num. 23. & nõ facit rem liquidam quando operatur aliquid, vt per Surd. de Alim. tit. 1. q 110. num. 10. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloſ. 63. num. 6. *Facit rem notoriã.*

3 Qui habet inſtrumentum pro ſe habet intentionem fundatam l. Cũ precibus Cod. de Probat. Rot. Genu. deciſ. 122. num. 1. Menoch. de Præſumpt. lib. 2. q. 44. num. 3. Et qui habet verba inſtrumenti habet caſum legis Syluan. conſ. 63. num. 22. Burg. conſ. 3. nu. 76.

4 Verba inſtrumenti ſunt attendenda. Vide Cou. lib. 3. Vari. cap. 5. ad finem Tiraq. in l. Si vnquam, verbo Libertis num. 6. cum ſeqq. & numer. 11. Bellacomb. tom. 1 Cõmun. Opin. lib. 4. tit. 11. num. 288. pag. 585. Et ab illius verbis non eſt recedendum Menoch. conſ. 27. num. 1. cum ſeqq. & conſ. 111. nu. 23. Inſtrumenti *Verba inſtrumenti ſunt attẽdenda.*

& contractus verba ſunt ſtricti iuris Tiraq. de Retract. lig. §. 1. gloſ. 9. numer. 181. Surd. deciſ. 283. num. 5. inſtrumentum quod non dicit, nec nos direce debemus Affict. deciſ. 403. num. 5. Tiraq. in l. Si vnquam verbo Libertis num. 6. & 11. Cou. lib. 3. Vari. cap. 5. ad finem. Et inſtrumenti pars vna per alteram declaratur Burg. de Paz conſ. 2. num. 59. Gutier. Pract. lib. 3. q. 44. num. 6. Flamin. de Reſignat. lib. 11. quæſt. 13. numer. 48. Surd. deciſ. 43. num. 14. & deciſ. 282. num. 10. Et exigi ſpeciale mandatur dum quis petit exequutionem inſtrumenti dicit Succin. Sen. conſ. 120. col. 3. verſ. Poſtremo non puto vol. 1. & Flamin. Chartar. Genuæ deciſ. 54. num. 10. & 11. quos nouiſsime refert Camill. Borrell. in ſumma deciſ. tit. 66. de Procurat. num. 187.

Ad Princip. Ordinat. Regiæ.

Contra cōuentos per debita cōtenta in ſcripturis publicis proceditur per aſsignationem decem dierum.

1 Concordant apud Hiſpanos l. 5. tit. 8. lib. 3. Ordinam. & l. 1. & 2. tit. 21. lib. 4. nouæ Recopil. De iure ra men communi inſtrumenta nō habere executionem paratam ex l. Minor 25. annis 41. in princip. ff. de Minorib. reſoluunt Segur. in l. Si ex legati cauſa verſ. Tertia differentia ff. de verbor. obligat. Gom. l. 64. Tauri num. 2. Rebuff. tom. 1. ad leges Galliæ tit. de obligat. in præfat. num. 19. & art. 6. gloſ. 3. á num. 8. Menoch. de Arbitr. caſu 17. num. 2. & caſu 180. num. 36. & remed. 4. adipiſc. nu. 24. Perez. l. 4. tit. 8. lib 3. Ordin. pag. 624. Soar. de Paz in Practica p. 4. tom. 1. cap. 1. num. 6. Valaſ. conſ. 170. nu 1. nouiſsime Mendez à Caſtro in Praxi ſeculari Luſitan. lib. 3. cap. 22. à num. 3.

2 Amplia primò hanc Ordin. procedere in Curijs Epiſcoporum, vbi etiam contra conuentos per debita contenta in ſcripturis publicis procedetur per aſsignationem decem dierum, Ita Caſtill. l. 70. Tauri col. 7. Cou. Pract. cap. 8. num. 5. Bened. Capra tom. 1. Commun. Opin. lib. 4. tit. 11. num. 194. pag. 578. Perez. l. 4. tit. 8. lib. 3. Ordin. pag. 633. Soar. de Paz tom. 2 Pract. p. 3. cap. 1. n. 1. Valaſc. de Iure Emphyt. q. 7. num. 25. Parlad. lib. 2. rerum quotid. cap. fin. §. 12. ampl. 7.

3 Amplia ſecundò in contractu ſocietatis ſuper capitali etiam ante factum computum vel rationes calculatas. Ita Gregor. l. 10. gloſ. vlt. ad fin. tit. 10. part. 5. Foller. ad Marant. de Ordine iudic. p. 6. tit. de inſtrum. product. num. 3. ad finem Baeç. de non meliorandis dotibus filiarium cap. 36. num. 20. quamuis contrariū reſoluāt Parlad. lib. 1. rerum quotid. cap. fin. p. 1. limit. 4. num. 35. Ceuall. Communium contra commun. q. 297. nu. vlt.

4 Amplia tertiò vt non ſolum inſtrumenta publica in hoc regno confecta paratam habeant executionem, ſed etiamſi extraneo in regno confecta ſint, & in hoc petatur executio. ita Gom. l. 64. Tauri nu. 8. Perez. l. 4. tit. 8. lib 3. Ordin. & alios quos referr. Parlad. lib. 2. rerum quotid. cap. fin. p. 1. § 11. à num. 13. periculoſam & difficilem in iure hanc reſolutionem aſſerit ſuam non interponens ſententiam Cott. in Memorabil. verbo Inſtrumentum factum pag. 428. & elegāter ex Math. Coler. de proceſsibus execut. p. 1. cap. 3. num. 225. ad finem reſoluit Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap. 146. num. 46. quod ſi litigator vterque tempore contractus domicilium ſuum habuerit in loco vbi fuit

fuit actus celebratus, & nunc reus illum mutauerit, quia ſemper eſt verum quod iudex aditus pro facienda executione debeat ſeruare leges ſuæ regionis, non autem ſequi ſtatuta alterius prouinciæ. nouiſſime Mendez á Caſtro in Praxi ſeculari Luſitan. lib. 3. cap. 22. nu. 5.

5 Amplia quartò in eo quod virtualiter reſultat ex inſtrumento, ita ex Bart. Bald. Alex. & alijs reſoluit Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap. 37. num. 46. & 47. Surd. deciſ. 253. num 39. D. Barboſ. in l. 1. ff. ſoluto matrim. p. 3. num. 21. & 22.

6 Amplia quintò tale inſtrumentum habere executionem paratam ſi contineat cauſam debiti, aliàs nõ tenet ſtipulatio, nec promiſsio ex l. Cum de indebito §. Sin autem ff. de Probat. l 3. §. Circa ff. de Doli mali except. cap. Si cautio de fide inſtrum. reſoluunt Gom. to. 2. Vari. cap. 11. num. 3. & 4. Auend. *de las excepciones*. num. 21. & de exequend. mand p. 1. cap. 30. num. 5. Mendez à Caſtro d. cap. 22. num. 12. Olan. in concordia legum lit. D. num. 8. Perez ad l. 3. tit. 8. lib. 3. Ordin. gloſ. 1. Foller. ad Marant. de Ordine iudic. p. 6. actu 8. nu. 17. pag. 367. Azeued. l. 1. à num. 170. cum ſeqq tit. 21. lib. 4. nouæ Recopil. Gutier. de Iuram. confirm. p. 1. cap. 47. nũm. 5. Valdeſ. in addit. ad Xuar. ad l. Poſt rem iudicatã § Conſidera vltimo notab. 3. pag. 105. & §. Sed pro euidentia numer. 25. pag. 130. & ita ſeruat praxis & iudicatum audiui. licet contrarium reſoluant Dec. Segur. & Xuar. quos refert & ſequitur Parlad. lib. 2. rerum quotid. c. 3. nu. vlt. & cap. vlt. p. 1. §. 11. ampl. 5. Et ſi habeat hæc verba. *naõ pagando ſoão pagarei ao tempo como fiador & principal pagador*, proceditur ſummariè per decem dies prout iudicatum refert Mendez d. cap. 22. num. 18.

7 Amplia ſextò in litteris cambij, quæ vim publici inſtrumenti habẽt & paratam executionem Valaſc. do Iure emphyt. q. 7. num. 16. & conſ. 177. num. 8. Stephan. Gratian. Diſcep. Forenſ. cap. 64. num. 13. & to. 3. cap. 569. num. 25. *o que ſe entende nas letras de cambio aceitadas*, teſte Phœbo Areſto 73. Et in litteris Apoſtolicis vt per Farin. nouiſſ. Rotæ deciſ. 366. num 1.

8 Limita primò in tacita reconductione, quia inſtrumentum locationis non poteſt exequi pro tacita reconductione. Ita Greg. l. 20. gloſ. 4. limit. 2. tit. 8. part. 5. Afflict. deciſ. 365. nu. 15. quos refert & ſequitur Perez l. 4. verſ. Eſt tamen dubium tit. 8. lib. 3. Ordin. pag. 630. in fine, Maſcard de Probat. concl. 990. limit. 4. num. 8. vbi num. 9. refert contrariũ voluiſſe Rebuff. d. tract. de litteris oblig. att. 2. gloſ 1. num. 92.

9 Limita ſecundò vt inſtrumentum publicum paratam non habeat executionem quando non fuerit liquidum, id eſt, quando incertam contineat quantitatem. Vide Menoch. de Arbitr. caſu 17. num. 3. & 4. & remed 5. Adipiſc. n. 47. cum ſeqq. & num. 59. Ceuall. in tract. de cognitione per viam violentiæ p. 2. q. 38. num. 13. cum ſeqq. Mendez à Caſtro d. cap. 22. nu. 15. Auiles ad c. 10. Prætor. gloſ. execucion á num. 49. Auend. *de las excepciones*, num. 22. verſ. Etſi forte inſtrumentum Parlad. d. cap. vlt. § 12. à num. 27. cum multis ſeqq. Surd. deciſ. 27. num. 5. cum ſeqq. Valaſ. conſ. 164. num. 4. In inſtrumento promiſſa certa quãtitas, ita tamen quod ſi factis calculis inueniatur minus deberi, detraheretur, poteſt exequi tanquã liquida non

non obſtante quod poſsit alterari, aut minui facto calculo. Vide Surd. conſ. 38. num. 25. Lancelot. de attét. p. 2 cap. 4. limit. 28. num. 1. Munhoz de Ratioc. cap 35. num. 28. Stephan. Gratian. Diſcept. forenſ. cap. 183. à num. 30. In dote tamen eſt receptũ quod etiam incerta promiſsio illius poteſt exequi & arbitrari per iudicem ex l. Quæro 61. l. Cũ poteſt 70. §. Gener. ff. de iure dotiũ, reſoluunt Cou. Pract. cap. 23. col. fin. Palat. in repet. cap. Notab. 3. §. 22. Azeued. l. 1. tit. 21. lib. 4. nouæ Recop. nu. 44. D. Barboſ. in l. 1. p. 3. á num. 47. ff. Soluto matrim.

10 Limita tertiò in inſtrumento conditionali, quod non mandatur executioni, niſi prius appareat conditionem extitiſſe. Vide Gom. to. 2. cap. 11. num. 3. & 4. Azeued. d. l. 1. num 171. Gutier. d. cap. 47. num. 9. Bellacomb. tom. 2. Commun. Opin. lib. 7. tit. 15. num. 12. pag. 275: Parlad. d. cap. fin. p. 1. § 12. à nu. 39. Rebuff. tom. 1. ad leges Galli. tit. de litteris oblig tit. 1. gloſ. 9. n. 7. Cald. Pereira de Renouat. q. 18. num. 40. Surd. deciſ. 27 à num. 5. Cabed p. 1. deciſ. 33. num. 9. vbi num. 10. idem dicit ſi ſcriptura purificetur ex coniũctione actorum, vel ex coniunctione alterius ſcripturæ, & num. 11. idem ſi purificetur ex confeſsione partis.

11 Limita quartò in legatis relictis in teſtamentis, quæ non habent executionem paratam, de quo tamen vide Azeued. l. 1. num. 20. tit. 21. lib. 4. nouæ Recop. Ioſeph Ludou. Peruſ. deciſ. 23. Spin. in ſpeculo teſtam. gloſſ. 34. princip. à num. 37. Soar. de Paz in Practic. p. 4. tom. 1. cap. 1. num. 19.

12 Limita quintò in tranſſumpto publicæ ſcripturæ, pront iudicatum refert Melchi Phœb. to. 1. Areſto 4. vbi ampliat etiamſi ſit illius ſcribæ qui originale ſcripſit, vbi etiam tenet quod chyrographi tranſſumpto in India iuſtificato pártis citatione aſsignantur decem dies.

13 In text. ibi (*aſsine logo termo de dez dias*) Qui debent incipere ſiue computari ab eodem die, quo aſsignati ſunt per ea quæ reſoluunt Bart. & Iaſ. in l. 1. ff. Si quis caut Alexand. conſ. 56. num. 3. vol. 6. late Caſſan. in cõſuetud. Burgund. tit. Des iuſtices, §. 8. gloſ. E Iour, num. 8. cum ſeqq. Caſtill. ad l. 64. Tauri. Azeued. ad l. 3. tit. 21. lib. 4. nouæ Recop. num. 1. Flamin. de Reſignat. lib. 12. quæſt. 8. num. 8. Fr. Emman. quæſt. Regul. tom. 3. q. 15. art. 4. P. Sanch. de Matrim. lib. 2. diſp. 24. num. 16. & 22. Et terminus aſsinatus tot dierum, vel menſium debet eſſe continuus gloſ. in Rub. ff. de diuerſ. & temp. præſcr. Tiraq. de Retract. lig. §. 1. gloſ. 11. num. 21. Gom. tom. 3 cap. 1. num. 3. col. 2. & cap. 8. num. 2. Cald. Pereira de Reſolut. emphyt. cap. 14. num. 3. Farinac. in nouiſ. deciſ. Rotæ deciſ. 333. nu 4.

14 Nota quod iſti decem dies currere debent illi, qui grauamen ad ſuperiorem interpoſuit, vel exceptione aliqua dilatoria vſus eſt. Vide Cabed. deciſ. 30. num. 2. & 7. p. 1. vbi num 4. reſoluit quod ſi tabellio non dedit copiam inſtrumenti decendium non currit niſi à tempore quo copia data fuit ſi in actis habeat mãdatum procuratorium. Et aduerte, quod hi dies prorogari non poſſunt ad petitionẽ debitoris, licet poſsint ad petitionem creditoris ex Azeued. l. 2. num. 14. tit. 21. lib. 4. nouæ Recop. Mendez à Caſtro d. cap. 22. num. 56.

15 Non tamen currunt tempore feriatum quod in terminis legis

Caſtellæ

Caſtellæ tenet Roderic. Soar. ad l. Poſt rom iudicatam in 4. extenſione prædicti tamen decem dies iam incepti ſuſpendi poſſunt per ingreſſum feriarum vt per Mendez à Caſtro d. cap. 22. nu 56. Item nec currunt. ſi ſtat per iudicem, vel notatiũ vt per Cabed. p. 1. deciſ. 28. num. 2. & 3. Mendez à Caſtro d. cap. 22. numer. 56.

16 In text. ibi (*paga ou quitação*) Poteſt etiam opponi liberatio, quocunque modo fuerit ſatisfactum debitori. Vide Rebuff. d. tit. de litteris oblig. art. 1. gloſ. 9. num. 18. Azeued. d. l. 1. num. 128. Parlad. lib. 2. rerum quotid. cap. fin. p. 5. §. 11. nu 30. Cald. Pereira de empt. cap. 23. nu. 3.

Senatus Supplicat. indiſcanit. 17 In text. ibi (*ou allegue & proue dentro nos ditos dez dias qualquer outra razão de embargo, &c.*) Dubitatum fuit, *ſe aſsignados dez dias ao conhecimento liquido ſe dentro nelles ſe pedirem noue dias de doente, ſe ſe concederão, & ſe pararia a cauſa*, *julgouſe que ſi*, teſte Melchi. Phœbo Areſto 88. De exceptionibus impedientibus executionem, vide latiſsimè Auiles ad cap. 10. Prætor. verbo Execution à num. 62 Soar. de Paz in Pract. to. 1. p. 4. cap 3. per totum. Azeued. l. 1. â num. 80. cum ſeqq. tit. 21. lib. 4. nouæ Recop. Parlad. § 11. per totum nouiſsime Mendez à Caſtro in Praxi ſeculari Luſitan. lib. 3 cap. 22. numer. 22. cum ſeqq.

18 Primò opponi poteſt contra executionem quod inſtrumentum eſt de feſtiuum circa ſubſtantialia. Vide Menoc. remed. 3. Adipiſc. numer. 167. Maſcard. de Probat. concl. 1294. num. 5. Azeued. l. 1. num. 136. cum ſeqq tit. 21. lib. 4. nouę Recopil. Soar. de Paz d. cap 3 num. 3. Auiles d. verb. Execucion num. 61.

19 Secundò oppinio poteſt inſtrumentum eſſe nullum. Vide Rebuff. tom. 1. ad leges Galliæ tit de litteris oblig. art. 1. gloſ 9. num. 4. Menoch. conſ. 75. num. 100. Perez l. 4. tit. 8. lib. 3. Ordin. pag. 631. Soar. de Paz d. cap. 3. nu. 2. Azeued. d. l. 1. numer. 91. Parlad. d. cap fin. p. 5. § 11. num. 11. Cald. Pereira de Poteſt. olig. cap. 5. num. 8.

20 Tertiò opponi poteſt inſtrumentum eſſe cancellatum vel falſum. Vide Marant. de Ordine iudic. p. 6. actu. 8. nu. 11. pag 366. Menoch. conſ. 301. nu. 7. & lib. 1. de Præſumpt. q. 65 num. 8. & lib. 2. q. 48. num. 1. Rebuff. de gloſ. 9. num. 15. Soar. de Paz d. cap. 3. num. 1. Parlad. d. §. 11. num. 37. ibi quod inſtrumentum de falſo ſuſpectum, habetur pro falſo.

21 Quartò opponi poteſt inſtrumentum eſſe ſimulatum. Vide Afflict. in cap. 1. num. 171. de feudo dato inuicem legis commiſ. nu. 174. lib. 1. Iaſ. in l. Cum ea quæ num. 3. Cód. de Tranſaction. Tiraq. de Retract. lig. gloſ. 2 §. 1. nu. 12. & tit. 2. §. 1. gloſ. 2. num 38. Rebuff. d. gloſ. 9. num. 23. Bellacomb. tom. 1. Comunium Opinion. lib. 4. tit. 11. num. 289. pag. 585. Azeued. d. l. 1. nu. 142. Parlad. d. § 11. num. 14. & 15. Menoch. conſ. 134 numer 28. Mendez à Caſtro d. cap. 22. nu. 24.

22 Quintò opponi poteſt inſtrumentum eſſe vſurarium. Vide Soar. de Paz d. cap. 3. num. 1. Azeued. d. l. 1. num. 185. Bellacomb. tom. 2. Communium Opin. lib. 7. tit. 16. nu. 124. pag. 283. Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap. 118 num. 43. cum ſeqq. Mendez à Caſtro d. cap. 22. nu. 29. D. Barboſ. in l. Titia nu. 54 ff. Soluto matrim. Cald. Pereira de Empt. cap. 32. num. 12. vbi etiam reſoluit quod fideiuſſor poteſt allegare defectum & nullitatem contractus ſimulati,

vel

Digitized by Google

vel vſurarij & contrarium nullum reddi ex pacto vſurario adiecto, tradit Rota Romana per Farinac. deciſ.114.num. 1.

23 Sextò opponi poteſt exceptio proueniens ex l. 2. Cod. de Reſcind. vendit. & Ordin. lib.4.tit. 13. Vide Perez l.4.verſ.Vtrum autem durante tit. 4. lib.3. Ordin. pag. 631. Azeued.l.1. num.158. tit.21.lib.4. nouæ Recopil. quamuis contrarium tueatur Parlad.d.§.11.num.42.

24 Septimò opponi poteſt actio redhibitoria de qua infra lib. 4. tit. 17. vbi latiſsimè egimus.

25 Octauò opponi poteſt compenſationis exceptio. Vide Tiraq. de Retract.lig. §.3.gloſ.3. nu.4. poſt Guid. Angel. Alex. & alios Parlad. d.§.11.num.30.Perez l.4.verſ. Quæro vtrum tit.8.lib.3 Ordin.pag. 632.

26 Nono opponi poteſt exceptio erroris calculi. Vide Padil. in l. Error num 17. Cod. de Iuris, & facti ignor. Parlad.d.§ 11.nu.43.& 44. & num.24. reſoluit quod compromiſsi exceptio aduerſus executionem admitenda eſt & nu. 26. quod exceptiò rei non traditæ ſeu pretij non ſoluti locum habet in cauſa executiua, & num.51. an exceptio non numeratæ pecuniæ admittenda ſit in cauſis executiuis.

27 Decimo opponi poteſt in integrũ reſtitutio ex cauſa minoris ætatis, Vide Soar.in l. Poſt rem §. Sed pro euidentia num. 44. Auend. ad capita Prætor p. 2. cap.30.num.7. Parlad d.§.11.num.53.

2 Articuli poſitionales impertinẽte á iudice, nõ debent admitti. Maſcard. concl. 1177. nu 4. & concl 132. n. 1. Menoch. conſ. 701. n 24. & Maſcard. d. cõcl. 132. ſub n. 1. aſſerit quòd ſi iudex impertinentẽ admiſerit pars aduerſa appellare poteſt. Impertinentes etiam notoriè articuli neutiquã, nec ſub clauſula, ſaluo iure, impertinentium admittentur Menoc. conſ 630. n. 12. Franc. Monald. conſ. 38. à nu. 1. Azini in Praxi Flor. p. 19. cap. 19. Sed quando dubiũ eſſet pertinentes an ne ſint, tunc ſub dicta clauſula, ne modus præcidatur probandi, veniunt admittendi ex Menoch. conſ. 2. ſub n 362. verſ. Attamẽ diſput. Franc. Marc. Delphin. deciſ. 564. n 2 tom. 1. Honded. conſ. 18. n. 12 Surd. conſ. 164 nu. 5. Tiber. Decian reſp. 75. n. 4. vol. 2. Fului. Pacia. de Probat. lib. 1. cap. 38. n. 15.

AD

AD §. III.

Vide Bald. in l. Siue poſsidetis num. 7. verſ. Sed Reuoco in dubium Cod. de Probat. quem refert lib. 1. de Præſumpt. q 56. vbi aſſerit poſitiones concludere poſſe per præſumptiones, etiamſi ſint leues, vt bene aduertit Tiber. Decian. reſp. 75. num. 2. vol. 3. & inde articuli impertinentes ſi cum alijs iunctis ad cauſam ſaltem conducerent adminiculari dicuntur ex Crauet. conſ. 901. ſub num. 8.

AD §. IIII.

In text. ibi (*mas junto com outros ſerà pertencente*) Procedit etiamſi agatur poſſeſſorio recuperandæ, & fiant articuli de materia proprietatis, vt coadiuuent poſſeſſorium, quia tunc poſſunt recipi. Ita Cald. Pereira quæſt. forenſ. lib. 1. q. 22. num. 25. ad finem. Contrariam tamen opinionem tenet Menoch. remed. 1. Recup. num. 181. cum multis ſequentibus, & ſecundùm eum iudicatum vidi Portucalenſi Senatu die 24. Maij, anno Domini 1596. in grauamine quodam Franciſci Vaz de Pedroſo *do conſelho de Felgueiras*, detracto à prætore territorij Vimaranenſis, admittente proprietatis articulos cum ageretur de cauſa poſſeſſoria, iudic. D. D. Ferdinando de Souſa, & Gaſpare da Coſta, ſcriba Moreira. Si tamen ſpoliatus paſſus ſit dominium aliquo modo probari ab aduerſario ad colocandum poſſeſſorium deductum debet reſtitui, ex Maſcard. de Prabat. concl. 1325. n. 19.

AD §. V.

Poſitioni- Vide Bellam. in cap. Imputari num. 18. de fide inſtrum. Cou. lib. 1. Vari. cap. 2. num. 3. Surd. deciſ. 17. à princip. & poſitioni non tenetur quis reſpondere, quando reſpondendo poſſet incidere in contrarietatem. Vide Surd. deciſ. 196. num. 11. & nu. 12. quod quando poſitiones non ſunt ita contrariæ, quin aliqua diſtinctione iuuari, & concordari poſsint illis tunc eſt reſpondendum. *bus reſpondere non cogitur ſi articuli ſibi inuicē contrarientur.*

AD §. VI.

1 Vide Caputaq. Roman. deciſ. 749. num. 3. p. 3. lib. 3. in nouiſſ. Surd. deciſ. 196. num. 11. vbi num. 10. dicit quòd ſi poſitio tua eſt contraria meæ, & ambo iurauimus de calumnia, neuter noſtrum tenetur reſpondere propter contrarietatem. *Poſitionē non eſt reſpondendū ex qua reſpondens in periurium per contrarietatem inciderēt.*

2 Amplia vt nec poſitioni captioſæ teneatur quis reſpōdere. Surd. deciſ. 22. num. 3. & d. deciſ. 196. n. 9. Fului. Pacian. de Probat. lib. 1. cap. 53. num 52.

3 Dubitatum fuit, *ſe na cauſa de bẽes moueys ſerà obrigado o marido, & a mulher ambos juntamente a deporem. Determinouſe que o A. ou R. podem eſcolher que deponha hum delles, sòmente, ou que deponhão ambos, cada hum em artigos repartidos*, vt per Melch. Phœb. Areſto 91. *Senatus Supplic. iudicauitē*

AD §. VII.

Vide Mynſing. cent. 5. obſeruat. 88. Maſcard. de Probat. concl. 1177. n. 48. cum ſeqq. Fului. eod. tract. lib. 1. cap. 52. nu. 14. D. Barboſ. in l. Eum qui temere § fin. n. 20. ff. de Iudic.

In text. ibi (*em cauſa que conſta em feito*) Vide Maſcard. d. concl. 1177. n. 56. Menoch conſ. 369. nu. 18. vbi reſoluit quòd poſitiones ad id quod iuris eſt fieri non debent, ita neč eorum probatio.

Digitized by Google

AD §. VIII.

Poſitioni iuris ſtatuarij ſcripti eſt reſpondendum.

Vide Franciſc. Curti. in tract. de poſit. concl. 13. num. 111. Maſcard. de Probat. concl. 1177. num. 52. & 58. Fului Pacian eod. tract. lib. 1. cap. 52. n. 55.

AD §. IX.

Vide Maſcard. de Probat. concl. 1177. n 58. vbi reſoluit quòd poſitioni iuris ſtatuarij alterius loci eſt reſpondendum.

AD §. X.

Poſitioni negatiuæ non eſt reſpondendum.

1 Vide Maſcard. de Probat. concl. 1177. nu. 29. Herculan in tract. quis teneatur probare negatiuam n. 136. Menoch. de Arbitr. caſu 485. Fului. Pacian. tract. de Probat. lib. 1. cap. 38.

Negatiua eſt improbabilis.

2 In text. ibi *(& poſto que ſeja regra, que a negatiua ſe não pode prouar)* Vide Anton Gabri. tom. 3. Commum. tit. de Probat. concl. 6. Maſcard. de Pobat. concl. 1087. Fului. Pacian. eod. tract. lib. 1. cap. 38 Donat à Fin. tom. 1. Communium Opin. lib. 4. tit. 9. nu. 35. & n. 20. & 28. Menoch. de Præſumpt. lib. 2. q. 50. nu. 8. cum ſeqq. Vincent Carot. tract. de Locato, & conducto titul. de Negatiua probanda p. 3. Cardoſ. in Praxi iudicum verbo Probatio n. 29. Rebuff. de Exceptit. n. 160. cum ſeqq.

Negatiua coarctata probabilis.

3 In text. ibi *(porque bem ſe pode prouar ſe he coarctada)* Vide Flamin. de Reſignat. lib. 11. q. 14. n. 68. Maſcard. d. concl 1087. nu. 8. Rebuff. de Except n. 172. Probatur negatiua ex inſpectione actorum, & per productionem ſcripturæ vt per Flamin d. q. 14. nu 55. Surd. deciſ. 300. num. 11. Menoch. conſ. 21. nu. 23. Maſcard. concl. 968 & 1318. num. 18. Farin. in Praxi crimin q 65. n. 218. cum ſeqq. Cald Pereira de Empt. cap. 34. n. 42. Et qui allegat negatiuam illam probare debet Surd. deciſ. 243. n. 6.

4 In text. ibi *(& bem aſsi ſe pode prouar ſe he negatiua, que ſe reſolua em affirmatiua)* Vide Menoch. lib. 2. de Præſumpt. q. 50. n. 14. cum ſeqq.

Negatiua per confeſsionem probatur.

5 In text. ibi *(per confiſsaõ da parte)* Vide Maſcard. d concl. 1087. nu. 11. Flamin. d. q. 14. n. 70.

AD §. XI.

Poſitioni criminoſæ non eſt reſpondendum.

1 Vide Iaſ. in l. 1. n. 2. ff. de Officio aſſeſſoris. Mynſing. cent 6. obſeruat. 62. Franc Marc. Delphin. deciſ. 789. num. 3. & 5. vol. 2. Maſcard. de Probat. concl. 1177. n. 60. Caputaq. deciſ. 749. incip. Productis iam remiſſorijs p. 3. lib. 3. in nouiſſ Nauar. ad Rub. de Iudic. verſ. 13. n. 60.

2 Limita primò, quando poſitio illa criminoſa concerneret tantùm pecuniarum incommodum, ita ex Gozadin. reſoluit Anton. DelRe Tiburtin de Iuram. calumn. cap. 14. nu. 79. Vide tamen quæ Fului. Pacian. de Probat. lib. 1. cap. 17. num. 52. cum ſeqq.

3 Limita ſecundò, quando reſpõſurus iam ante crimen confeſſus, vel de eo condemnatus eſſet, ita ex Innocent. tenet Ægid. Bellam. Rom. deciſ. 274. verſ. 2. quod ſi dicatur confeſſus.

4 Limita tertiò, quando criminoſa poſitio fuiſſet ſolùm ad effectum iudicij dilatandi facta, exemplum poni poteſt in excommunicato, cui quando ad effectum dilatandi iudicium obijcitur, reſpondere cogitur. Ita ex Rom. & Specul. Maſcard. d. concl. 1177. n. 64.

5 Limita quartò, quando reſponſurus, aliàs locupletaretur cũ aliena iactura,

iactra, ſi nimirùm reſpondere poſitioni criminoſæ recuſaret. Vide Mynſing. cent. 6. obſeruat. 92. n. 3.

AD §. XII.

1 Vide Rot. deciſ. 1. ſub tit. de confeſsis in antiq. quam refert Aloyſ. Ricci. in collect. deciſ. p. 2. collect. 168. ibi Poſitionibus vbi ſemel reſponſum eſt, &c.

2 In text. ibi (*ſe lhe for requerido*) Iudex ergò ex ſe cogere non poteſt reum, vt poſitionibus reſpondeat. Vide tamen Ozaſc. Pedam. deciſ. 66. nu. 11. Anton. DelRe Tiburt. de Iuram. calumn. cap. 14. n. 77.

AD §. XIII & vlt.

Poſitionibus contumaciter non reſpōdens, habetur pro confeſſo.

1 Deſumitur ex cap. 2. de Confeſſis lib. 6. Concordat apud Hiſpanos. l. 2. titul. 7. lib. 4. nouæ Recopil. Vide Ferrar. Montan. de Iudic. præexercit. lib. 2. cap. 3. verſ. Porrò vt poſitiones. Gaſp. Anton. Theſaur. quæſt. forenſ. lib. 1. q. 6. nu. 1. Nicol. Reutner. Senenſi deciſ. 15. num. 27. lib. 3. Arumæ deciſ. 12. num. 6. Surd. conſ. 360. n. 44. Bellacomb. & Don. á Fin. tom. 2. Commun. Opinion. lib. 7. tit. 20. à n. 285. Soar. de Paz in Practic. p. 1. tom. 1. temp. 8. num. 80. Nouiſsimè Camill. Borrell. in Summa deciſ. tit. 46. de Cōtumacia n. 28.

2 Amplia primò, etiamſi ſemel fuerit reſponſum, iterum enim interrogatus non reſpondendo, habetur pro confeſſo. Ita Rot. deciſ. 1. de Confeſsis in antiq. quam refert Aloyſ. Ricci. in collect. deciſ. p. 2. collect 258 in med.

3 Amplia ſecundò, ſi obſcurè, & non explicitè reſpondeat, quia ſimilis eſt nihil reſpondenti. Vide Soar. tom. 1. Commun. Opin. lib. 7. tit. 19. n. 139. pag 293. vbi Bell'acomb. num. 285. Anton. DelRe Tiburt. in tract. de Iuram. calumn. cap. 14. n. 73. Et deponens per verbum Credo, facit veram confeſsionem, quia ad præſentem tractatum veritatis eſt expreſsiuum. Vide Rot. Gen. de Mercat. deciſ 48. n. 1. Surd. deciſ. 17. n. 9. & deciſ. 58. nu. 13. & 14. Seraph. de Priuil. Iuram. priuil. 11. á num. 1. Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap. 109. nu. 6. cum ſeqq & cap. 105. nu. 5. Amat. Roder. in Pract. cap. 7. n. 63 & 64.

4 Amplia tertiò, vt nec huic, cui per iudicem terminus ad reſpondēdum præfixus eſſet, mora purgatio concedatur, eſſluxo illo termino, ita Succin. reg. 331. incip. Mora verſ. Fallit tertiò. Bellacomb. tom. 2. Commun. Opin. lib. 7. tit. 20. n. 285. in fine pag. 302.

5 Limita primò, quando poſitiones eſſent notoriè falſæ, ita poſt Curt. Maſcar. de Probat. concl. 1177. num. 75.

6 Limita ſecundò in criminalibus, in his enim reſpondere poſitionibus recuſans non habetur pro confeſſo. Mynſing. reſp. 21. num. 10. Anton. Capic. deciſ. 60. n. 2. Camill. Bortell. d. titul. 46. de Contumacia num. 31.

7 Limita tertiò, quando libellus eſſet ineptus, & poſitiones de iure non fuiſſent admittendæ. Maſcard. d. concl. 1177. n. 76. cum ſeqq.

8 Limita quarto, in cauſis fractæ pacis. Vide Mynſing. cent 3. obſeruat. 52.

9 Limita quintò, quoad vxorem ſi maritus noluit deponere in cauſa ſuper bonis immobilibus, quia confeſsio mariti non præiudicat vxori ex Surd. deciſ. 55. n. 2. & ita vidi iudicatum Portucalenſi Senatu die 23.

Maij, anno Domini 1592. per D.D. Roderico á Souſa, Ludouico Pereira, & Petro da Sylua.

10 Limita ſexto, in minore, cui aduerſus huiuſmodi confeſsionem conceditur reſtitutio. Vide Gutier. lib.1.q.48 nu.3.& lib.3 q 32. á nu.5. Stephan.Gratian. d cap.109 nu.52. Imò non habetur pro confeſſo cum non ſit in dolo vero, ſed præſumpto vt per Roland à Valle conſ.68.n.31. vol.2 Camill.Borrell.d.tit.46.n.34.

11 In text.ibi (*ou poſto que não ſeja preſente o julgador, &c*) De iure communi per cap.2. de confeſsis lib. 6. & Caſtellæ per l.2.tit.7.lib.4.nouæ Recopil. vt nolens poſitionibus reſpondere, haberetur pro confeſſo, neceſſe erat quòd ab ipſo iudice perſonaliter coram tabellione interrogaretur, vt reſpondeat, & non ſufficiés erat ſi à notario ex iudicis cōmiſsione interrogaretur, & poſitionibus nolit, veluti debet reſpondere, ex gloſ. verbo Iuſſus in d. cap. 2. & Perez l.1.tit.4.lib.3.Ordin quem refert Soar.de Paz d.temp.8.nu 86. Amat.Roder.d cap.7.n 66. Declarant tamen Doctores, vt hoc non obtineat, quando iudex, non comparente parte, geminatam emiſerit citationem, ſub comminatione, vt niſi comparuerit reſponſurus poſitionibus, pro cōfeſſo haberi debeat, ſic in proprijs terminis ſequutus Butr. Alexand.Roman.& Pariſ. reſpondit Surd.cōnſ.360.n.29.& viſus eſt ſentire Manſuer. in Praxi tit. de Probat.ſub num.32. verſ.Et ideò eſt melius.

12 Nota quòd vbi ipſe principalis reſponſurus eſſet, perſonaliter citari debet, nō verò ipſius procurator, a l hoc enim vt cōtumax in non reſpondendo, habeatur pro confeſſo, non ſufficit ipſum procuratorem monitum eſſe de reſpondendo, ſed requiritur citatus, & monitus ipſe principalis. Ita Rot. Gen. de Mercat.deciſ.161.ſub n.11.& 12.Monald. conſ.4. n.6. Rot.Lucenſ. deciſ.156. incip. In cauſa de Rubeis. Marc. Anton. de Amattis Marchiæ deciſ. 74. n.2. Reſponſio enim per ipſum principalem non verò procuratoré eſt facienda, ex Azin. in Praxi Florent.§.19.cap.18.num.3. Maſcard. d. concl.1179.n.57. Et in reſpondendo poſitionibus, requiritur ſpecialiſſimum mandatum Menoch. conſ. 80. n.64 vol.1. Barnab.Cornaz.Lucenſi.deciſ.215. nu.1. Barzi. Bonon. deciſ.106.n.16. Cardin. Putc. deciſ. 294. n.3.lib.2. Rebuff.tom.3.ad leges Galliæ tit.de reſponſ.per credit. art.1.gloſ.Vni. n.15. nouiſsimè Camill.Borrell.in Summa deciſ.tit.66. de Procurat.nu.210.vbi n.211.declarat poſſe cogi procuratorem, vt comparere faciat principalem, vt meliùs informetur ad reſpondendum. Anton. Theſaur. Pedam. deciſ.17. n.1. vbi etiam aſſerit reſponderi rectè à procuratore, domino in remotis agente, ita vt eius copia difficulter haberi queat; aliâs vbi haud difficulter repetiri principalis poſſet, procurator ſuis etiam impenſis, non verò ponentis principalem de reſpondendo in perſonam certiorem facere tenetur, quod etiam nominatim firmat Benintend. Bonon. deciſ.24.n.1.ad actorem ipſum, qui abeſt pertinent expenſæ, quia ipſe eſt cauſa quòd expenſæ fiant, ita Afflict.deciſ.177. Boer.deciſ.303.nu.5. Marant.in rep. l.Si actor n.64. ff.de Procu.Ioſeph Ludou. Peruſ. deciſ. 74. nu.10. Perez l.1. verſ. Quæro 5. poſt princ tit 5. lib.5.Ord. pag 565. Parlad.lib 2. rerum quot cap.fin. p. 5. § 10.n.28. Gutier.Pract.lib.1.q.63.

Cæte-

Cæterum ſi mores ſpectemus vſitatum eſt apud nos,ſicut,& apud Hiſpanos vt id impenſis petentis fiat ex Greg.l.22. verbo O ſi fuere titul.5. part.3. Omni vero caſu, quando procurator ad reſpondendum poſitionibus admittitur, ſpeciale videtur requiri mandatum de reſpondendo poſitionibus , vt reſponſio domino noceat ex Rebuff. tenent Pereg. Iannin. de citat. reali lib.3. cap.21 n.128.& Roder.d.cap.7. nu. 68. Sed quod procurator partis poteſt cogi ad deponendum, vt principalis procuratorio nomine dicit ſtylo ceptum Melch.Phœb. Areſto 46. in fine.

13 Ruſticus non niſi adhibito procuratore , vel etiam aduocato inſtruente reſpondere tenetur. Vide Hipol.ſingul.450.n.2. Azin. d. cap. 18. num.4. Menoch.de Arbitr.caſu 194. n.77. & caſu 193.n.4. Maſcar. concl.1176. n.56. Perez l.1. titul.4. lib.3 Ordin.pag 549. & ad mulieres extendit Ioſeph. Ludou. Peruſina deciſ.81. Sed Gutier. Practic. lib.1. q.59. nu.2. aſſerit ſe nunquam hoc vidiſſe in Praxi obſeruatum,ſed imò contrarium vt ſemper iuret , atquè declaret ipſa pars ſola ſine præſentia aduocati,vel procuratoris,quantumuis ruſticus ſimplex ſit , quod etiam apud nos obſeruatur.

14 Infans, vel impubes reſpondere non tenetur, nec eius tutor de illius facto,nec curatores furioſorum, & aliorum , qui ope iſtorum iuuantur,quia iſtæ perſonæ dementes veritatis , iuramentum non præſtant cap. Paruuli 22. q.5. l.3.ff de teſtib. Adulti veró interrogari poterunt cum auctoritate tutoris l. Clarum Cod. de auctor. præſt. & debet eſſe auctor tutor,vt reſpondeat, ſed non vt ſic reſpondeat, ſcilicet negando, aut confitendo,quia iſtud non cadit in conſcientiam tutoris, vel curatoris, nec quæritur de eius conſcientia,ſed minoris & de eius facto,ideò ipſe interrogari debet l. Videamus ff.de in litem iurando. Ita Rebuff. tom.3 ad leges Galliæ tract de Reſponſionibus per credit , vel non n. 7. & 8. quem refert,& ſequitur Cabed.p.1. deciſ.137. Aduocatus verò minoris ſi habet aduerſarium litigantem ſagacem poterit ipſum minorem inſtruere in reſpondendo poſitionibus Lanfranc. Balb. deciſ. 36. incip. Curatore quem nouiſsimè refert Camill. Borrell. in Summa deciſ.tit.65.de Aduoc n.97.

15 In text.ibi(*o julgador haverà os artigos por confeſſados*) Quamuis ſint ruſtici,vel mulieris, qui contra huiuſmodi confeſsionem non reſtituuntur. Vide Menoch. de Arbitr. caſu 194. n.77.cum ſeqq. Gutier. Pract. lib.3.q.32 n.8.cum ſeqq.

16 Nota quód contumax in reſpondendo poſitionibus , qui habetur pro confeſſo, non obſtante illa ficta confeſsione , poteſt probare contrarium ſi vult. Vide Menoch. lib.2.de Præſumpt. q.70. nu 9. Seraph. de priuilegijs Iuram. priuil.11. n.3. Pereg.de Iure fiſci lib.1.tit 1.nu. 10. Farinac. in Praxi crimin. q.11. nu.7. Soar.de Paz d temp.8.nu.82. & notat Pereg. vbi proximè quod non admittitur probatio contra fictam confeſsionem à iure inductam, ſed admittitur probatio contraria circa factum probatum per illam tacitam confeſsionem.

17 In text.ibi (*ſendo a lide conteſtada*) Vide Gregor. l.3. gloſ 6. titul.13. part.3.Sarm.lib 3.Sellect.cap.13 n.8. verſ. Quod verò , quos refert Xim. Toletan in concordantijs vtriuſquè iuris ad cap.1.de Confeſsis in 6.

In

Digitized by Google

curatorem verbo Vel aduerſarij dolo n. 22. Menoch. conſ. 367. n. 33. vbi nu. 28. verſ. Primò tenet quod non eſt communis ei, qui iam probationibus renuntiauit, & num. 35. & 38. idem aſſerit vbi veroſimiliter ſubornationis periculum in aduerſario dilationem ſibi communem eſſe contendente, temeri poſſet.

3 Alter in alterius inuiti præiudicium huiuſmodi dilationi renuntiare non poteſt, niſi daretur in fauorem minoris per reſtitutionem in integrum, quia ſi tunc minor renuntiat dilationi ſibi conceſſæ, non poteſt aduerſarius ea vti. Vide Ozaſc. vbi proxime. Caualcan. d. deciſ. 21. n. 9. Perez l. vlt. in fine tit. 5. lib. 3. Ordin. pag. 578. Soar. in theſauro commun. lit. D. n. 76. Gutier. d. q. 32. n. 3. Rurg. Ruland. de Cõmiſſar. p. 1. lib. 2. cap. 9. n. 6. Azeued. l. 3. n. 3. tit. 8. lib. 4. nouæ Recop. Valaſc. conſ. 25. n. 11. vbi tenet quod ſi altera pars cui dilatio reſtituitur ex iure ſpeciali, re integra dilationi renunciet, tunc renuntiatio hæc & obeſt aduerſario.

AD §. I.

1 In text. ibi (*hũa sò dilação*) Dilatio probatoria in cauſa ciuili eſt peremptoria. Vide Frac. Viui. Neapol. deciſ. 289. n. 33. Aym. conſ. 197. ſub n. 2. Thom. Triuiſ. Venet. deciſ. 37. n. 1. & deciſ. 59. nu. 3. & 4. lib. 1. Petr. Gregor. Syntag. iuris lib. 48. cap. 8. n. 10. Camill. Borrell. in ſumma deciſ. tit. 47. à nu. 20. Mynſing. cent. 1. obſeruat. 71. & in cap. Vltra tertiam 55. n. 23. de teſtib. Cornaz. Lucenſi deciſ. 55. nu. 1. Maſcard. de Probat. concl. 517. n. 3. Surd. conſ. 97. à n. 16. Rurg. Ruland. tract. de Commiſſar. p. 1. lib. 2. cap. 11. n. 10. Etiam in cauſis ſummarijs ex Surd. d. conſ. 97. n. 19. Menoch. conſ. 100. n. 271. Cum incontinenti tamen, poſt terminum lapſum, probatio offertur, poſt admitti Tiraq. de Retract. tit. 2. §. 1. gloſ. 5. n. 10. Rebuff. ad leges Galliæ tract. de Dilat. gloſ. Vnic. nu. 1. Menoch. Remed. 1. Recup. nu. 241. cum ſeq. Perez tit. 6. lib. 5. Ordin. pag. 577.

2 In text. ibi (*com tanto que não paſſe de vinte dias*) Nota quod quemadmodum iudex terminum legalem certum poteſtatem non habet prorogandi, ita nec coarctandi, ac proinde arbitrium iudicis in eo ſilere. Vide Menoch. de Arbitr. caſu 52. num. 6. Soar. Sentent. lit. D. nu. 77. Et tempus, ac dilatio inſtantiæ à iure, vel ſtatuto præfixum prorogati à partibus nequit Borrell. d. tit. 47. n. 61.

3 In text. ibi (*a qual acabada, lha não poderà mays reformar*) Vide Tiraq. de Retract. titul. 2. §. 1. gloſ. 7. notab. 30. & 31. Maſcar. de Probat. concl. 1229. Azini. in Praxi Florent. §. 15. cap. 1. Cacherant. Pedam. deciſ. 22. nu. 4. vbi Alexand. ſequitur reſpondẽtem quód ſi ſtatutum permittat dicere de nullitate intra certum tempus, tunc poſt illud tempus non poſſit amplius de nullitate dici. Et nec moræ purgatio admittitur, elapſo termino, ex Soccin. reg. 331. incip. Mora purgari limit. 1. Surd. conſ. 97. à num. 16. cum multis ſeqq. & mora non purgatur vbi lapſus eſt terminis legis Surd. conſ. 8. n. 9. Si tempus dilationis fuit finitum, durantibus ferijs, quibus prouideri non potuit debet in integrum reſtitui, & reſoluit Franc. Marc. q. 35. n. 2.

4 In text. ibi (*ſaluo ſe antes que ſe acabe, a parte pedir outra dilação*) Vide Bellacomb. tom. 1. Commun. Opin. lib. 3. tit. 9. n. 6. propè finem. Parlad. lib. 2. rerum quotid. cap. fin. p. 5. §. 10. num. 18. Mendez à Caſtro in Praxi

Luſit.lib.3. cap.12. nu.2. Illi tamen non eſt concedenda, qui in prima dilatione, nullam probationem fecit ex Maſcard. de Probat. concl. 516. n.1.

5 Nota quòd ſecunda dilatione aſsignata intra primam, non currit tempus ſecundæ, niſi finita prima. Vide Tiraq. de Retract. titul.2. §.2. gloſ.1.n.23 & n.67.ad finem. Greg. l.2.verbo Coſa tit.15. part.3. Franc. Marc.q.34. Capic.deciſ.13.n.3. cum ſeqq. Mench.quæſt. frequent. cap. 14. n.10.

6 In text ibi (*& paſſada eſta dilação, &c.*)Nota tamẽ quod probationes, quæ intra certum tempus fieri debuerunt, ſi admiſſæ ſunt, aduerſario non opponente, valent, ita ex Hippol.in l.Si quis ne quæſtio nu.91. ff. de quæſt. reſoluit Cald. Pereira do Extinct. emphyt.cap.17.nu.10. verſ. Infero ſeptimo. Et confeſsio partis ſupereminet in iudicijs, vt etiamſi à lege, vel ab homine ſit ſtatutus terminus ad aliquid probandum, & ei elabatur, nihilominus poſt terminũ admitti debere partis confeſsionem reſoluit Valaſc. de Iure Emphyt. q. 7. n.29 quem refert Amat. Roder. in Pract.cap.6.n.5.propè finem.

AD §. I.

In text.ibi(*hũa sò dilação peremptoria*) Dilatio omnis probatoria de iure communi eſt peremptoria, etiãſi non fuerit oppoſitum verbum, *Peremptoria*, quia illud ex iuris diſpoſitione ſubintelligitur, ita Maſcard.de Probat.concl.516.num. 4. vbi nu.7. quamuis ſtatuta ſit abſenti, & nu.5. quod dilatio licet dicatur peremptoria, non tamen perimit ius, quia in alia inſtantia probari poteſt, licet in iſta perempta ſit facultas probandi.

AD §. III.

In text.ibi(*aſsinarà o julgador o termo que lhe bem parecer*) Dilationum materia iudici arbitraria eſt vt per Veſtri.in Pract. Romanæ Curiæ lib. 4. cap.1.in fine. Franc. Viui.deciſ. 11. n.9. Camill Borrell. in Summa deciſ.tit.47.de Dilation. n.52. Menoc. de Arbitr. caſu 52. nu.7. cum ſeqq. Ozaſc. Pedam. deciſ.22. à num.13. Amat.Roder.in Pract.cap.7. nu.29. in fine, vbi reſoluit, quòd licet termini probatorij ſint arbitrarij, coarctari, reſtringi, aut protogari à iudice valent, veluti attenta conditione, & qualitate perſonarum, & cauſæ, & locorum diſtantia.

AD §. IIII.

1 In text.ibi(*aſsinarà o julgador hum anno, & meyo*)Intra quem terminum ſi pars velocius teſtes adhibuit, ceſſat amplior dilatio ex reg.cap.Cum ceſſante de Appellat. & l. Adigere §. Quamuis ff. de Iure patron. reſoluit Cald. Pereira do extinct. emphyt.cap.14.n.4.& faciunt quæ Perez l.1.tit 6.lib.3 Ordin.pag 579 & alios Doct.cito infra hoc lib. tit.70. § 3.num 3.

2 Aduerte quòd quando dies aſſignatur à iudice dicente do terminum decem dierum, tunc dies, quo terminus datur, non computabitur in termino, ſi tamen diceretur à tali die, vel hinc vſquè ad talem diem, iſto caſu curret de momento, ad momentum, & numerabitur, eleganter Camill Borrell. conſ.19. nu.7. cum ſeqq. cent.1. & nouiſsimè in Summa deciſ.tit.47.de Dilation. nu.70. & 71.

AD

AD §. IX.

1 In text. ibi (*não poderà o julgador dar, ou reformar outra*) Nota teſtem, qui iurauit in termino, poſſe poſt terminum examinari, Surd. conſ. 8. n. 1. vbi n. 16. aſſerit, non poſſe examinari quando inter iuramentum, & examen multa interceſſerunt, & res non eſt integra. Sed Gutier. Pract. lib. 1. q. 54. reſoluit in dilatione arbitraria data à iudice, poſſe teſtes iuratos in termino examinari poſt terminum, ſecùs in legali. Morl. in emporio iuris p. 1. tit. 11. n. 25. Alphonſ. à Villadiego in gloſ. l. 2. tit. 4. lib. 2. *del fuero juzgo* n. 3. & 4. Amat. Roder. in Pract. cap. 7. n. 33. cum ſeqq. nouiſſimè Camill. Borrell. in Summa deciſ. tit 47. de Dilation. n. 117.

2 In text. ibi (*ou prouando a parte tão legitimo impedimento, &c.*) Veluti ſi impeditus fuerit facto aduerſarij, vide Marant. de Ordine Iudic. p. 5. pag. 226. n. 30. Benedict. Cap tom. 1. Commun. Opinion. lib. 4. tit. 9. nu. 272. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. §. 3. proœm n. 40. cum ſeq. Vel facto iudicis. Vide Maſcar. de Probat concl. 1229. num 89. cum ſeqq. & concl. 1236. n. 40. Vel ſi ſteterunt in compromiſſum partes. Vide Boer. deciſ. 294. n. 17. Robert. Lancelot. de Attentatis p. 2. cap. 15. à n. 34.

AD §. XII.

1 In text. ibi (*pedem a dita dilação maliciosamente*) Vide Ioſeph. Ludou. Peruſ. deciſ. 86. n. 1. Si autem conceſſa fuerit, & probatio non fuit facta, cōdemnabitur in pœna Ord. hoc libro tit. 20. § 35. & optima eſt praxis Caſtellæ vt illa dilatio, quæ petitur maliciosè extra Regnum, concedatur ſub comminatione pœnæ pecuniariæ in defectu probationis, Mendez à Caſtro in Praxi Luſitan. lib. 1. cap. 12. n. 3.

2 In text. ibi (*poderà cada hũa das partes aggrauar*) Vide Tiraq. in l. Si vnquam verbo Omnia n. 33. Menoch. lib. 1. de Arbitr. q. 70. nu. 5. Maſcard. de Probation. concl. 1229. n. 5. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloſ. 9. §. 1. in annot n. 191. Valaſc. conſ. 47. nu. 7. ad hoc quod ſententia, quæ non admittit aliquot probationes, ſine quibus producens, non poteſt obtinere, eſt interlocutoria, & ab ea non appellatur, ſed ſolùm reparatur per viam grauaminis in proceſſu.

AD §. XIII.

In text. ibi (*& o deſpacharà finalmente*) Vide in caſu notabili Cabed. p. 1. Areſto 39.

In cauſa alimentorum, nulla dilatio datur, quia venter moram non patitur, & ſi dandæ ſunt, breuiores erunt, vt per Cæſar. Barzium Bononi. deciſ. 80. n. 15. Surd. de Aliment. tit. 8. priuil. 2. num. 6. quos refert, & ſequitur Camill. Borrell. in Summa deciſ. titul. 47. de Dilation. num. 63. & 64.

AD §. XV.

1 In text. ibi (*não farà o julgador em eſſe feito innouação*) Deſumitur ex l. Siue pars Cod. de dil. Vide Anton. Gabri. lib. 2. ſentent. titul. de dilat. concl. 1. per totam, latè Lancel. de Attentat p. 2. cap. 7. Mench. Vſufreq. lib. 2. cap. 27. per totum vbi n 11. etiam fauore libertatis, & n. 14. etiamſi illa dilatio interpretatiuè finita videatur, & n. 16. licet perſona, cuius cauſa dilatio fit de medio ſubducatur. *Dilatione pendente nihil innouandū.*

Hh Quan-

2 Quando autem in criminalibus, data dilatione, officium iudicis conquieſcat, vt nihil aduerſus reum attentare, pendente dilatione, poſsit examinat noue Fatin. in Praxi crim. q.39.n.7. cum ſeqq.

AD §. XVI.

1 In text. ibi (*ou eſcriptura*) Vide Capic. deciſ.52. Menoch. de Arbitr. caſu 241. Viui. Neapol. deciſ. 235. Perez l.6.tit.11.lib.3 Ordi. pag.676. Maſcard. de Probat. concl.925. Bernard. Græuæ. ad Pract. Cameræ Imper. lib.1.concl.107. conſid.3. Et ſi pars contradicat productioni, poteſt qui eam in iudicio præſentauit, repetere à tabellione, Azeued. l.3.n.5. tit.5 lib.4. Recop.

2 In text. ibi (*que nomeou*) Nec ſufficit oſtẽdere ſacculum, vide Mench. quæſt. frequent. cap.32.n.16.

3 In text. ibi (*ſe dentro da dilação*) Dilatione finita, probatio facta eſt nulla. Vide Boer. deciſ. 352. faciunt quæ Caſſan. in conſuetud. Burgund. rub.1 §.2. verbo Durant fol.25. Maſcard. de Probat. concl.149. nu 25. & concl.1229. Amat. Roder. in Pract. cap.7.n.32. Et cum quid faciendum eſt in termino, factum poſt terminũ non releuat Flamin. Chartar. deciſ. 85. nu.5. Camill. Borrell. in Summa deciſ. titul.47. de Dilation. num.116. Limita aduerſario non opponente ex Cald. Pereira de extinct. emphyt. cap.17. num. 10. verſ. Infero ſeptimò.

4 Nota quod data dilatione ad probandam læſionem vltra dimidiam iuſti pretij in alienationibus, vel tranſactionibus rerum ſuarum ſi pars nihil probauit, vel non plenè probauit, poterit iudex ex officio inquirere verum valorem ipſius rei, & debet hoc facere etiam poſt concluſionem in cauſa Mench. in l. Si quis in ſuo §. legis in fine n.35. Cod. de Inoffic. teſtam. & de ſucceſſ. reſolut. lib.3. fol.24. quem refert, & ſequitur Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap.258. nu.44. vbi ampliat ad alios caſus, vt in iudicio reddendarum rationum inter tutores, & pupillos vide ibi n.46.

Ad tit. 55. Ordin. Regiæ. *In antiq. tit.42.*

Das teſtemunhas que hão de ſer perguntadas.

1 DE Teſtibus extant tit. in Iure Ciuili lib.22. Digeſt. tit.4. & lib.4. Codicis tit. 20. & in Iure Canonico lib.2. Decretal. titul. 20. & lib.2. Sexti. tit.10. & apud Hiſpanos tit.16. part.3. Et de teſtibus integros tractatus edidere Nepos de Monte Albano, Albericus de Maletis, Lanfrancus de Oriano, Iacobus Buttigarius, Iacobus Nouellus, Angelus de Peruſio, Iodocus Damhuderius, Nellus de S. Geminiano, Franciſcus Curtius, Ægidius Boſsius, Iacobus Cortus, Ioannes Campegius, Iuſtus Reuberus, Monticellus de S. Bobio, Iacob. Rebuffus, Hect. Æmilius, latiſsimè omnium Farin. tract. de Oppoſition. contra perſonas teſtium q.53. cum multis ſeqq. Viui. Soar. Kirchou. & alij tom. 1. Commun. Opin. lib.4. tit.10. Anton. Gabr. tom.3. Commun. titul. de Teſtibus pag.32. & Ioſeph. Ludou. pag 571. Cardoſ. in Praxi Iudic. verbo Teſtis. Fr. Ludou. Miranda de Ordine Iudic. q.23. & 24. Hortenſ. Caualcan. in Practica de Teſtibus. Alexand. Trentaſinq. Variar. reſol. lib.2. titul. de Teſtibus fol. 248. vbi duo-

duodecim reſolutiones habet ſuper hoc titulo. Amat. Roder. in Pract. de modo, & forma videndi, ſeu examinandi proceſſum cap. 7. de forma probationis. Curi. Philip. p. 1. §. 17. Prueuas. Noviſsimè Aloyſ. Ricci. in Praxi rerum fori Eccleſiaſtici deciſ. 437. cum ſeqq. Albertus Malateſta de Teſtibus.

2 Teſtis dictum in meliorem partẽ interpretandum ex Tiraq. in l. Si vnquam verbo Et poſtea nu. 1. Syluan. conſ. 94 n. 13. Et teſtis mentem potiuſquam verba eſſe attendendã dicit, Tiraq. in l. Si vnquam verbo Libertis num. 57. Et teſtium dicta ſunt iuuanda, non cauilanda. Vide Pariſ. conſ. 87. n. 41. vol. 3. Rebuff. d. tract. n. 9. Menoc. de Præſump. lib. 5 q. 23. n. 12. Gonz. ad reg. 8. Canc. gloſ. 9. §. 1. in annot. n. 96. Farin. q. 65. n. 74. & q. 68. n. 43.

3 Teſtium dicta intelliguntur ſecũdum cõmunem vſum loquẽdi. Vide Deci. in cap. In præſentia nu. 33. de Probat. Felin. in Procem. Decretal. n 5. Rebuff de reprob. teſtium n. 101.

4 Teſtibus peritioribus maior fides adhibetur, & potiùs Doctori, quàm non doctori. Vide Menoch. conſ. 380. n. 6. Maſcard. de Probat. concl. 1169. n. 14. Farin. in Praxi crimin. q. 65. n. 118.

5 Nobili plus creditur, quàm ignobili. Vide Rebuff. de reprob. teſtiũ n. 123. Menoch. de Præſumpt. lib. 6. q. 59. n. 9. Tiraq. de Nobilit. cap. 20. n. 35. cum ſeqq. Farin. d. q. 65. n. 115. Phœbos deciſ. 67. n. 8.

6 Maſculis plus creditur quàm fœminis, Rebuff. d. tract. nu 123. Farin. d. q. 65. n 179. Mench. frequent. cap. 30. n. 8. & n. 21.

7 Dignioribus magis creditur quã minus dignus. Vide Gabr. tit. de Teſtib. concl. 4. n. 34 Farin. q. 65. n. 114.

8 Doctori potius creditur, quàm non doctori. Vide Farin q. 65. n. 118. vbi n. 117. quod ditioribus plus creditur, quàm pauperibus. Et doctor creatus examine riguroſo perfertur illi, qui ſine examine fuit creatus, vt per Menoch. conſ. 126. n. 18. Sebaſt. Nævi. ad l. 1. Cod. de decretis ab ordine fac. n. 2 & in l. Adminiſtrantes 42. n. 3. ff. de Excuſati. tutor. Et prius licentiatus, & poſtea doctoratus. eſt præferendus medio tempore licentiato, & doctorato, Gonzal. ad reg. 8. Cancel §. 3. procem. n. 34.

9 Senioribus magis creditur vt per Tiraq. in præfat. primog. nu. 148. & ſeq. Maſcard. de Probatio. concl. 1295. & concl. 1296. n. 4. Menoch. de Præſump. lib. 6. præſ. 47. n. 3. Farin. in praxi delict. 2. p. q. 65. n. 17. Et ſenetus ætate ſit doctior, vſu tutior, proceſſu temporis ſapientior, ſecundùm Hieronimum, quem refert Phœb. deciſ. 66. n. 7. & . 8.

Prima Concluſio.

1 Teſtimonium vnius non probat cap. Licet vniuerſis cap. Veniens. cap. In omni negocio de teſtibus l. Iuſiurandi Cod. eodem. Vide Crot. de Teſtibus n. 208. Gabri. Cõmun. tit. de Teſtibus concl. 1. Menoch. de Arbitr. caſu 99. n. 19. Aldouin. conſ. 14. n. 27. & conſ. 22. n. 12. & conſ. 26. à n. 37. Pereg. conſ. 2. n. 38. verſ. Ad condẽnationem lib. 2. Ceuall. Communium contra cõmun. q. 494. n. 1. Frat. Ludou Miranda de Ordine Iudiciario q. 23. art. 1. Valaſc. conſ 73. Cald. Pereira quæſt. forenſ. conſ. 26. n. 11. plures refert Cened ad Decretum collect. 9. nu. 3. & multò plures Farin. in oppoſit. contra perſonas teſtium q. 63. n. 1. Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap 140. n. 4. Amat. Rode. in Pract. c. 7. de forma probat. à n. 18.

à n.18. Curi.Philip.p.1.§.17.à n.23.

2 Amplia primò, vt nec ſtatuto, nec conſtitutione, nec etiam à Principe, vel à Papa fieri poſsit, vt vnico teſti plena adhibeatur fides. Vide Tiraq. in tract. de Iudicio in rebus exig.in princ.verſ.Secunda ratio eſt, Maſc.de Prob.q.11.n.10.verſ.Primũ igitur.Ludou.Rodolphin.de ſuprema, & abſoluta Principis poteſtate cap.6 num.24. cum ſeqq. Aldouin. conſ.26.n.38.Farin.d.q.63.n.8.

3 Amplia ſecundò, in teſte ſenatoria, aut præſidali dignitate conſtituto. Cap. In nomine Domini cap. Licet ex quadam de teſtib.Farin.d. q.63. n.3. & n.14 quod nec fauore piæ cauſæ vnus teſtis probat.

4 Limita primò, concluſionem, vt non procedat de conſenſu partium. Vide Mynſing.cent.5. obſeruat.26. Turzan.tom.1.Commun.Opin. lib. 4. tit.1.de rebus creditis n.104.pag. 445. Soar. in Theſauro ſent. lit. T. n.108.Mench.Frequent.cap.29. nu. 4. Menoch.conſ.325.n.11. Gutier.l. Nemo poteſt num.138. ff.de legat 1. Maſcard.de Probat.in proœm. q.11. n.11.& concl.386. num 5. Ranchin. p.4. concl.200. Cald. Pereira in l. Si curatorem verbo Vel aduerſarij dolo n.2. Farin.d.q.63.à nu.18. cum ſequentibus.

5 Limita ſecundò, quando ipſe de re ſua teſtatur, vel teſtis teſtificatur contra producentem. Vide Cret.de Teſtibus num.209. Ioſeph. Ludou. concl.70. verſ.Fallit primò, Gabri. tit.de Teſtib.concl.1.n 18.lib.1. Menoch de Arbitr.caſu 99.à n.13. Viui. deciſ.172. Maſcard.d.q 11.n.15. Menoch.conſ.1.n.255. & conſ.21. n.14. & conſ.22.n.24.& conſ.23 n.1.cum ſeq.& conſ.60. n.17.& conſ.380. nu. 12. Farin d.q.63.nu.207. cum ſeqq. & 4.p.conſ 60.num 27.& nu.55.& n.103. & in nouiſsimè Rotæ deciſ. 820. nu.1. Steph.Grat. Diſcept.Forenſ. cap.151.nu.23. cum ſeqq. ex cap.nt.n.23.cum ſeqq.

6 Limita tertiò, quando non agitur de alicuius præiudicio. Vide Nell.de Teſtib.n.85.caſu 9.& n.87. in fine. Campeg. eod. tract. reg.93. fallent.3.Crot.n.213.& ſeq. Maſcar. q.11.n 14. Farin.d.q.63.n.26.

7 Limita quartò, in probando clericatu, quando tractatur de nemini præiudicium inferendo. Maſcard.concl.303.n.4. Rebuff.in tract. Nominationum q.22.nu.14. nouiſſimè Camill.Bortell.in Sum.omniũ deciſ.tit.7.de Cleric.& Sacerd.n.22.

8 Limita quintò, quando agitur de cauſis modicis paruæ quantitatis, breuioribus, & quæ ſummariè expediuntur. Vide Hippol.ſing.433.ad fi. nē. Maran.de Ord Iudic.p.3.diſt.9. n.75. Gabr.in tit.de Teſtib.concl.1. n.45.Maſcard.d.q.11.n.19.Farin.d.q. 63. n.30. Cardoſ.verbo Teſtis n.45.

9 Limita ſextò, quando agitur de impediendo matrimonio ante quã contrahatur. Vide Cardoſ.in Praxi iudicum verbo Teſtis n.43.Farin.d. q.63.n.48.

10 Limita ſeptimò, quãdo in ciuilibus cum vnico teſte concurrent præſumptiones aliquæ, tunc enim videtur induci plena probatio. Vide Decian.conſ.92.n.8.lib.1.Farin.d q. 63.à n.35. Card. d.verbo Teſtis nu. 44. Caputaq.deciſ.271. & 296.p.3.

11 Limita octauò, in officiali, cui ſolum dicenti ſe nuntiaſſe, vel citaſſe creditur. Vide Nell.de Teſt.n.85. caſu 18.Farin.d q.63.n.40.& 41.

12 Limita decimo, quando ſumus in probatione actus, in quo impoſſibile, vel ſaltem difficile eſt habere plures teſtes per text. in l.1. §.fin. ff.de Verbor. oblig.tenent Hippol. in l.

in l. Si quis ne quæſtio nu. 184. ff. de quæſt. Maſcard. d. q. 11. n. 18. Farin. d. q. 63. n. 38.
13 Limita vndecimó, in probatione confeſsionis pœnitentialis. Vide Franc. d q. 63. n. 37.
14 Limita duodecimo, in probanda ignorantia veriſimilis cauſæ. Vide Farin. d. q. 63. n 49.
15 Limita decimó tertio; in probanda qualitate alicuius rei. Surd. deciſ. 166. n. 18.
16 Limita decimo quartò, in probanda innocentia. Vide Maſc. concl. 904. nu. 10. & concl. 491. n. 17. & 18. Far. d. q. 63. n 43. & 4. p. cōſ. 60 n. 102.
17 Limita decimo quinto, in probatione appellationis á ſententia: Vide Maſcard concl. 114 in fine.
18 Limita decimo ſexto, in probandó poſſeſſorio. Vide Carroc. deciſ. 126. Stephan. Gratian. Match. deciſ. 192. Farin. d. q 63. n. 30.
19 Limita decimoſeptimó, in probanda bona fide. Vide Maſc. concl. 232. Surd. deciſ. 149. nu. 26. Burgos conſ. 40. n. 16.
20 Limita decimo octauo, in probanda abſolutione ab excommunicatione. Vide Maſcar. concl. 12. n. 3.
21 Limita decimo nono, in probāda mala fide. Vide Bur. conſ. 40. n. 16. Gam. deciſ. 90. n. 2. Maſc. cōcl. 232.
22 Limita vigeſsimò, in probando mendacio, vel maleficio. Vide Hortenſ. Caualcan. in Pract. de Teſtibus p. 2. n. 126. & 127.
23 Limita vigeſsimo primo, quando agitur de excuſando querelantē ab expenſis. Vide Carroc. deciſ. 67. quem refert Aloyſ. Ricci. in collect. deciſ p. 2. collect. 224. in med.
24 Limita vigeſsimo ſecundo, quādo probatur aliquē fuiſſe baptizatū. Vide Farin. d. q. 63. n 24. Optimè P. Comit. Reſponſ. Moral. lib. 1. q. 1. n. 5.
25 Limita vigeſsimo tertio, in probanda conſecratione Eccleſiæ. Vide Maſcar. concl. 415. n 4. P. Azori. Inſtit. Moral. p 1. lib. 10. c. 26. col. 1025.
26 Limita vigeſsimo quarto, in teſte, qui deponit de facto quod ipſe tractauit tanquā mediator, quia plenè probat. Vide Caputaq. deciſ. 267.
27 Limita vigeſsimò quinto, quādo vnus teſtis aduerſus ſuum commodum teſtificatur, quia plenè creditur. Vide Anton. Fabrum in ſuo Codice ſub tit. de Teſtib. diffinit. 20.

Secunda Concluſio.

1 Teſtes de auditu alieno, non probant. Vide cap Licet ex quadam in princ de teſtibus, & apud Hiſpanos l. 28. tit. 16. part. 3. Matant. de Ordine Iudic. rub. de Teſtium productione n. 10. Nep. de Teſtib. nu. 542. Curt. eod. tract. cōcl. 31. n. 68. in prin. Monticell. in repert. rub. ratio teſtis de auditu. Bonacoſ. p. 1. verbo Teſtis de auditu fol. 170. Menoc. de Arbitr. caſu 475. à n. 10. & conſ. 98. à n. 53. & conſ. 199 n. 36. Rebuff. de rebrobat. teſtium à n. 51. cū ſeqq. Hieron. de Monte in tract. finiū regund. cap. 51. n. 5. Maſcard. de Prob. concl 151. & concl. 395. n 3. & concl. 457. nu. 2. Pului. Pacian. eod. tract. lib. 1. c. 9. n. 11. cum ſeqq. Hect. Æmil. in tract. de Teſtibus rub. Teſtis auditum alienū deponens nō probat. Surd. conſ. 94. n. 76. & conſ 328. n. 2. Morl. in empo rio iuris p. 1. tit. 11. in prælud. nu. 47. Aloyſ. Ricci. in collect. deciſ. p. 2. col lect. 327. Alfonſ. conſ. 44. n. 1. Fr. Ludou. Miranda de Ordine Iudic. q. 23. art. 3. Farin tom 2. de oppoſit. cōtra nullit. teſtium q. 68. Fr. Paulin. Berti Lucenſ. in Praxi crim Regul. tit. 14. c. vnico n. 10. Cab. p. 2. deciſ. 73. n. 3. plures ex antiquioribus Doct. refert

Cened. ad Decretal. collect. 172. nu. 1. Alexand. Trentaſinq. Vari. reſolut. lib 2. titul. de Teſtib. reſolut. 6. Amat. Roder in Pract. cap 7. nu. 57. Nec facit indicium ad torturam ex Farin. d. q 68 n. 14. & n. 20. etiamſi teſtis dicat ſe audiuiſſe à tali homine antiquo, qui erat magnæ antiquitatis, & n. 21. licet ſit in fauorem piæ cauſæ, & nu. 22. quamuis fama concurrat

2 Limita primò, quando teſtificantur de auditu proprio, cum audiunt notas voces contrahendum, vel loquentium. Vide Cott. in Memorab. verbo Teſtis fol. 872. Syluan. conſ. 91. n. 20. Rebuff. in tract. de Probat. teſtium n. 51. & 63. Viui. tom. 1. Commun. Opinion. lib. 4. tit. 9. de Probat. nu. 71 pag. 485. Soar. tom. 2. lib. 4. tit. 13. de teſtam. nu 67. pag. 44. Cardin. Mantic. de tacitis & ambig conuent. lib. 1. tit. 10. nu. 2. Trentaſinq. d. reſolut. 6. n. 4. Amat. Roder. d cap. 7. n. 57. verſ. Si veró.

3 Limita ſecundò, in adulterio, quod per auditum copulæ, vel commiſtionis ex tenui pariete, cortina, vel pallio in nocte probatur. Vide Maſcard. concl. 62. Farin. d. q. 69. n. 197. cum ſeqq.

4 Limita tertiò, in probãda vnione beneficiorum. Vide Caputaq. deciſ. 344. p. 3. quem refert Aloyſ. Ricci. d. collect. 327.

5 Limita quartò, in antiquis. Vide Hieron. de Monte in tract. finium regund. cap. 51. n. 7. Gabri. tit. de Teſtib. concl. 3. n. 1. Menoch. de Arbitr. caſu 475. nu. 10. cum ſeqq. & conſ. 241 nu 23. Hect. Æmil. in tract. de Teſtib. in materia teſtis de auditu n. 10. cum ſeqq. Maſcard. de Prob. concl. 104. nu. 1. & 2. & concl 395. nu. 5. Fului Pacian. eod. tract. lib. 1. cap. 9. n. 45. Surd. conſ. 410. num. 73. Garci. de Nobilit. gloſ. 18. §. 1. Alexand. Trentaſinq. d. reſolut. 6. nu. 2. Amat. Roder. d. cap. 7. nu. 57. Soar. de Paz in Pract. tom. 1. p. 1. temp. 9. n. 18. Frat. Ludou. Miranda d. q. 28. art. 3. concl. 3. Perez de Lara de Capellan. lib. 2. cap. 4. à n. 11. & á n. 125. Nicol. Garci. de Benefic. p. 7. cap. 15. n. 35. Farin. d. q. 69. n. 125. cum ſeqq. & n. 141. quod debent dicere ſic ſe audiuiſſe ab antiquioribus, & maioribus ſuis. & n. 142. quod dicitur antiquum quod eſt centum annorum.

6 Limita quintò, in probandis confinibus quando ſumus in antiquis. Vide Hieron. de Monte cap. 52. per totum Maſcard. concl. 395. n. 4. Farin. d. q. 69. n. 130.

7 Limita ſextó, in prob[illegible]ure patronatus in tempore a[illegible]ſſimo, vide Lambert. de Iure patron. p. 2. lib. 2. art. 4. q. 10. n. 14. Menoch. conſ. 241. n. 23. Farin. d q. 69. n. 132.

8 Limita ſeptimò, in probando dominio in antiquis. Vide Maſcar. concl. 547. n. 8. & 9.

9 Limita octauò, in probanda conſanguinitate, affinitate, vel parentella cap. Licet ex quadam de teſtib. Mynſing. cent. 6. obſeruat. 58. Fului. Pacian. d. cap. 9. nu. 43. Surd. deciſ. 145. Farin. d. q. 69 à n. 103. Maſcard. concl. 104. n. 19. Et debent eſſe plures ex Farin. n. 114. & debent ſpecificare ſingulos gradus conſanguinitatis excepto ſtypite n. 117.

10. Limita nonò, in nobilitate auorum, quæ probatur per teſtes de auditu ſi ſint vicini, & propinqui. Cabed. p. 2. deciſ. 73. n. 16.

11 Limita decimò, in cauſa denunciationis, vel alia, in qua modica ſcientia fidem facit, Farin. d. q. 69. num. 54.

12 Limita vndecimo, contra producentem contra quem teſtes de auditu

Digitized by Google

auditu plenè probant. Gabri. de Teſtib. concl. 1. nu. 14. & 15. Farin. d. q. 69. n. 57.

13 Limita duodecimo, in probatione filiationis. Vide Maſcard. concl. 797. n. 19. verſ. Verum opinio Farin. d. q. 69. n. 63.

14 Limita decimo tercio, in cauſa matrimonij. Vide Maſcard. concl. 797. n. 19. Farin. d. q. 69. n. 72.

15 Limita decimo quartò in probatione metus in cauſa matrimoniali. Vide Hect. Æmil. tract. de Teſtib. in materia teſtis de auditu nu. 71. Farin. d. q. 69. n. 67.

16 Limita decimo quinto, in probatione fraudis per hæredem in hæreditate commiſſæ. Hect. Æmil. vbi ſu[illegible].78. Fului. Pacian. d. cap. 9. n. 4[illegible]rin. d. q. 69. n. 68.

17 Limita decimo ſexto, in cauſa poſſeſſorij. Vide Hect. Æmil. vbi ſupra n 79. Pacian. d. cap. 9. n. 50. Farin. d. q. 69. n. 69.

18 Limita decimo ſeptimo, quando agitur de probando memoriam hominum extare. Hect. Æmil. vbi ſupra n 20. Maſcard concl. 104. n. 9. & 10. Farin. d. q. 69. n. 84.

19 Limita decimo octauo, quando teſtimonium de auditu eſſet adminiculatum ex alijs adminiculis, & coniecturis. Vide Hect. Æmil. vbi ſupra n. 10. Menoch. de Arbitr. caſu 475. n. 9. Fului. Pacian. d. cap. 9. nu. 33. Farin. d. q. 69. n. 44. cum ſeqq.

20 Limita decimo nono, in probanda ſubornatione teſtium, vt per Mart. deciſ. 17. quem refert Aloyſ. Ricci. in Praxi Eccleſiaſt. Neapol. deciſ. 445. num. 1.

Tertia Concluſio.

1 Teſtes ſingulares non probant, nec ad probationem faciendam coniunguntur cap. Cauſam de Probar. cap. Cum Eccleſia Sutrina §. Nos igitur de cauſæ poſſeſſ. & propriet. Vide Hippol ſing. 114. Cott. in Memorab. verbo Teſtes ſingulares, Lanfranc. de Teſtib. n. 26. Crot eod. tract p. 7. n. 317. & 319. Monticell. in repert. Teſtium rub. Teſtes ſingulares, Rebuff. de reprob. teſtium à nu. 512. Sayr. in Claui Regia lib. 12. cap. 21. à nu. 15. Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap. 144. à n. 24. Amat. Roderi. in Practica cap. 7. de forma probat. n. 60. Menoch. conſ. 175. nu. 13. & conſil. 186. num. 24. cum ſeqq. Maſcard. de Probar. concl. 347. nu. 56. Surd. conſ. 303. n. 41. Flores Vari. lib. 3. q. 22. á n. 37. Fr. Ludou. Miranda de Ordine Iudic. q. 23. art. 4. Morl. in emporio iuris p. 1. tit. 11. in præl ud. n. 50. Ignat. del Villar in Sylua reſponſ. lib. 1. reſp. 9. Farin. in Praxi crimin. p. 2. de oppoſitione contra perſonas teſtium q. 64. Itaut minus probent mille teſtes ſingulares, quàm vnus, Morl. d. tit. 11. in prælud. n. 51. Farin. d. q. 64. nu. 39. Aldouin. conſ. 53 num 5. Hortenſ. Cauale. in Pract. de Teſtibus p. 2. n. 135. nouiſsimè Mendez à Caſtro in Praxi ſeculari Luſitaniæ lib. 3. cap. 15 n. 7.

2 Limita primò, in cauſa hæreſis, quæ probatur per teſtes ſingulares. Ita Guid. Papæ q. 44. Boer. deciſ. 23. n. 44. Franc. Curt. in tract. de Teſtibus concl 37. á n. 77. Anton. Gagri. commun. tit. de Teſtib. concl. 2. nu. 41. Viui. in ſuis Commun. Opin. verbo Teſtes ſingulares. Caccialup. in reper. l. Admonendi á nu. 84. vbi Iaſ. n. 256 Hippol. conſ. 1. n. 41. 46. & 58. & conſ. 39. nu. 22. ad finem Anton. Gom Vari. tom. 3. cap. 12. nu. 12. Albertin de agnoſcendis aſſert. cap. 1. q. 16. n. 51. Monticel. in rub. teſtes in crimine hæreſis verſ. 1. cum ſeqq.

Digitized by Google

Zanchin.in tract. de hæred.cap. 16. n.6 Menoch.de ſucceſ.creat.lib.2.§. 4 nu.45.plures refert,& ſequitur Farinac.d.q 64.nu.201. Contrariam tamen opinionem ſequuntur Nell. de teſtib.nu.213 .verſ. Ad probandū certum crimen hæreſis. Pallat. in alleg hæreſis §.12.Simanch.in tract. de hæred.tit.64. rub. de teſtib.à nu. 69.Brun.eod.tract.lib.4.cap.9.Roj. p.2 aſſert.6.n 134. cum ſeqq.& ſing. 204 n.2. Emer. in directorio Inquiſ. p.3.q 72.nu.1. vbi Peña comment. 121. col 1. verſ. Primum eſt Maſc. de prob. concl.856. Menoch. conſ. 82 nu.139.& conſ.149 nu 17.& 44. P.Delri. Diſquiſit Magic.li.5.q. 9.& 10.col.mihi 448.cum ſeqq. Sayr.in Claui Regia lib. 12.cap.21. num.16. Fr.Ludou. Miranda d. art.4. concl. vni.in fine.Cenall. Communium cōtra commun. q. 721. Morl d tit.11. in prælud. nu.51.Ignat. del Villar d. reſp.9.n.38. cum ſeqq & nu 40.etiā ſi cum teſtibus ſingularibus cōcurrat fama publica.

3 Limita ſecundò in delicto ſodomiæ ex pragmatica anni 1598. edita Matriti, qua attenta ex teſtibus ſingularibus deponentibus ex actibus ſingularib. cū alijs probationib. ibi cōtentis proceditur ad cōdēnationē pænæ ordinariæ, de qua teſtatur Igna.de Villar d.reſpōſo 9.n.40.

4 Limita tertiò teſtem ſingularē circa tempus probare quando tempus nō eſt de ſubſtātia negotij, quia ſi de eo interrogetur ſufficit reſpondere, ſe de eo non recordari, quod eſſet ſecus reſpectu loci, nam ſi teſtis interrogatus de loco delicti reſpondeat, ſe non recordari non probaret, ita optimè declarat Ignat de Villar d reſp 9 à nu.42.cum ſeqq. & per concluſiones latiùs Farin. d.q. 64.à num.95.

5 Limita quartò in teſtibus ſingularibus ſingularitate adminiculatiui quando agitur de probando officio,ſtatu, & qualitate perſonæ, quia omnia includunt ſub ſe plures actus particulares, & conficiuntur ex diuerſis actibus, & ſunt ſicut quodlibet integrale & faciunt plenam fidē. Ita Flores de Mena dict. quæſt. 22. num. 43.

6 Limita quintò quādo agitur de prouando vnam originem, & vnam cauſam prouenientem ex pluribus actibus. Vide Aym.de antiq.temporum p 4.verſ. Sed enim nu. 14. quō refert Farinac. dict.quæſt.64.num. 159.

7 Limita ſextò quando agitur de probando vnum totum, nam tunc teſtes ſingulares deponentes de diuerſis partibus benè probant illud totum Farinac. d.q.64. nu.160. vbi n.161.aſſerit procedere,quando producens teſtes expreſsè capitularet de partibus, vel de actibus inferentibus totum.

8 Limita ſeptimò in probanda poſſeſsion. Vide Caputaq.deciſ.269. p.3 Gabr. titul.de teſtibus concl. 2. n.32.& 34. Ozaſc.Pedam.deciſ 99. à nu.25. Aldou.conſ.45. nu.30. Flores d.q 22.nu.42 Farin.d.q.64.à n. 164.

9 Limita octauò in probanda iuriſdictione in genere. Vide Hippol. conſ. 7. num 27. cum ſeqq. lib. 1. Gabriel.d.concl. 2 nu. 22. Maſcard. concl.947 Farinac.d. q 22.n.42. d. q.64.nu.182.

10 Limita nonò in probando dominio. Vide Flores dict. quæſt. 22. num.42.

11 Limita decimò in probanda cōſuetudine Vide Maſc. concl. 423 n. 8 & concl 424. nū.11.& 62. Ozaſc. Pedam.deciſ. 99. num. 27. Farin. d. q. 64.

q.64.n.190. vbi nu.191. plures citat Doctores contrarium tenentes.

11 Limita vndecimò, in probanda vſura. Vide Cou. Vari. lib.3. cap.3. n. 5. verſ. Verum quoties Gabri. d. cõcl. 2. nu. 28. Maſc. concl. 1417. Perez l. 8. tit. 15. lib. 2. Ordin. pag. 360. Auẽd. de Exequendis mand. p.2. cap. 29. n. 2. Geminian. de Vſuris comment. 4. in præfat. nu. 27. cum ſeqq. Menoch. de Arbitr. caſu 135. nu. 23. Cardoſ. in Praxi iudicũ verbo Vſura n. 19. in med. Pradil. in Summa legum pænal. p.1. cap. 30. n.4. Farin. d.q. 64. nu. 195. Ignat. del Villar d. reſp. 9. nu. 58. Flores d.q 22. n.43. Cardin. Mãti. de tacitis, & ambig conuent. lib. 8. tit. 19. nu. 5.

13 Limita duodecimò, quãdo agitur de probando inhoneſtam, & meretriciam vitam alicuius mulieris, vel diffamationem in genere. Vide Ioſeph Ludou. cõcl. 64. verſ. Et ad probandum Maſcard. concl. 1063. num. 37. Farin. d.q. 64. nu. 223. Flor. d. q. 22. nu. 43.

14 Limita decimo tertiò, in probanda fama. Vide Maſcard. concl. 236. & concl. 749. nu. 23. Farin. in Praxi crimin. q. 45. à n. 265. & d.q. 64. nu. 253.

15 Limita decimo quartò, in probando infamiam facti. Vide Coua. lib. 3. Variar. cap. 3. nu. 5. in princ. Farin. d. q. 64. n. 254.

16 Limita decimo quintò, in probatione furoris. Vide Marant. in repet. l. 1. ſi poteſt nu. 130. verſ Prædictis adde ff. de acquir. hæred. Hercul. in tract. de Negatiua nu. 157. ad finẽ. Gabriel. d. cõcl. 2. n. 42. Maſcar. cõcl. 827. nu. 7. & concl. 1045. n. 33. Farin. d.q. 46. nu. 259. Cald. Pereir. q. foréſ. conſ. 24. nu. 7.

17 Limita decimo ſextò, in probãda demẽtia. Vide Burg. cõſ. 11. n. 10.

18 Limita decimo ſeptimò, in probanda malam fidem, & ſententiam. Vide Surd. conſ. 373 nu. 34. Farin. d. quæſt. 64 nu. 257. & nu. 294.

19 Limita decimo octauò, in probatione doli: Farinac. d.q. 64. n. 273. & p. 4 conſ. 40. nu. 7.

20 Limito decimo nonò in probatione minarum dũmodò ſint cõcordes in illarũ qualitate, licet diſcordes in loco, & tempore. Vide Gabriel. d. concl. 2. nu. 56. Farin. q. 45. nu. 41. & 42. Et q. 50. n. 41. & d.q. 64. nu. 275 cum ſeqq.

81 *Sollicitator* electus à principali non poteſt eſſe teſtis in eadem cauſa, in qua ſollicitauit. Vide Gabri. t. t. de Teſtib. concl. 12. n. 1. Menoch. de Arbitr. lib. 1. q. 63. num. 6. & conſ. 92. n. 86. & conſ. 199. n. 20. Menoch. frequent cap. 33. nu 7. Maſcard. concl. 1317 Hector. Æmil. in tract de Teſtib. p. 1. verbo Teſtis affectionem habens nu 18. fol. 107. latè Farin. q. 60. à n 244. cum multis ſeqq.

82 *Sodomita* non poteſt eſſe teſtis. Vide Nouell. reg. 216. n. 28. Maſcar. concl. 1313. n 6.

83 *Spurij* non ſunt teſtes integræ fidei, & omni exceptione maiores. Vide Bonacoſ. tom 1. Cõmun. Opin. lib 4. tit. 10. n. 282. cũ ſeqq. pag. 544. Rebuff. d tract. n. 500. cũ ſeqq Maſcard. concl. 1356. nu. 31. Farin. q. 56. n 399. cum ſeqq. vbi nu. 410. limitat in ſpurio bonæ vitæ, & famæ, vel nobili, & magnæ conditionis.

84 *Teſtis* qui tractat de ſe exonerando, nullam fidem facit. Vide Syluan. conſ. 51. n. 9. & conſ. 91. num. 22. Bart. in l. Deferre n. 2. ff. de Iure fiſci. Viui. tom. 1. Commun. Opin. lib 4. tit. 9. n. 106. pag. 491. Menoch. conſ. 23. nu. 24 Rot. Genuenſ. deciſ. 84. Bobadill. in ſua Politica lib. 5. cap. 2. num. 52 Farinac. p. 4. conſ. 60. n. 83.

85 Teſti non creditur, cum nimis animoſe deponit, & de illo, quod ſciri non poteſt Vide Menoch. conſ. 31. n. 27. & de Præſumpt. lib. 2. q. 55. n. 3. Maſcard. concl. 1365. n. 2. & cõcl. 1368. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloſ. 48. n. 33. Farin. q. 60 n. 35. Et de teſte iudicante vide Menoch. conſ. 31. num. 28. & conſ 45. nu. 25. & conſ. 114. num. 4. & conſ. 149 num. 21. & 22. Bonacoſ Commun. crimin. p. 1. verbo Teſtis fol. 171. in fine, & p. 2. eodem verbo fol. 81.

86 Teſtis qui dixit, quòd vellet quod pars pro qua teſtificatur obtineret, non eſt idoneus. Vide Menoch. conſ. 199. num. 48. Maſcard. concl 1356. n. 27.

87 Teſtis qui habet ſimilem cauſam, eſt ſuſpectus. Vide Hieron. de Monte de finibus regund. cap. 58. nu. 13. Bonacoſ. Commun. crim. p. 1. verbo Similitudo fol. 152. Maſcard. concl. 1357. num. 54. Bobadill. in ſua Politica lib. 5. cap. 2. n. 53.

88 Teſtis reſpondens vltra interrogata videtur ſuſpectus ex l. Quæ omnia §. 1. ff. de Procurat. Vide Pinel. in l. 2. Cod. de Reſcind. vend. p. 3. cap. vlt. n. 41.

89 *Tutor* non poteſt eſſe teſtis in cauſa pupilli pro pupillo. Paul. Montan.de Tutelis cap.31.n.8.cum ſequentibus.

90 *Vacillans* deponenda varia, & diuerſa punitur de falſo. Vide Farinac.q.65 n.57.

91 *Vario* teſti, & ſibiipſi contrario non eſt fides adhibenda, imò punitur de falſo, l.Qui falſo ff. de Teſtib. canonizata in cap.Qui falſo 4. q. 3. l.Eos ff.de falſis.Vide Clar.§.Falſum verſ.Teſtis. Menoch. de Præſumpt. lib.5.q.23.num.2.& 3. Farin. q.65. à n.56.& p.4.conſ.39.nu.9.cum ſeqq. nouiſsimè Aloyſ.Ricci.in Praxi Eccleſ.Neapol.deciſ.446.

92 *Venditor* in cauſa rei venditæ, teſtis eſſe non poteſt pro emptore. Vide gloſ. in l. Nullus verſ. An autem venditor ff.de Teſtib. Maſcard. concl.1357.n.11. Rebuff.d.tract.nu. 565. cum ſeqq. Farin.q 60. á n.325. quando illi tenetur de euictione, vt per Alexand. Trentaſinq. Vari. lib.2. titul. de Teſtibus reſolut.3. à num.1.

93 *Vitricus* in cauſa præuigni teſtem eſſe poſſe dicit iudicatum Melch.Phcæb.deciſ.91.n.4.

94 *Vſurarius* à teſtimonio arcetur. Vide Gemin. de Vſuris commento 4. in præfat. num. 4. Seraphin. de priuilegijs Iurament.priuil.33.n.46. Maſcard. concl. 1356. num.25. Rebuff.d.tract. num.587. Farin. q.60. num.77.

95 *Vxor* non poteſt eſſe teſtis in cauſa mariti. Vide Rebuff. d. tract. n.588.cum ſeqq.Farin.q.54.à n.210. Stephan.Gratian. Diſcept. Forenſ. cap.144.n.4.cum ſeqq.

96 Nota hos caſus, in quibus de iure communi teſtes reprobantur, attenta noſtra Ordinatione,non ita eſſe accipiendos,cum tantum teſtes illi repellantur, de quibus mentio fit infra tit.56.cæteri verò admittuntur vt in princip. eiuſdem tit. probauimus,qui ſi ſint de exceptis fides illis diminuitur, prout in terminis legis Caſtellæ reſoluit Amat. Roder. in Pract. de modo, & forma vidédi,ſeu examinandi proceſſum cap.9.n.41.

AD §. I.

In text.ibi (*as teſtemunhas que no ditto logar houuer de dar*) An teſtes actoris priùs debent examinari, quàm rei? Vide Bald. in l.Qui prior ff. de Iudi. Felin. in cap. Cum cauſam num. 1. de Re Iudic. Rot. Bonon.deciſ.32. num.10. Maſcatd. de Probat. concl.37.

AD §. II.

1 Nota effrenatum teſtium numerum à iudice cohibendum cap.Significauerunt, cap. Cum cauſam de teſtib. l.1. ff. eod. Vide Campeg. de Teſtib.reg.272. Menoch.de Arbitr. caſu 249.& conſ.367. n.39. Maſcar. concl.1077.n.1.& concl.1081.Farin. in Praxi crim.p.2.de oppoſit.contra examen teſtium q.80.à n.114.Amat. Roder.in Pract cap.7.n.21.

2 In text.ibi(*vinte teſtemunhas*)Romani tamen per ſtatutum lib.1.rub. de numero teſtium cap.73.in qualibet cauſa vltra teſtes ſeptem non poſſunt dare, de quo Farin.d.q.80. n.116 Hiſpani l.7. tit.6. lib.4. nouæ Recop in qualibet cauſa vltra triginta teſtes dare non poſſunt. Amat. Roder.d cap.7.n.21.Curi.Philip. p. 1.§.17.n.10.

AD §. III.

In text.ibi (*ſete teſtemunhas, & mays não*)Quid ſi adiungatur inquiſitio

ſitio teſtium alterius proceſſus? Dic quòd non debent numerari in illis ſeptem, cum talis probatio non dicatur fieri per teſtes, ſed per ſcripturam ex Hippol. conſ. 92. n. 12.

AD §. IIII.

In text. ibi *(que as houue de nouo)* De nouo enim emergentia, nouo indigent auxilio l. De ætate §. Auxilium ff. de interrogat. action.

AD §. V.

In text. ibi *(ſejão nenhũas)* Nec faciunt indicium ex Surd. deciſ. 153. num. 7.

AD §. VI.

1 Vide Gregor. l. 27. tit. 16. part. 3. Maſcard de Probat. in procem. q. 5. n. 57. Cabed. p. 1. deciſ. 15.

2 Quæſtio eſt controuerſa, in qua vidi intra tres menſes duas contrarias proferri ſententias: Vtrum ſcilicet iudex poſsit cogere teſtes alterius prouinciæ, vt veniant ad locum vbi ipſe eſt ad teſtificandum? Quod poſt iudicatum vidi Portucalenſi Senatu, anno Domini 1593. die verò 2. Maij in grauamine quodam Violentæ Dalmeida vxoris Aluari Pinheiro de Mouquim Barcellenſis territorij, contra Gaſparem Rebello Vimaranenſem: Iudic. D. D. Emmanuele Velho Freire, & Franciſco à Coſta de Vaſconcellos, ſcriba Didaco Moreira. Iterum iudicatum vidi eodem Senatu, die 17. Aprilis, anno Domini 1598. in grauamine quodam Eduardi de Mello, & fratris Stephani Ferreira è Ciuitate Portuenſi, contra D. Brites Pereira, & D. Hieronymam Ferreira eius filiam, ſcriba Antonio de Mendoça.

Senatus Portucal. indicauit.

3 Contrarium tamen, imo quòd iudex non poteſt teſtes alterius iuriſdictionis cogere, vt veniant coram ſe teſtimonium proferre, vidi in eodem Senatu aliquoties iudicari, prout etiam nouiſsimè iudicatum fuit anno Domini 1608. in grauamine quodam Balthazaris Delgado Daureu Portuenſis, contra Didacum à Fonſeca, Iud D. D. Emmanuele Leitoneo, & Amatore Ribeiro, & pro hac parte etiam iudicatum fuiſſe refert, Cabed. p. 1. deciſ. 15. num. 5. & videtur deduci ex doctrina Panorm. in cap. Conſtitutus num. 5. de Fideiuſſor. facit text. in l. Sed ſi quis ex ſignatoribus, iuncta gloſ. ff. quemadmodum teſtament. aper. gloſ. 1. in l. Si quando Cod. de Teſtibus. Deindè facit Ordin. in præſenti, quæ hoc tribuit expeditoribus Senatus, & caſus exceptus firmat regulam in contrarium l. Nam quod liquide ff. de penu leg. cap. 2. de coniugio lepros. & ſi idem voluiſſet in alijs iudicibus inferioribus expreſsiſſet iuxta text. in l. Vni. §. Sin autem ad deficientes Cod. Caducis tollend. cap. Ad audientiam o 2. de decimis. Vlterius facit quòd in regimine aulicorum Senatorum §. 86. cauetur regium diploma poſſe concedi, vt iudices extra ſuam prouinciam inquirere poſsint teſtes ad cauſam, de qua cognoſcunt, & hanc opinionem tenet nouiſsimè Stephan. Gratian. Diſceptat. Forenſ. cap. 169. num. 2. cum multis ſequentibus, vbi etiam aſſerit aliam opinionem eſſe ſequendam ſi adſit conſuetudo.

Supplic. Portucal. iudicauit.

4 In text. ibi *(venhão em peſſoa)* Nota teſtem regulariter teneri in figura iudicij, & viua voce non in ſcriptis teſtimonium perhibere per text.

Kk 2 in cap.

in cap.Hortamur 3 q.9. cap. Relatū 5.q.3. Vide Franc. Marc. Delphin. deciſ.378. nu.1. p.1. & deciſ.689. ad finem p.2. Soar.in Theſaur.ſentent. lit.T.num.165. Rutger. Ruland. de Commiſſar. p.2. lib.2. cap.15. Maſcard. in procem.q.5. num.11. Farin. q.80. n.27.

5 Dubitatum fuit, *ſe o Corregedor da Corte podia mandar vir a ella as teſtemunhas nos feitos que ſe proceſſaſſem diante delle? Determinouſe que ſy podia, & que tinha alçada para iſſo*, teſte Melchiore Phœbo tom.1. Areſto 30.

Senatus Supplic. ſtatuit.

6 In text.ibi(*para pagar as dittas deſpeſas*)Nota teſtes eſſe euocandos, & alimentandos ſumptibus producentis l Quoniam liberi Cod.de Teſtib. l.Eos Cod. de Appellat. cap.Si teſtes § Liberi verſ. Venturis 4. q.3. cap.Statutum § pen.de Reſcript. in 6. Vide Cacher.deciſ.49. nu.9. Nicol.de Leſcurt. de examine teſtium cap.16. nu.1. Azin in Praxi Florent. §.21. cap.5. caſu 2. Menoch. de Arbitrar.caſu 310.n.10. Rutger.Rulan. de Commiſſar.p.1.lib.3.cap.13. nu.3. Camill.Borrell.conſ.21.ſub num.16. Monter. à Cueua Aragon. deciſ.36. n.25. Surd.de Alim.tit.1.q 62. nu.1. nouiſsimè Aloyſ.Ricci in Praxi Eccleſ.Neapol.deciſ.441.

7 Debent petere moderatos, & non delicatos ſumptus,quales con ſueuerunt facere domi ſuæ. Vide Bellacomb.tom.2.Commun.Opin. lib 7. tit.13.nu.61. pag.257. Gregor. l.21.verbo Que coma titul.2. part.3. Rutg. Ruland. d. p.1.lib.3. cap. 13. à princ. Surd.de Alim.tit.4 q.25. ſub nu.3 Stephan. Gratian.Diſcept.Forenſ.cap.57.n.4 Lautiori vero menſa,& delicatiori cibo illuſtres, nobiles, & egregiæ perſonæ excipiendi, & tractandi ſunt, quàm humilioris conditionis homines, vt per Surd. tit.4.q.18.num.8.12.13.& 14. faciunt notata per Fului. Pacian. de Probat. lib.2.cap.26.á n.123.

8 Teſti nobili, & egregio equus, vel vectura ſuppeditanda eſt, ex Surd.tit.4.q.21.n.7. & 10. Stephan. Gratian. d. cap.57. à num.5. vbi id nominatim reſoluit in aduocato, & doctore, qui vltra conuentum honorarium expenſas victus, quando iterantur, ſecūdùm qualitatem perſonæ pro equo, & famulo habent. Ruſticus tamen,ſeu alia quælibet vilis perſona benevalens, pedeſter ire debet,& ſi ſumptus in equum,vel vecturam fecerit,ipſe ſoluat, atquè ita ſuæ conditionis exceſſum in faciendis ſumptibus ferat. Vide Surd. tit. 4. q.21. num.10. Rutg.Ruland.d.p. 1. lib.3.cap.13.n.10.

9 In text.ibi (*& mays o que de ſeus officios,& meſteres perderem*)Vide Cacheran. Pedam. deciſ. 46. Camill. Borrell.conſ.21. n. fin. quia ſi teſtes ſunt labores,vel artiſtæ, qui aliquid aliud lucrarentur,non ſolùm debent ei ſumptus, ſed etiam ſalarium erogari, Franc. March.Delphin.deciſ. 178. n.3.p.1.nouiſsimè Aloyſ. Ricci. in Praxi Eccleſ. Neapol. deciſ.441. n.3. Et ſi contigerit teſtem in itinere morbo corripi ſumptus in curationem impendendos ſuppeditare habeat neceſſe,donec commodè, hoc eſt,ſine periculo ſanctitatis proprios lares inuiſere ægrotus poſset,auctoritate Bart. tradit Rutg.Ruland. p.2. lib.7.cap.12.num.4.vbi ſub num.17. verſ. Quod tamen, reſoluit producentem habere ſuppeditare expenſas pro reſtituendis abbatis aduerſus deprædandantes.

10 In text.ibi (*antes que as dittas teſtemunhas ſejão chamadas*) Ergò teſti, qui pro ferendo teſtimonio extra patriam

patriam ducitur, debet ſolui antequàm pedem de domo moueat, de quo vide Surd. tit. 4. q. 8. num. 3. & 9. Stephan. Gratian. d. cap. 57. num. 6. Et huiuſmodi expenſas auctoritate iudicis eſſe ſoluendas, & taxandas reſoluunt Bellacomb. tom. 2. Commun Opin. lib. 7. tit. 13. nu. 61. pag. 257. Rebuff. de Reprobat. teſtium num. 408. cum ſeq. Surd. tit. 4. quæſt. 21. num. 1.

AD §. VII.

Senes valetudinarij, & diù abfuturi ante litem conteſtatã vel motã, poſſunt examinari, actore petente.

1 Deſumitur ex cap. Quoniam frequenter, vt lite non conteſtata: Vide Viui. tom. 1. Commun. Opin. lib. 4. titul. 10. num. 340. verſ. Et eo magis pag. 555. vbi Bonacoſ. n. 343. Maſcard. de Probat. concl. 1367. n. 4. & concl. 683. num. 2. Menoch. de Præſumpt lib. 2. q. 54. num. 2. Farin. in Praxi crimin. p. 2. de oppoſitione contra examen teſtium q. 76. à num. 82.

2 Amplia primò, ad teſtes in locis peſtilentibus commorantes. Vide Rutger. Ruland in tract. de Commiſſar. p. 2. lib. 1. cap. 7 nu. 4. Ludou. Schrader. in tract. de feudis p. 9. ſect. 13 ſub n. 110. verſ. Et inter cæteras cauſas.

3 Amplia ſecundò, in muliere prægnante vicina partui. Vide Florian. in l. Inuiti ff. de teſtibus, Farinac. d. quæſt. 76. num. 91. Vide tamen Menoch. de arbitrat. caſu 60. num. 6.

4 In text. ibi (*que ſão muyto velhas*) Senes, qui dicantur in propoſito arbitrio iudicis relinquitur, quando tamen ſtant in ſeptuageſsimo anno, & vltra, non poteſt iudex arbitrari, eos non eſſe ſenes. Vide Menoch. caſu 59. à num. 1. & num. 4. verſ. Secunda opinio. Farinac. d. quæſt. 76. à numer. 83.

5 In text. ibi (*ou enfermas de grande enfermidade*) Infirmi, & valetudinarij dicuntur ex conſilio medicorum ex Roland. conſ. 22. nu. 20. ad finem lib. 3 Farin. d. q. 76. nu. 90. Menoch. caſu 60.

6 Nota quod ſi hi teſtes propter mortis, aut abſentiæ periculum recipiantur ante litis conſtationem, vel eam motam, & tẽpore moti iudicij viui, & præſentes ſint, tunc nõ probant, niſi denuò recipiantur. Vide Veſtri. in Pract. Rom. lib. 6. cap. 2. nu. 3. verſ. Qua in re. Lancelat. de Attent. cap. 12. limit. 38. nu. 4. Maſcard. concl. 1367. n. 10. refert, & ſequitur Farin. d. q. 76. n. 109.

7 Dubitatum fuit, *ſe ſe podia tomar depoimento* ad perpetuam rei memoriam, *allegando o R. que o A. era muyto velho, & doente. Determinouſe que ſe tomaſſe o dito depoimento, & que tinha lugar neſte caſo eſta Ordenação*, teſte Melchiore Phœbo Areſto 46.

8 In text. ibi (*ou eſtão auiadas para ſe partirem para fora do Regno*) Super diuturna abſentia ſtatur iuramento teſtis. Vide Veſtr. d. num. 3. verſ. In qua ſpecie. Roland. conſ. 23. nu. 20. ad finem lib. 3. Farin. d. quæſt. 76. num. 94.

9 In text. ibi (*ſendo, outro ſy, a parte contraria citada*) Vide Seraphin. de priuilegijs Iuram priuil. 30. num. 11. Veſtri. in Pract. lib. 6. cap. 2. rub. de Teſtibus num. 5. Farinac. d. quæſt. 76. num. 141. Amat. Roderi. in Pract. cap. 7. num 37. cum multis ſequentibus, nouiſsimè Camill. Borrell. in Summa deciſ. tit 44. de Citat. n. 166.

10 Citatio hæc debet eſſe perſonalis, nec ſufficit ad domum. Vide Azin. in Praxi Flor. §. 7. c. 5. limit. 29.

 Ludou.

Ludou. Schrader. tract. de Feudis p.9. ſect.13. nu.113. Maſcard. concl. 1366. nu.3. Farin.d.q.76. nu.142. ſi non ſit in longinquo Camil.Borrel. d.tit 44.n.168. Si tamen antequam comparere poſsit aduerſarius depeꝛiret, vel occultaretur veritas ob timorem mortis, vel abſentiæ, teſtium tunc examen abſquè citatione ſubſiſtit ex Anton.Gabri.tom.3. Commun.Opinion.tit.de Citat. concl.1. n.302.& 342. verſ. Declara. Schrad. d.n.113. verſ Eodem modo. Farin.d. q.76.n.147.& 164. nouiſsimè Camill.Borrell.d.tit.44 n.167.

AD §. VIII.

Ex parte reſpoſſunt teſtes examinari, non ſolũ ſenes, & valetudinarii, ſed cæteri omnes.

Deſumitur ex cap. Significauit 41. de teſtib. Vide Myſing. cent.4. obſeruat. 71. verſ. Primum enim. Gail.lib.1.obſeruat.92.nu.8. Schrad. in tract.Feudali p.9. ſect.13. nu.110. Farin.in Praxi crim.p.2. de oppoſit. contra examen teſtium q.76. n.65.

AD §. IX.

Vide Gabri. tom.3. Commun. Opin. tit. de Citat concl.1. n.302. & nu.342. verſ.Declara. Gail.lib.1.obſeruat.94. verſ.Dicendum breuiter. Farin.de oppoſit.contra examen teſtium q.76.n.164.

AD §. XI.

Teſtis ad perhiben dum teſti monium cogi poteſt

1 Deſumitur ex l.1.ff. de Teſtib. & l.Si quando Cod. eod.tit. & ex cap. 1.& 2 de teſtib. cogendis. Concordant apud Hiſpanos l.23. titul. 16. part 3.& l.6 tit.6.lib 4. nouæ Recopil. Vide Menoch.de Arbitrar.caſu 487. Rebuff. de Reprobat. teſtium nu.69. Cacheran. Pedam. deciſ.46. Surd.deciſ.190. n.3. Soar.de Paz in Pract.tom.1.p.1. temp.8. nu.16. Fr. Ludou. Miranda de Ordine Iudic. q.24. art.1. concl.3. Farin. in Praxi crim.p.2. de oppoſit.contra examẽ teſtium q.78. à num.1.cum ſeqq.& à num.57.

2 Limita primò, in ſenibus, quos ad teſtificandum non poſſe cogi probat text.in l. Inuiti ff. de Teſtib. Farin.d.q.78. n.59. quod ſublimitat quod non poſſunt cogi venire, ſed debet mittere ad domos illorum.

3 Limita ſecũdò, in muliere grauida, quæ non cogitur inuita ferre teſtimonium perſonaliter in iudicio. Vide Franc. Marc. p.2. deciſ.182. Bajard.ad Clar q.64. n.75. Farin. d. q.78 n.97. Cardoſ. in Praxi iudicũ verbo Mulier n.30. Sed debet iudex mittere ad domum illius pro teſtimonio ferendo.

4 Limita tertiò, in abſentibus cauſa Reip. ex d.l.Inuiti. Vide Campeg. de Teſtib. reg.160. Farin. d. q. 78. n 68. vbi n.69. quod in alijs abſentibus ex propria cauſa, an poſsint cogi venire, vel ad eos mittendum ſit?

5 Limita quartò, in vxore, quæ nõ poteſt cogi ad teſtificandum contra virum, & è contra. Vide Gom.tom.3. cap.12.n.24. verſ.Quod eſt verum. Farin.d.q.78.n.88.

6 Limita quinto, in vitrico, qui non poteſt cogi dicere teſtimoniũ contra priuignum, & è contra, per text. in l. Lege Iulia ff.de Teſtib. Vide Farin.d.q.78.n.82.

7 Limita ſextò, in ſocero, & ſocru, qui non poſſunt cogi ferre teſtimonium contra ſuum generum, & nurum, & è contra, per text.in d.l.Lege Iulia ibi aduerſus ſocerum, generum &c. Vide Gom.d.cap.12.n.24. verſ. Quod eſt verum. Farin.d.q.78.nu. 85. Cabed.p.2.Areſto 9.

8 Limita ſeptimò, in teſte fratre, vel

vel ſobrino, vel ſobrina, natiſuè ex ſobrino, vel ſobrina. Vide Farin. d. q. 78. num. 83.

9 Limita octauò, in libertis, qui cogi non poſſunt ad ferendum teſtimonium contra patronum, & è contra, per text. in d. l. Lege Iulia in fine. Vide Farin. d. q. 78. n. 89.

10 In text. ibi (*o julgador as conſtrangerá*) Vſquè ed bonorum confiſcationem ſecundùm Bald. in cap. 2. de Teſtib. cog. Iaſ. in l. 1. §. 1. ff. Si quis ius dicenti non obtemp. n. 15. Vide tamen Clar. lib. 5 §. fin. q. 31. n. 6. Et qui negauit veritatem in teſtimonio, tenetur reſtituere damnum parti læſæ vt per Sayr. in Claui Reg. lib. 10. tract. 2. cap. 15. & lib 12. cap 20. nu. 14. cum ſeqq. P. Leſsi. de Iuſtit. lib. 2. cap. 30. dub. 7.

11 Nota quòd lapſo termino, non eſt danda alia dilatio, etiam quando teſtes nolunt venire, niſi pars inſtet coram iudice, vt cogerentur comparere mulcta indicta, & captis pignoribus. Vide Maſcard. de Probat. concl. 1142. num. vlt. Pinell. in Auth. Niſi pag. 645. Gutier. Pract. lib. 1. q. 55. n. 2. & lib. 3. q. 34. num. 24. & 30. Menoch. conſ. 380. n. 30. & 31. Flam. de Reſignat. lib. 11. q. 13. n. 20. Surd. deciſ. 189. n 30. & conſ. 8. n. 23.

12 In text. ibi (*& forem de noſſa juriſdição*) Ergò iudex ſecularis non poteſt cogere clericum, & perſonas Eccleſiaſticas ad teſtificandum. Vide Rebuff. in tract. in quibus caſibus iudex ſecularis n. 28. remiſsiuè Cabed. p. 1. deciſ. 79. n. vlt.

AD §. XII & vlt.

Productẽs teſtẽ m approbat eius perſonam.

1 Vide Soar. de Paz in Pract. tom. 1. p. 1 temp. 9 nu. 26. Frat. Ludou. Miranda de Ordine Iudic. q. 24. art. 7. Menoch. de Præſumpt. lib. 2. q. 45. nu. 3. & conſ. 60. num. 17. Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap. 151. n. 23. cum ſeqq.

2 Inſtrumentum producens, vel illo vtens cenſetur approbare contenta in eo. Vide Marant. de Ordine Iudic. p. 6. actu 10. num. 53. Burg. conſ. 3. n. 9. Azeued. l. 3. num 14. cum ſeq. titul. 5. lib. 4. nouæ Recopil Menoch. d. q 45. & conſ. 332. n. 29. Maſcard. de Probat. concl. 368. nu 9. & concl. 915. Surd. deciſ. 199. num. 6. & deciſ. 229 n. 6. & deciſ. 267. Deinde videtur approbare notarium, qui illud ſcripſit vt per Azeued. l. 1. nu. 51. cum ſeqq. tit. 8. lib. 4. nouæ Recopil. Maſcard. concl. 1235. n. 16.

Ad tit. 56. Ordin. Regiæ.

In antiq. tit. 42. §. 11.

Que peſſoas não podem ſer teſtemunhas.

Ad Princip. Ordinat. Regiæ.

Edictum de teſtibus eſt prohibitorium.

1 IN text. ibi (*Todo o homem pode ſer géralmente teſtemunha, &c.*) Nota quod edictum de teſtibus eſt prohibitorium in l. 1. ff. de teſtibus: Vide Nell. de Teſtib n. 1. Crot. eod. tract. p 3. poſt nu. 101. Lanfranc. de Oriano n. 55. & 56. Maſcard. de Probat. concl. 1356. nu. 1. Menoch. conſ. 231. n 6. Hect Æmil. in tract. de Teſtibus in rub. teſtis locus generalis n. 10. fol. mihi 8. Rebuff. de Reprob. teſtium nu. 7. Farin. in Praxi criminſ. tit de oppoſit. contra perſonas teſtium q. 53. num. 1 Amat. Roder. in Pract. de modo, & forma videndi, ſeu examinandi proceſſum cap 9. n. 24. Curi. Philip p 1. §. 17. n. 13. Vnde extra caſus exceptos in hoc titul. non debet fieri extenſio ad alios, iuxta reſoluta per D. Barboſ. in l. 1. p. 1. n. 61.

n.61. ff. Soluto matrim. Et ita iudicatum vidi, Portucalenſi Senatu, anno Domini 1593. in quadam cauſa D. Brites Pereira, & D. Hieronymæ Ferreira eius filiæ, contra Eduardum de Mello Portuenſem, coram iudice actionum nouarum.

Senatus Supplicat. iudicauit.

AD §. I.

Parentes non poſſunt eſſe teſtes in cauſis filiorum.

1 Deſumitur ex l. Parentes Cod. de teſtib. Concordat apud Hiſpanos l.14. tit.16. part.3. Vide Nell. in tract. de teſtib. n.7. Nepos de Monte Albano nu.12. Maſcard. de Probat. concl 1148. & concl.1357. n.43. Farin in Praxi crimin. p.2. de oppoſitione contra perſonas teſtium q. 54. n.145. cum multis ſeqq. Morl. in emporio iuris p.1. titul.11. in prælud. n.40. Fr. Ludou. Miranda de Ordine Iudic. q.22. art.4. concl.2. Farin. conſ.29. n.4. Cardoſ. in Praxi iudicum verbo Teſtis nu.9. Amat. Roderi. in Practica de modo, & forma videndi, ſeu examinandi proceſſum cap.7. nu.47. Curi. Philip. p.1. §.17. n 15. in fine.

2 Amplia primò, vt nec pater poſſit eſſe teſtis pro extraneo, in cauſa, in qua filius eſt procurator. Vide Gabri. tit. de Teſtib. concl.17. nu.3. Maſcard. concl.1148. num.11. Farin. d. q.54. n.149.

3 Amplia ſecundò, in priuilegio, & vitrico per text. in l. Lege Iulia ff. de Teſtibus reſoluit Farin. d. q.54. num.169.

4 Amplia tertiò, in filio adoptiuo ſi ſit in poteſtate patris. Vide Hect. Æmil. in tract. de Teſtib. p.1. verbo Adoptans num.1. fol. 48. Maſcard. concl 1148. n.18. Farin. d. q 54. n.160.

5 Amplia quartò, in filio emancipato. Vide Campeg. de Teſtibus reg.2. verſ. Secundo quando. Gabri. d. concl.17 nu.7. Maſcard. concluſ. 1148. n.5 Farin. d. q.54. n.154.

6 Amplia quintò, in filijs legitimis, naturalibus, ſpurijs, atquè inceſtuoſis. Vide Maſcard. concl.1148. n.8. P. Molin. de Iuſtit. tract.2. diſp. 170. verſ. In reliquis, Farin. d. q.54. á num.157.

7 Amplia ſextò, in filio ſpirituali, qui licet poſsit eſſe teſtis in cauſis patris ſpiritualis, non tamen eſt integræ fidei, nec omni exceptione maior. Vide Crot. de Teſtibus n.101. Soar. recept. lit. T. n 114. Tiraq. in l. Si vnquam verbo Suſceperit nu.38. Menoch. de Arſtirr. caſu 100. nu.1. & 2. Maſcard. concl.310. nu.3. & 4. & concl 332. nu.1. cum ſeqq. & concl. 1357. n 50. Cardoſ. in Praxi iudicū verbo Teſtis nu.24. Farin. d. q. 54. nu.198. Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap.100. num.19. cum ſeqq. plures Doctores refert Cened. ad Decretum collect.38. n.1. nouiſsimè Aloyſ. Ricci. in Praxi Eccleſ. Neap. deciſ.376. n.5.

8 Limita primò, in crimine læſæ maieſtatis, in quo admittitur teſtimonium parentum contra filios, & è contra. Vide Maſcard. concl.461. n.9. & concl.857. n.20. & 23. Farin. q.54. n 173.

9 Limita ſecundò, in crimine hæreſis. Vide Simanch. de Catholicis inſtit cap.64. nu.47. Farin. d. q.54. n.174. Maſcard concl.857. num.18. cum ſeqq. Fr. Ludou. Miranda de Ordine Iudic q.22. art.4. concl.2.

10 Limita tertiò, in cauſa matrimoniali, in qua parentum teſtimonium recipi ad fauorem filiorum probat text. in cap. Videtur, & ibi gloſ. verbo Coniungendo in fine, qui matrim. accuſare poſſunt. Vide Crot de Teſtibus num.105. Albert. eod. tract. p.1. in princip. á num. 3.

Maſcar.

Maſcard. concl. 109. in princip. & concl. 1148. n. 23. Farin. d. q. 54. n. 191. Cardoſo verbo Pater n. 40. & verbo Teſtis nu. 9. Amat. Roder. in Pract. cap. 7. n. 47.

11 Limita quartò, in caſu religionis, veluti quando filius ingreſſus eſt religione, & dubitatur, an habuerit animum profitendi: Nam ſuper hoc pater admittitur in teſtem. cap. Sicut 2. q. 3. cap. Præſens 20. q. 3. Vide Menoch. de Arbitr. caſu 102. nu. 11. Maſcard. concl. 1148. n. 15. Farin. d. q. 54. n. 185.

12 Limita quintò, in cauſa ſtatus. Vide Gabri. tit. de Teſtib. concl. 17. n. 13. Maſcard. concl. 1148. num. 30. Farin. d. q. 54. n. 186.

13 Limita ſextò, de conſenſu patris tacito, vel expreſſo reſoluit Farinac. d. q. 54. nu. 189. Cald. Pereira de extinct. emphyt. cap. 17. num. 10. verſ. Infero quinto. Maſcard. concl. 342. n. 25. & concl. 1148. n. 17. Menoch. conſ. 342. n. 25.

14 Limita ſeptimò, in teſtibus inſtrumentarijs, eſt enim filius idoneus teſtis, in inſtrumento celebrato, inter patrem, & alium extraneum. Vide Hippol. in l. 1. §. Ad quæſtionem num. 27. ff. de quæſt. Duen. reg 384. verſ. Limita 2. Menoch. de Arbitr. caſu 105. n. 6. Maſcard. concl. 408. n. 17. & concl. 533. nu. 29. & concl. 1036. nu. 21. & concl. 1148. n. 25. & concl. 1360. nu. 3. Rebuff. de Reprobat. teſtium nu. 381. Farin. d. q. 54. n. 187.

15 Limita octauò, quando lis eſt inter duos filios, quia tunc pater eſt idoneus teſtis, propter parem affectionem. Vide Gom. tom. 3. cap. 12. n. 14. col. 4. Menoch de Arbitr. caſu 106. n. 9. & caſu 152. n. 8. & conſ. 45. n. 27. Maſcard. concl. 408. nu 21. & concl. 533. n. 36. & concl. 1148. n. 29. Farin. d. q. 54. nu. 205. Idem de filio teſtificando inter patrem, & matrē reſoluit Viui. tom. 1. Commun Opinion lib. 4. tit. 10. nu. 273. verſ. Vnde filius pag. 543.

16 Limita nonò, in teſtamento filij, militis teſtantis, de caſtrenſi peculio, in quo patrem poſſe in teſtem adhiberi probat text. in l. Qui teſtamento §. Per contrarium ff. de Teſtam. Vide Maſcard. concl. 1148. nu. 20. Farin. d. q. 54. n. 195.

17 In text. ibi (*quando for a queſtão ſobre ſua idade*) Vide Menoch. lib. 2. de Præſumpt q. 51. nu. 11. cum ſeqq. Stort. de in integ. reſtit. p. 1. q. 37. art. 5 n. 57. Maſcard. concl. 668. à n. 7. & concl. 1148. n. 14. Cald. Pereira in l. Si curatorem verbo Minoribus n. 13. Gutier. alleg. 11. nu. 10. Morl. in emporio iuris p. 1. tit. 11. in prælud. n. 80. verſ. Vltimo Farin. d q. 54. nu. 177. Cardoſo in Praxi iudic. verbo Teſtis n. 10. Et ætas filiorum per librum parentis ſufficienter probatur: Vide Caualcan. de Tutore, & curat. n. 296. Menoch. conſ. 33. n. 34. Morl. d p. 1. tit 5. in prælud. num. 24. Farinac. de Delictis 7. p. in fragmentis crimin. n. 168. cum ſeqq. litera A. *In probatione ætatis filiorū parentes admittuntur.*

18 In text. ibi (*& bem aſſi o auò*) Vide Crot. de Teſtib. p. 4. nu. 110. verſ. Et parentes intelligo: Campeg. eod. tract. reg. 1. verſ. Quod habet locum. Maſcard. concl. 1148. n. 3. Farin. d. q. 54. n. 148.

19 Quæſtio eſt, an ſocer poſſit eſſe teſtis pro genero, & è contra? Vide Menoch. de Arbitr. caſu 348. nu. 14. & conſ. 22. nu. 3. Mexi. in tract. taſſæ panis concl. 2. n. 31. Maſcard. concl. 1318. n. 52. Surd. de Alimet tit. 1. q. 39 n. fin. Farin. q. 54. num. 11. Dom. Chriſtophor. de Paz in ſcholijs ad leges ſtyli l. 245. à nu. 1. D. Barboſ. in l. Maritum nu. 60. ff. Soluto matrim.

faciunt

Digitized by Google

faciunt quæ Sanch. de Matrim. lib. 4. diſp. 6. n. 26. Verior ſententia eſt non poſſe teſtificari, quia bona in hoc Regno communicantur inter maritum, & vxorem, & licet maritus agat, vel cōueniatur, eſt tamen vxor pro dimidia particeps lucri, vel damni, & ita iudicatum refert Cabed. p. 2. Areſto. 9.

AD §. II

Deſumitur ex gloſ. vlt. verſ. Sed de fratre quæro in l. Parentes Cod. de Teſtibus: Vide Crot. de Teſtibus num 117. Nell. eod. tract. num. 8. Campeg. reg. 5. in princip. Tiraq. de pœnis cap. 22. n. 45. Menoch. de Arbitrar. caſu 104. Pinel in l. 1. in princ. num. 16. Cod. de Bonis mat. Vezin. tom. 1. Commun. Opinion. lib. 4. tit. 10. num. 235 pag. 535. Rebuff. de Reprobat. teſtium nu. 218. Maſcard. de Probat. concl. 811. Farin. in Praxi crimin. p. 2. titul. de Oppoſit. contra perſonas teſtium q 54. num. 85. cum ſeqq. Cardoſ. in Praxi iudicum verbo Teſtis num. 23.

Frater pro fratre nō poteſt eſſe teſtis.

AD §. III.

1 Deſumitur ex l. Qui teſtamento §. Seruus ff. Qui teſtam. facere poſſunt l. Quoniam liberi Cod. de Teſtib §. Sed neque Inſtit. de teſtam. cap. Fotus in fine de verbor. ſignific. Concordat apud Hiſpanos l. 13. tit. 16. p. 3. Vide Nep. de Monte Albano de Teſtib. n. 70. Nel. nu. 23. Farin. in Praxi crimin. q. 55. á nu. 165. Maſcard de Probat concl. 1358. à n. 14. vbi n. 43. de liberto.

Serui non poſſunt eſſe teſtes.

2 Limita primò, non procedere in eo ſeruo, qui communi opinione reputabatur pro libero. Vide Campeg. de Teſtib. reg. 11 limit. 5. Maſc. concl. 1358. n. 17. Farin d. q. 55. n. 169.

3 Limita ſecundò vbi veritas aliter haberi non poteſt. Vide Maſcat. concl. 1358. num. 18. Farin. d. q. 55. n. 172.

4 Limita tertiò, in exceptis criminibus. Vide Nell. de Teſtib. cap. 23. verſ. Et niſi in criminibus exceptis. Maſcard. concl. 1358. nu. 19. Farin. d. q. 55. n. 173. vbi n. 175. etiam limitat in ſeruo, qui actu eſt liber, & potentia ſeruus, & n. 178. in ſeruo facto libero, qui poteſt teſtificari de his, quæ antea vidit ſeruitute.

AD §. IIII.

Deſumitur ex cap. Iudæi de Teſtibus. Vide Crot. de Teſtibus nu. 136. Nep. de Monte Albano eod. tract. n. 100. Don. à Fin. tom. 1. Communium Opinion. lib. 4. tit. 10. n. 74. vbi Viui nu. 134. pag. 525. cum ſeq. Perez l. 7. gloſ. *En todos los pleitos*, & l. 32. gloſ. Teſtimonio tit. 3. lib. 8. Ordin. Seraphin. de Priuilegijs Iuram. priuil. 123. n 4. Rebuff. de Reprobat. teſtium n. 265 Maſcard. de Probat. concl. 944. & concl. 1356. nu. 41. Farin. in Praxi crimin. p. 2. de oppoſit. contra perſonas teſtium q. 56. à nu. 205. Surd. conſ. 19. nu. 15. & 17. Cened ad Decretal. collect. 85.

Iudæus, vel maurus non poteſt eſſe teſtis in cauſis Chriſtianorum.

AD §. V.

Vide Maſcard. de Probat. concl. 818. à n. 1. & concl. 1358. n. 23. Tiraq. de pœnis temper. cauſa 3. á n. 2. Rebuff. de Reprobat. teſtium nu. 222. Farin. in Praxi crimin. p. 2. tit. de oppoſit. contra perſonas teſtium q. 61. à n. 1. vbi n. 13. limita quando furioſus tempore ſanæ mentis deponit de his, quæ vidit tempore furoris.

Furioſi, & mente capti teſtes eſſe non poſſunt.

AD

AD §. VI.

Minor 14 annorum non poteſt eſſe teſtis. Deſumitur ex l. 3. § Lege Iulia ff. de Teſtibus. Vide Crot. de Teſtibus p. 3. n. 7. Nep. de Mõte Albano eod. tract. nu. 51. & 52. Campeg. reg. 112. Nell. n. 21. Clar. §. fin. q. 24. verſ. Vidi quandoquè, Maſcard. de Probat. concl. 1246. Farin. in Praxi crimin. p. 2. de oppoſit. contra perſonas teſtium q. 58. n. 1. cum ſeqq. & conſ. 22. n. 26. & conſ. 29. nu. 1. cum ſeqq. vbi limitat. Curi. Philip. p. 1 §. 17. n. 12.

AD §. VII.

Inimicus capitalis non poteſt eſſe teſtis. 1 Deſumitur ex l. 3. ff. de Teſtibus, Auth. Si teſtis productus l. Si quis teſtib. Cod. eodem, §. Si vero quis dicat in Auth. de Teſtib. collat. 7. cap. Repellantur, cap. Cum oporteat de Accuſar. Vide Campeg. reg. 23. in princ. Nell. n. 3. in princ. Gom. tom. 3. cap. 2. n. 14. Clar §. fin. q. 24. verſ. Item quæro, Viui. tom. 1. Commun. Opin. lib. 4. tit. 10. nu. 137. pag. 527. Menoch. de Arbitr. caſu 110. n. 1. Rebuff. de Reprobat. teſtium nu. 238. Maſcard. de Probat. concl. 899. n. 1. Surd. conſ. 371. n. 15. Morl. in emporio iuris p. 1. tit. 11. in prælud. nu. 42. latè Farin. in Praxi crimin. p. 2. de oppoſitione contra perſonas teſtiũ q. 53. nu. 3. cum multis ſeqq. Cardoſ. in Praxi iudicum verbo Inimicitia n. 5. & verbo Teſtis n. 14. Fr. Paulin. Berti Lucenſ. in Praxi crimin. Regularium tit. 11. cap. 11. nu. 4. Amat. Roder. in Pract. cap. 7. n. 52.

2 Amplia primò, in criminibus exceptis, veluti hæreſis, læſæ maieſt. aut ſimilibus. Vide Viui. d. num. 137. verſ. Ampliatur, Clar. d. q. 24. verſ. Item quæro, Anton. Gom. tom. 3. cap. 12. n. 14. verſ. Et in tantum, Menoch. de Arbitr. lib. 1. q. 28. n. 2. & ſeq. Maſc. concl. 857. n. 40. Farin d. q. 53. n. 5 Fr. Emman. q. Regul. tom. 2. q. 15. art. 2. P. Martin. Delri. Diſquiſ. Magic. lib. 5. q. 2. pag. 439. Fr. Paulin. Berti Lucenſ. d. nu. 6. cap. 10. nu. 40. Maſcard concl. 462. n. 31.

3 Amplia ſecundò, in ſuſpecto de inimicitia capitali. Vide Felin. in cap Cum I. & A. nu. 7. de re iudic. Grammat. deciſ. 33. à nu. 7. Hippol. conſ. 15. n. 7. & conſ. 20. n. 40. & conſ. 31. num 15 18. & 19. Ozaſc. conſ. 66. n. 12. & 26. Maſcard. de Probation. concl. 899. nu. 3. & concl. 1046 nu. 5. Farin. d. q. 53. n. 24.

4 Amplia tertiò, in inimico patris, qui dicitur etiam inimicus filij etiam patre mortuo. Vide Petr. Caballin. in tract. de omni genere homicidij n. 496 Stephan. Gratiam. Marchiæ deciſ. 133. n. 21.

5 Limita primò, in inimico vtriuſque patris. Vide Anton. Gom. tom. 3. cap. 12. n. 14. col. 4. & n. 22. Maſc. concl. 1046. n. 27. Farin. d. q. 53. nu. 66. Curi. Philip. p. 1. §. 17. n. 15.

6 Limita ſecundò, in inimico reconſiliato, & cum quo eſt ſequuta pax. Vide Tiraq. ceſſante cauſa p. 2. limit. 16. nu. 7. Maſcard. concl. 899. n. 10. & concl. 1046 n. 21. Surd. conſ. 371. nu. 17. Fr. Paulin. Berti Lucenſ. d. cap. 11 nu. 9. Azeued. l. 2. n. 53. tit. 8. lib. 4 nouæ Recop. Farin. d. q. 53. n. 58. vbi n. 59. ſublimitat in reconſiliato de recenti.

7 In text. ibi (*& declaramos ſer inimigo capital, &c.*) Inimicitiæ capitales, quæ dicantur? Vide Bart in l. 3. §. vlt. ff. de adim. leg. & in l. Licet vbi gloſ. verbo Capitales ff. de Arbitr. Abb vbi gloſ. Magiſtra verbo Inimicitias in cap. Per tuas 32. de Simonia, Menoch de Arbitr. caſu 239. n. 8. & 11. Card Manti. de coniect. vlt. volunt.

volunt.lib.12.tit.5.n 14. Fr.Emman. Roder.quæſt.Regul.tom.2.q.15. art. 3. Flamin.de Reſignat.lib.5 q.3. nu. 258. Cardoſ. in Praxi iudicum verbo Inimicitia á nu.1.& verbo Teſtis n.15. Menoch.de Præſumpt.lib.5.q. 37. n.26. cum ſeqq. Farin. in Praxi crimin.q 49.n 1.cum ſeqq.

8 In text.ibi (*de todos ſeus bẽes, ou à mayor parte delles*) Vide Viui. tom.1. Commun.Opin.lib.4. tit.10 nu.137. verſ. Et ſic ſecundùm omnes pag. 528. Menoch.caſu 239. nu.11. & de Præſumpt.lib. 5.q.42.n.5. Maſcard. concl.898.n.7. Tiber.Decian.tract. crimin.lib.3 cap.25.nu.56.& 57. p.1. Cald.Pereira d.q.7.nu.22. Farin.d. q.49.à n.1.

Ex lite, & accuſatione criminali, oritur inimicitia capitalis. 9 In text.ibi (*ou tem feito crime*) Vide Hippol.conſ.8.n.7.& in l.1.n.56. verſ Item dicuntur capitales inimici,& n.57.ff.de quæſt. Lanfranc. in repet cap Quoniam contra de Probat.verbo Teſtium depoſitiones n. 50. Menoch.lib.1. de Præſumpt. q. 43. n.4 Maſcard.concl.898 nu.1 & 16. & concl. 899. Decian. in tract. crimin.lib.3.cap.25.n.43.cum ſeqq. p.1. Farin d.q.49.nu.24.cum multis ſeqq. Cald.Pereira d. q 7. num.21. Stephan.Gratian. March. deciſ.133. num.21.

10 Item contrahitur inimicitia capitalis ſi moueatur quæſtio ſtatus. Vide Hippol.conſ.3.n.11.Burg.conſ. 22.n.11. Maſcard. concl.898. nu.6. Menoch. de Præſumpt. lib.5. q.42. n.2. Farin.d.q.49.n.23.Fr.Emman. d.q.15.art.3.verſ.7.

Ex verbis & iniuria perſonali, oritur inimicitia. 11 In text.ibi (*injuria*) Vide Viui.d. n.137. verſ.Imo inimicitia pag.528. Hippol.in l.1.§.Præterea n 57. verſ. Item oritur etiam capitalis inimicitia ex verbis iniuriosis ff. de quæſt. Maſcard.concl.898.num.24. & 41. Menoch. d.q.42. num.17. Decian. d.cap.25.num.52. Farin. d.q.49. à n.38.

AD §. IX.

1 Deſumitur ex l.3.§.Lege Iulia ff. de Teſtib.& ex cap.Si teſtes omnes §.Lege Iulia vbi gloſ. verbo In vinculis 4. q 2. Vide Campeg. de Teſtib. reg 130.in princip.Gom.tom.3. cap.12.num.18.in fine. Maſcard. de Probat.concl.268.& concl.1356. nu. 34. Rebuff. de Reprobat. teſtium n.62. latè Farin. in Praxi crim. p.2. de oppoſit.contra perſonas teſtium q.56.à n.180.& p.4.conſ.39.n.5. *Carceratus non poteſt eſſe teſtis.*

2 In text.ibi(*mas ſendo preſo por feito ciuel,&c.*) Vide Maſcard.d.concl. 268. nu. 4. Farin. d.q.56. num.181. cum ſeq.

Ad tit.57.Ordin.Regiæ. *In antiq. tit.43.*

Que as partes não fallem com as teſtemunhas, depoys que forem nomeadas.

Ad Princip. Ordinat. Regia.

1 IN text.ibi(*per ſi,nem per outrem*) Si aduocatus clám loquutus fuit teſtibus,& teſtis hoc confitetur in dicto ſuo,præſumitur,ab ipſo aduocato ſubornatus,& aduocatus notatur infamia ex , Ioann. Baptiſt. Ferret.tom 1 conſ.55.n.11. quem refert Bonacoſ.Commun.crimin.p.2. verbo Teſtis pag.79.verſo. Secùs ſi ab aduocato inſtruatur, in his tantùm, quæ iuris ſunt, vel in ratione reddenda ex Maſcard. de Probat concl.1358.n.4.

2 In text.ibi (*de parte,& sò*) Ergò hæc Ordinatio non procedit, ſi publicè alloquutus ſit,vel det pecuniam iuxta reſoluta per Menoch. de

Arbitrar.caſu 244.num.6.

3 In text.ibi (*per juramento das meſmas teſtemunhas*) Vide Bald.in cap.1. Si de inueſt.inter dominum,& vaſſalum lis oriatur in vſibus feudorum n.7. Hippol.ſing 112. Felin. in cap. Licet cauſam de Probat.n.30. Aduerte pactum,quod de damnis,& intereſſe ſtetur iuramento damnum paſsi,validũ eſſe in declaranda quantitate intereſſe ſi non tractaretur de ſumma conſiderabili , ſiue magna, vt per Chriſt. Robuſter. nouiſſ. Roman.deciſ.467.n.2.p.1.vol.1.Caual. Fiuiz.deciſ.2.n.31.p.2. Surd.Mantu. deciſ.259.n.7. Thomin.Lipſenſ.deciſ.37.n.8.& 9. Maſtrillo Siciliæ deciſ.60.nu.1.nouiſsimè Camill.Borr. in Sum.deciſ.tit.60.de Iura à n.394.

4 In text.ibi(*calem a verdade*)Secùs ſi admoniti de veritate dicenda ex Maſcar.d.concl.1358. nu.4.& 5. Et non dicitur ſubornatus ille teſtis,cui data eſt pecunia,vt veritatem dicat, Mart.deciſ.117. nouiſſ. Aloyſ.Ricci. in Praxi.Eccle.Neap.deciſ.445.n.4.

5 In text.ibi(*do que diſſer teſtemunho falſo*)Infra lib.5.tit.54.§.1.

Ad tit.58.Ordin.Regiæ.

In antiq. tit.44. De repulſis teſtiũ.

Das contradictas, & reprouas.

1 DE repulſis teſtium agit nouiſſimè Mẽdez à Caſtro in Praxi ſeculari Luſit lib.3.cap.13. Fr.Ludou. Miranda de Ordine iud. q.26.art.1. Amat.Roder.in Pract de modo,& forma videndi, ſeu examinandi proceſſum cap.9. de repulſis contra dicta teſtium, Menoch.lib.1. de Arbitr. q.32. Marant.de Ordine iudic.tit.de Teſtium repulſa.

2 Repulſæ teſtium ſunt defenſiones:Vide Lap.alleg.82.n.9. Auend. reſp.21.n.3.verſ Iſtud tamen in fine, Amat.Roder.d.cap.9.n.21.

3 In ſummarijs cauſis cõtra teſtes non admittitur reprobatio, de quo vide Cou.Pract.cap.17.n.4. verſ.7. Capic.deciſ.55.Afflict.deciſ.351.n.2. cũ ſeqq. Menoch. remed.vlt. retin. n 41.Rebuff.de Reprob.teſtium n.6. Ama Rod.d.c.9.n.21.vbi n.19.& 20. quod repulſæ in perſonas teſtiũ,nõ admittũtur in crimine hæreſis, & in crimine læſæ maieſtatis,& ſimoniæ.

4 An minor reſtituatur in cauſa repulſæ ad obijcienda crimina,& vitia aduerſus teſtes?Negatiuam partẽ ſequuntur, Cou.Pract.cap.26.nu.4. verſ.3. Afflict. deciſ.390. nu.3. & 6. Vincen.de Franc deciſ.421.Rebuff. de Reprobat teſtium n.15. verſ.Tertio, Palat.in Repet.cap §.26. nu.13. Perez l.1 gloſ.Tachar.tit.4.lib.3.Ordin.Soar.de Paz in Pract.p.1. temp. 9. n.8. Amat.Roder.d.cap.9.nu.18. Affirmatiuã tamen opinionẽ quando dicta repulſa non recepta,& probara minor ſuã perderet cauſam tenent Boer.deciſ.245.nu.7. & Cald. Pereira in l.Si curatorẽ verbo Læſis nu.30. & 31. quos refert,& ſequitur Gutier.Pract.lib.q.65.n 2.

5 Vtrum teſtes non improbati in prima inſtãtia,poſsint improbari in ſecunda? Affirmãt Afflict.deciſ 226. Dom. Garci.Maſtr.Siciliæ deciſ.78. Negant.Theſaur.Pedam.deciſ.259. & Gutier.Pract.lib.1.q.64.vbi etiam tenet poſſe improbari in ſecunda inſtantia,ſi repulſa falſitatis,vel corruptionis ſit,vel pars ignorauerit vitia teſtiũ,de quo vide Auend. reſp. 21. n.7.lib.1.Perez l.1. gloſ.*Tachar los teſtigos*, verſ.Dubitatur titul.4. lib.3. Ord Soar.de Paz in Pract.p.1.tẽp.8. n.7 Alphonſ.á Villadieg.in gloſ.l.8. tit.4.lib.2 *del fuero juzgo*, n.2. Amat. Roder.d.cap.9.n 3.

6 An poſsit appellari ſi non recipiantur

piantur huiuſmodi repulſæ? Dic quòd ſic,& vide Menoch. remed.4. Adipiſc. num.817. Ioſeph. Ludou. Peruſ. deciſ. 38. num. 4. & 7. Surd. deciſ.36.nu.17. Valaſ.conſ.47.nu.6. & 7. Sed attenta Ordinat. ſupra hoc lib. tit.20. §.33. eſt locum caſus grauaminis in acta proceſſus.

Ad Princip. Ordinat. Regia.

1 In text.ibi (*tanto que o juramento for dado*) Ergò in teſtimonio proferendo requiritur iuramentum, itaut abſquè illo nullam fidem faciat l. Iuriſiurandi 8.& l.Teſtium 14.Cod. de Teſtib.cap Fraternitatis 17. cap. de Teſtib.29.cap.Tuis 39.de Teſtib. Vide apud Hiſpanos l.23.tit.16.part. 3. Auend.reſp.1. n.12. Gutier. in repet. l. Nemo poteſt num.229. cum ſeqq.ff.de Legatis 1.Curi.Philip.p.1. §.17.n.17.Math Coleri Germ.deciſ. 192. n.1. nouiſsimè Camill. Bortell. in Sum. deciſ. tit.60. de Iuramento nu.371 cum ſeqq. Amat Roder. in Practic.cap 7.n.41.vbi nu.42. quod teſtis non debet,nec poteſt per procuratorem iurare. Rebuff. de Reprobat teſtium nu.284. Maſcard.de Probat.concl.1364. Menoch.de Arbitr.lib.1. q.26. Surd. deciſ.1[illegible]. nu.7. Coleri.deciſ.196. Rodolph. in tract. de ſuprema , ſeu abſoluta Principis poteſt.cap.6.n 42.Seraph.de Priuil. Iuram. priuil.30. Morl. in emporio iuris p.1.tit.11.in prælud.n.30.Fr.Ludou.Mirãda de Ord Iud.q.23.art.5. Bernard. Græuæ. ad Pract Cameræ Imper.lib.1 concl.101. Et teſtes iurati,die non feriata,poſſunt examinari die feriata. ex Bernard. Muſcatel. in ſua Praxi Aurea Ciuili Neapol. p. 5.gloſ.Citati n.3.pag.686.

2 Iuramentum tamen teſtibus à partibus expreſſo conſenſu remitti poteſt. Vide cap.Tuis 39. de Teſtib. Rutg Ruland de Commiſſar. lib.6. cap.10 nu.5. Soar. in Theſauro recept.lit.T.nu.271. Maſcard.de Probat.in proœm.q.5.á n.103. & concl. 1362.n.19. Gutier.in l.Nemo poteſt n.134. Farin.in Praxi crim.q.74.nu. 83. Bernard. Græuæ. d. concl. 101. conſid.2. Secùs ſi ageretur de diſſoluendo matrimonio,quia tunc remiſsio non datur , ex Maſcar.d.q.5. n.111. Farin.d.q.74.n.94.vbi nu 85. idem tenet ſi ageretur de cauſa criminali,vel ciuili ardua.

3 In text.ibi(*preſente no lugar*) Ideſt præſens in oppido, vel pago , locus enim dicitur quodcunq; continens, ſiue vbi quicquam conſiſtit ſecundum Vario.lib.4 de lingua Latina in princip.& facit l. Vrbana prædia ff.de Verbor.ſignif.

4 In text.ibi (*ſendo a parte preſente*) Vide Menoch. de Arbitr. caſu 236. n.6. Maſcard.concl.408.n.23.

5 In text.ibi (*eſpecificandolhe a cauſa della)* Nota quòd ad hoc vt admittantur obiectiones & repulſæ contra perſonas teſtium ad ipſorum reprobationem non ſufficite quòd in genere tales repulſæ obijciantur,ſed requiri quod in ſpecie facta ſigillatim examinatione criminũ, & aliarum obiectionum reprebentur iuxta textum in cap. Præſentiũ §. Teſtes de Teſtib.lib.6.& in cap.Vt circa vbi gloſ.verbo Omnia de Electi. eod.lib.Marant d.tit de teſtiũ repulſa num.3.Perez l.1.gloſ.Tachar verſ. Repulsã proponens tit.4.lib.3. Ordin. Soar.de Paz p.1. temp.9. nu.11. Amat Roder.in Pract.cap.9 nu.23. Azeue.l.2.à n.1.tit.8.lib.4 Recop.Et ſi opponat de inimicitia debet exprimere causã ipſius. Vide Maſc.concl. 692 Grãmat.deciſ 34.n 24.& deciſ. 88.n.4.cũ ſeqq Menoc.lib.1.de Præſumpt.q.89.n.58. & lib.5.q.43.nu.2. Rebuff.

Rebuff. de Reprobat teſtium nu. 3. Farinac. in Praxi crim. q. 49. n. 127. cum ſeqq.

6 In text. ibi (*não ſendo a parte preſente no lugar*) Vide Maſcard. concl. 408. nu. 23. Viui. tom. 1. Commun. Opin. lib 4. tit. 10. nu. 408. pag. 561. Menoch. de Arbitr. caſu 339. n. 2.

AD §. I.

1 In text. ibi (*ſe intentarão as contraditas, & porão perante o julgador que mandar cumprir a carta*) Quia examinatione teſtium ſimpliciter commiſſa, eorum reprobatio non cenſerur commiſſa, quod eleganter reſoluunt Menoch. lib. 2. de Præſump. q. 56. nu. 4. 5. & 7. Rutger. Ruland. de Commiſſar. p. 1. cap. 2. num. 18. Bernard. Græuæ. ad Pract. Cameræ Imper. lib. 1. concl. 96. conſid. 1. à n. 4.

2 Aduerte quòd terminus, & dilatio in cauſa attentatorum ad reprobationem, & repulſationem ad petitionem partis dari debet, Afflict. deciſ. 351. in fine, Ioſeph. Ludou. Peruſ. deciſ. 86. n. 3. & 4. Herculan. de Attent. appell. pend. cap. 17. á nu. 4. nouiſsimè Camill. Borrell. in Summa deciſ. tit. 47. de Dilation. à n. 125.

AD §. II.

1 In text. ibi (*antes que as inquirições ſejão abertas*) Vide Viui. tom. 1. Communium Opinion. lib. 4. rit. 10. nu. 408. pag 561. De iure Hiſpano per l. 1. tit. 8. lib. 4. nouæ Recup. omni caſu permittitur poſſe aduerſus teſtes opponi crimina vitia, & defectus & repulſoſque obijcere in perſonas & dictis ipſorum ſtatim poſt teſtium publicationem intra ſex dies, refert Amat. Roder. in Pract. cap 9. nu 2.

2 In text. ibi (*não as poderà mays pôr*) Poterit tamen, ſi iudicis facto fuiſſet impeditus, vel illi teſtes ita eſſent inhabiles, vt eorum inhabilitas partium conſenſu tolli non poſsit vt in iudæo, minore, & ſimilibus reſoluit Menoch. de Arbitrar. caſu 239. n. 4 & 5.

3 In text. ibi (*ſaluo, &c.*) Notatur ad hoc quôd quandocunque poteſt obijci de falſitate, & de ſubornatione teſtis ex pretio, vt per Mendoz à Caſtro in Praxi ſeculari Luſit. lib. 3. cap. 13. à n. 2. Amat. Rodr. d. cap. 9. n. 3. verſ. Cæterum in fine, & n. 9.

AD §. V.

1 Vide latiſsimè Farinac. in Praxi crim. p. 2. de oppoſitione cõtra dicta teſtium q. 67. n. 58. cum ſeqq.

2 Excipiens tamen contra teſtes actorem, vel accuſatorem ipſos infamando iniuriarum actione tenetur, ſi infamatoriam exceptionem non probauit, ſecùs verò ſi illam probauit. Vide Clar. lib. 5. §. fin. q. 53. num. 4. Gregor. l. 14. tit. 14. part. 5. Perez l. 1. verſ. Dubitari ſolet titul. 4. lib. 3. Ordin. pag. 556. Ballacomb. tom. 2. Communium Opinion. lib. 9. tit. 25. n. 56. pag. 519. Boer. deciſ. 245. in fine, Rebuff. de Reprobat. teſtium n. 2. Farin. in Praxi crimin. p. 3. q. 105. n. 233. cum ſeqq. & addit. ad eius conſ. 50. verſ. Sic & excipiens pag. 197. plures ex antiquioribus refert Cened. ad Decret. collect. 146. n. 4. in med. Soar. de Paz in Pract. tom. 1. p. 1. temp 9. n. 22. Curi. Philip. p. 1. §. 17. n. 13.

AD §. VII.

Vide latiſsimè Farin. in Praxi crimin. p. 2. de oppoſit. contra perſonas teſtium q 53 num. 3. cum multis ſequentibus. Inimico producto in teſtem aſſerenti ſe inimicum credi-

tur ex Maſcard. de Probat. concl. 1046. num. 29. & faciunt quæ Fr. Emman. quæſt. Regul. tom. 2. q. 15. art. 4.

AD §. VIII.

1 Vide Cott. in Memorab. verbo Inimicitiæ. Cald. Pereira de Renouat. q. 7. nu. 16. verſ. Quamobrem & num. 17. Maſcard. de Probat. concl. 1046. num. 16. vbi num. 17. quid ſi iuſta cauſa fuerit inimicus.

2 In text. ibi (*porque pareça, &c.*) Ergò inimicitia affectata non repellit teſtem à teſtificando. Vide Farin. in Praxi crimin. p. 2. q. 53. nu. 28. & num. 64. nouiſsimè Mendez à Caſtro in Praxi ſeculari Luſitaniæ lib. 3. cap. 13 n. 9.

3 Aduerte quòd producens teſtem pro ſe, non poteſt illum reprobare, cum per eius productionem, & præſentationem cenſeatur perſonam illius approbare ex doctrina gloſ. verbo Si quis in cap. Præſentium de teſtibus reſoluunt Gutier. in l. Nemo poteſt à num. 127. ff. de legat. 1. Azeued. l. 1. num. 46. titul. 8. lib. 4. nouæ Recopil. Amat. Roder. in Pract. cap. 9. num. 6. verſ. Primum.

AD §. IX & vlt.

1 Vide Maſcard. de Probat. concl. 412 & concl. 1357. num. 43. Farin. in Praxi crimin. p. 2. de oppoſit. contra perſonas teſtium q. 54. à princip.

2 Limita ſi teſtis conſanguineus teſtificetur contra alterum pariter conſanguineum. Vide Mench. lib. 2. de teſtatoris potentia § 12. requiſitio 5. num. 3. Stephan. Gratian Diſcept. Forenſ. cap. 100. n. 17.

Ad tit. 59. Ordin. Regiæ.

In antiq. tit. 45.

Das prouas que ſe deuem fazer per eſcripturas publicas.

De probationibus per ſcripturas publicas faciendis.

Ad Princip. Ordinat. Regiæ.

1 Vide Surd. decif. 43. à n. 1. Gutier. de Iuram. confirmat. p. 1. cap. 66. n. 2. latiſsimè Valaſc. de Iure Emphyt. q. 7. à n. 6. cum multis ſeqq. vbi n. 13. aſſerit hanc legem eſſe exhorbitantem, & contra ius commune. Si aliquis ante Regium diploma impetratum ad probandum per teſtes aliquid requirens probationem per ſcripturam teſtes immature dederit, valida erit probatio ex reſolutis per Stephan. Grat. Diſcept. Forenſ. cap. 138. nu. 30. cum ſeqq. Cald. Pereira de Nomin. q. 21. n. 88. Et facit quod reſoluit Flamin. de Reſignat. lib. 11. q. 7. nu. 90. aſſerentis quòd ſi Papa conceſsit Abbati priuilegium teſtandi, illa gratia facit vt ſuſtineatur teſtamentũ iam factum, licet nulliter, & allegat Iaſ. in l. Quominus n. 129. de Fluminib. Hippol. in Rub. Cod. de Fideiuſſ. nu. 83. & idem Flamin. etiam tenet quod ſi Princeps conceſsit alicui, vt poſsit facere molendinum, illa licẽtia porrigitur ad molendinum prius illicitè factũ, & allegat Paul. de Caſtro in l. Si quis filio §. Irritum n. 5 ff. de Iniuſto rupto, & Iaſ. vbi ſupra nu. 127. & tenet etiam Bellacom. tom. 1. Commun. Opin. lib. 4. de Iure Emphyt. tit. 44. n. 286. pag. 686.

2 Limita primò, hanc Ordin. inter perſonas Eccleſiaſticas, quas illa non comprehendit. Vide Hippol. Rub. de Probat. nu. 41. Fr. Emman. tom. 1. quæſtion. Regular. q. 66. art. 2. verſ. Quinta regula. Cabed. p. 1. deciſ.

Digitized by Google

deciſ. 139. Valaſc. d. q. 7. num. 25. vbi dicit, ſe credere, hanc communem opinionem non ſeruari in practica in hoc Regno, cum nunquam vidiſſet clericũ admitti in iudicio ſæculari contra laicum, ſi non offerat publicam ſcripturã, in caſu quo per hanc Ordin requiritur, quod intelligerem, quando contractus fuiſſet celebratus inter clericum, & laicũ, ſecus ſi inter duos clericos.

3 Limita ſecundó, in literis cambij. Vide Valaſc. d. q. 7. num. 16. & conſ. 176 nu vlt. Gam deciſ. 238. in fine, Azeued. ad lib. 3. nouæ Recop. tit 13. nu. 12 pag 373. Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap. 64. nu. 13. vbi tenet quòd habent vim publici inſtrumenti.

5 Doctoris inſignis pragmatici ſcripto probatam atteſtationem ſuper ſtylo, & vſu ordinario ſibi cognito, & propinqui loci ordinaria reſpicientibus fidem cæteris paribus facere,donec contrarium probetur, reſoluunt Tibér. Decian. reſp. 18. nu.98. Ioſeph. de Ruſticis in tract. An, & quando liberi ſub conditione poſiti lib 1.p.2 nu 71. cum ſeqq. Maſcard.concl.426 n.11.12.13.& 16. Alexand.Raudenſ.reſp.18.num.76. lib.1. Caualcan. p.3. deciſ.13. nu.95. Ignat. del Villar. in Sylua reſponſ. lib.1.reſp.12.n.16.

Sententia Senatus facit ius quoad ſimiles cauſas.

6 Sententiam Senatus facere ius quoad omnes ſimiles caſus reſoluūt Gam.deciſ 33. in fine, & deciſ.174. num.10.& deciſ.228 Pinell. in l.2. Cod. de reſcind. vendit. p.2.cap.4. n 2. Menoch conſ 59.á num.10. & conſ.180.n 30. Vincent.de Franch. deciſ.238. nu 3. Gutier. Pract lib 3. q.16.num 74. Cald Pereira de Renouat.q.15.nu.27. Cabed.p.1. deciſ. 212. n.1. Vanti. tit ex defectu iuriſdict deleg n.20. Afflict.Neapol.deciſ.169.nu.9. Franciſ.Monald.conſ. 132. n.5. Pereg.conſ.91.nu.29. Menoch.de Præſumpt.lib.1.q.1.n.27.& conſ.671.nu.21.& conſ.676.num.2. Alexand.Raudenſ.reſponſ.47.n.17. vol.1. Ioſeph. Ludou. Lucenſ. deciſ. 90. num.8.p.2. Barnab. Cornazan. Lucenſi deciſ.29. nu.9. Surd. conſ. 310. n.17.& conſ.403. n.83. nouiſsimè Camill Borrell. in Summa omnium deciſ.tit.13. de Legibus nu.15. Inferiorum tamen iudicum ſententias ad exemplum, ſeu ad deciſionē cauſarum allegari non poſſe reſoluunt Menoch.de Præſumpt.lib.1.q. 1. n.20. & conſ.75. à n.93. Euerard. in Topicis legalib. loco Ab auctoritate 95.ſub num.5. Niſi forſan ex iiſdem inferiorum ſententijs conſuetudo eſſet introducta,tunc enim ad deciſionem allegari conuenit ex gloſſ. verbo Magiſtratus in l.Nemo iudex 13. Cod.de Sentent. & interl. Alex. Raudenſ. de Analogis lib. 1. cap.33.n.117. Tiber.Decian.in Apologia pro iuriſp. reſponſis aduerſus Alciat.cap.22.nu.132. Et ſententia lata in cauſa leuioris cognitionis, vel leuioris probationis nunquàm parit exceptionem rei iudicatæ in cauſa maioris inquiſitionis, vt per Surd.de Alim.tit.1.q.126.n.5.

7 Deciſiones Rotæ Romanæ magiſtrales adinſtar particularium deciſionum eſſe tradunt Euerard. d. loco 95 nu 10. Maſcard. de Probat. concl 484 à n.1. Gabri.Roman.lib. 2. ſentent. tit.de Sentent. concl.7. nu. 22. Franc.Viui.deciſ.401.nu.20. Robert.Lancelot.de Attentatis p.2. cap.20.limit.1 nu.2. Tiber. Decian. reſp.19.ſub n.68 & 69. vol.3. Perſiſtit igitur verum,& Rotam Romanam quandoquè rotare ex gloſ.in proœm. reg. Cancellariæ Maſcard. d concl.484.ſub n.9. Magdalen de numero reſtium in teſtamento requiſito

quiſito p. 2. cap. 9. nu. 35. Tiber. Decian reſp. 63. nu. 15. vol. 5. Menoch. lib. 2. de Præſumpt. q. 71. n. 14. Surd. conſ. 403. n. 83. & 84.

8 Deciſiones Doctorum, lege deficiente, plurimum valere reſoluit Surd de Aliment tit. 1. q. 44. nu. 14. quippe, & vnius in terminis etiam ſine lege loquentis deciſio plurimũ valet ex eod. Surd. conſ. 379. nu. 23. quinimò contradictionem ſi paſſa non eſſet omnem controuerſi caſus dubitationem ſubmouet, inſtarquè legis allegari poteſt. Vide Menoch. lib. 2. de Præſumpt. q. 71. num. 16. & conſ. 73. nu. 17. verſ. Reuocantur in dubium Vincent de Franch. Neap. deciſ. 364. nu 4. Viui Neapol. deciſ. 135. n. 4 cum ſeqq. & deciſ. 401. nu. 30. Caualcan. deciſ. 15. nu 4. & deciſ. 30. nu. 38. p. 1. Hieron Magon. Florent. deciſ. 66. nu. 20. Surd. Mantu. deciſ. 229. nu. 2. & conſ. 313. num. 43. Cald. Pereira conſ. 46. n. 2.

Praxis vera legum interpres.

9 Praxis vera legum interpres, vt per Galganet. de condit. & demonſtrat. p. 1. cap. 8. n. 61. Et de Practica multa per Cott. in memorab. verbo Practica. Gemin de Vſuris commento 1. §. 8. n 164. Menoch. de Arbitr. caſu 474. n 61. & conſ. 187. nu. 54. & 55. Bonacoſ. Commun crimin. p. 1. verbo Practica fol. 135. in fine. Rebuff. in commentar ad titul. ff. de Verbor Signific. l. 87. pag 384. Gutier. Pract. lib. 3. q 16 n. 71. & 73 cum ſeqq Gonzal. ad reg 8. Cancel. gloſ. 9. §. 1 n 40. cum ſeqq.

10 Exemplum iudicandum eſt. Vide Ludou. Rodolphin poſt tract. de abſoluta Principis poteſt. concl. 10. per totam.

Conſuetudo ſeruanda.

11 In text. ibi (*ou coſtume*) Vide Alexand. Raudenſ. de Annal. cap 33 nu. 117. lib. 1. Tiber. Decian. in Apolog. pro iuriſp. reſponſis aduerſus Alciat. cap. 22. n. 132. Cald. Pereira de Nominat. q 7. n 11. Valaſc. conſ. 62. n. 9. latiſſimè Camill. Borell. in Summa omnium deciſ. tit 14. de Cõſuetud. Et conſuetudo concernens ordinatoria iudicij ſeruanda eſt ex Steph. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap. 100. n 61. In quo differat conſuetudo ab ſtylo latè tractant Hippol. conſ. 8. n 27. Menoch. lib. 2. de Præſumpt. q. 8. nu. 3. cum ſeqq. & ex ſententijs diſformibus non inducitur conſuetudo ex Alber. in l. Quæſitum §. Si quid eodem ff. de fundo inſtr. Aym. conſ. 94. n 5. Farinac. in nouiſſ. deciſ. 336. n. 7. Conſuetudo eſt optima legum interpres Tiraq. de Nobilit. cap. 10. nu 9. Afflict. deciſ. Neapol. 166. ſub nu. 9. & deciſ. 173. nu. 3. Menoch. conſ. 32. nu. 44. vol. 1. & conſ. 577. n. 2. & 3. vol. 3. Camill. Borrell. d. tit. 14. de Conſuetud. num. 88. Et conſuetudo eſt interpretatiua contractuum l. Quod ſi nolit §. Qui aſſidua ff. de ædilit. edicto Menoch. de Arbitr. caſu 83. n 10. Magon. Florentina deciſ. 56. n. 3. & Lucenſi deciſ. 7. n. 21. Et conſuetudo facere poteſt, quod facere poteſt pactum Afflict. Neapol. deciſ. 91. nu 9. & deciſ. 258. n. 2. Conſuetudo actuum frequentiam exigit, vt per Cæſar. Barzi. Bonon. deciſ. 95. à n. 7. Anton. Bellon. Genu. deciſ 17. n. 6. Afflict. Neappl. deciſ. 321. ſub n. 17. & deciſ. 388. n. 7. Franciſc. Marc. Delphin. deciſ. 255. nu. 1. vol. 1. Cacheran Pedam. deciſ. 99. n. 45. Franc. Viui. Neapol deciſ. 130. n. 8. Franciſ. Cantu. nouiſſ. Roman. deciſ. 19. n. 4 & 5. vol. 2. Steph. Gratian. Marchiæ deciſ. 148. nu. 10. Maſtrillo Siciliæ deciſ 67. num. 16. Conſuetudo debet eſſe vniformis, non autem diuerſimode obſeruata, vel diuerſis actibus facta Surd. conſ. 254. num. 29. & conſ. 449. num. 7.

Cacher.

Cacheran.d.deciſ.99.nu.7. Caualc. Fiuiz.deciſ.11. nu.51. p.2. Hieron.de Laurent.Auenion.deciſ.20.n.9.

12 Doctori aſſerenti conſuetudinem vigere in loco, in quo verſatur credendum eſt. Vide Bart. in l. De quibus n.21.ff de Legibus. Roch.in cap.fin.de conſuetud.ſect.8. num.9. Galiaul.in l. Gallus §. Idem credendum num. 34. ff. de liber. & poſth. Palat.in repet.rub.§.21.num.1. Rot. Bonon deciſ.65.num.12. Strach.de Mercat.tit.de decoctor.p.5. num.6. Anton. Mariæ tom. 1. Commun. Opin.in princip. lib.1.tit.17.de Legibus n.334 pag 244.vbi Viui.num. 364. Emman. Soar. in Theſauro ſentent. lit C. verbo Conſuetudo non probatur. Menoch. de Arbitr. caſu 360.nu.94.& conſ.1.nu.164. & conſ.54.n.5.& 37. Maſcard.de Probat.concl.426.& concl 528.Ludou. Rodolphin.Vari. quæſt. lib.2. q 51. nu.28.& 29. Surd.conſ.311.n.15.Stephan. Grat.Marchiæ deciſ 130. n.6. Farin in Praxi crimin.p 1 tit.5.q.45. nu.18. nouiſsimè Camill. Borrell.in Summa omnium deciſ titul.14. de Conſuetud à n.132. Et Doctor non poteſt atteſtari de conſuetudine totius orbis ex D.Marc.de Iuriſdict.p. 4. caſu 95.n.24.

13 In text.ibi(*& quando o caſo de que ſe trata, &c.*) Apud Hiſpanos deficientibus legibus regijs, & conſuetudinibus prouinciarum recurrendum eſſe ad ius Canonicum reſoluunt Perez in proœm. Ordin. q.3. Curi.Philip.p.1 §.7.à n.14. Burg.de Paz l.1. Tauri num. 602. cum ſeqq. Soar.de Paz in Pract.in princip.annot 5.ſub n.36. Morl in emporio iuris p.1 tit.1. q 16. nu.36. Flores Vari. lib.1.q.2.n 4. Azeued.ad tit.1. n.18. lib.2.Recop. Amat.Roder.in Pract. cap.10.n.25. Attenta tamen Ordinatione in præſenti ad ius Canonicum tantùm recurrendum eſt, vbi de materia agitur, quæ peccatum concernit.

14 In text.ibi (*ſendo materia que traga peccado*) Ergò lex Canonica in foro ciuili ſeruatur quando agitur de peccato, vt per Doct.in cap.1. & 2. de noui operis nunt.gloſ.in cap. 2. de Arbitris in 6. Surd. deciſ.158. nu.9. nouiſsimé Camill. Borrell. in Summa omnium deciſ.tit.13.de legibus nu 82. & de Aliment.tit.7. q. 29. n.11. Azeued.d. tit.1.num.17.& dùm hæc Ordinatio probat in materia peccati eſſe obſeruandas conſtitutiones Canonicas, intelligitur etiam de ſynodalibus, vt per Cald. Pereira quæſt.forenſ.lib.1.q.25. nu. 28. in fine. In diſpoſitis tamen ad pias cauſas ius Canonicum in vtroque foro ſemper ſeruandum eſt,ex Tiraq.de Priuilegijs piæ cauſæ priuileg.163. quod procedit etiamſi agatur de ſolo veniali peccato, vt per Butri.Imol.& Abb.in cap.fin.de Præſcript. Rip.in cap.Sæpe nu.6.de reſtit.ſpoliat.Alciat.in cap.Nouit n. 19.de Iudic.& in cap.Cum contingat n.5.de Iureiur.& lib 5. Paradox. cap.3 quos refert, & ſequitur Surd. d.q.29.n.12.vbi n.13. aſſerit quod in cauſis matrimonialibus Canones ſunt ſeruandi, de quo etiam Menoch.conſ.18.n.11.

Lex Canonica in materia peccati ſeruatur in foro ciuili.

15 In dubio Canoniſtarum opinio in his, quæ animæ fauorem reſpiciunt, ſequenda eſt. Vide Anton. Mariæ tom. 1. Commun. Opin. in princip.lib.2.tit.9. caſu 30.à nu.152. pag.46. Surd.conſ.11. n.22. Semper illa oppinio eſt ſequenda, quæ magis fauet animæ,quod procedit etiã in pœnalibus, & odioſis, vt per Phœb.deciſ.50.n.7.& 8.

16 In text.ibi (*ſeja julgado pelas leys Imperiaes*

imperiaes) Vide Gregor. l. 6. verbo Por la leis titul. 4. part. 3. Azeued. ad titul. 1. num. 4. lib. 2. nouæ Recopil. pag. 122. Valaſc. de Iure Emphyt. q. 25. num. 25. in fine. Cabed. p. 1. deciſ. 211. num. 8. & p. 2. deciſ. 25. Cald. Pereira de Empt. cap. 1. nu. 5. & 6. Nota quòd quando aliquid ex partium conuentione debet fieri ſecundùm ius, intelligitur ſecundùm leges Regni, non ſecundúm leges Imperiales ex Stephan. Grat. Diſcept. Forenſ. cap. 99. & vide quæ infra dixi in proœmio ad lib. 4. An deficiente lege huius Regni, ſi ſic aliqua lex Caſtelæ ſecundùm eam ſit iudicandum, cum hoc Regnum ſubſit Regno Caſtelæ? Videtur affirmatiuè reſpondendum iuxta tradita per Rebuff. ad l. 114. de Verborum ſignificat. pag. 455. & in tract. nominat. q. 6. num. 15. Cabed. deciſ. 211. in fine p. 1. Cald. in reſponſo pro Duce Paſtranæ num. 7. Valaſc. de Partion. cap. 19. num. 11. & nu. 27. Bernard. Græuæ. ad Practicam Cameræ Imper. lib. 2. concl. 33. num 18. cum multis ſequentibus. Obſtat tamen quòd hoc Regnum Portugaliæ, non eſt vnitum acceſſoriè Regno Caſtelæ, ſed æquè principaliter, ita vt quilibet ſuis legibus regatur, ac ideò conſiderari debent, ac ſi eſſent omninò ſeparata ex Bart. in l. Si conuenerit §. Si iudex ff. de Pignoribus: Vide D. Barboſ. in l. Hæres abſens § Proinde ff. de Iudic. in art. de foro delicti num. 143. Cabed. de Patronat. Regiæ Coronæ cap. 40. num. 3. Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap. 9. num. 14. cum multis ſequentibus, ſed conſiliari poſſunt, vt quando deficit lex huius Regni, poſſit ad leges Caſtelæ recurri, relictis Imperialibus.

AD §. I.

1 In text. ibi (*então mandamos que ſe guardem as gloſſas*) Nota quòd gloſſarũ auctoritas maxima eſt, & omnes alias antecedit, de quod vide Viui. tom. 2. Commun. Opin. lib. 7. tit. 12. de pœna iudicis, qui malè iudicauit n. 20. verſ. Et licet ſimiliter. Barthol. Bolognin. in repet. Auth Habita n. 258. Cod. Ne filius pro patre. Auil. ad cap. 1 Prætor. verbo Fiel. num. 15. Maſcard. de Probat. concl. 842. & concl. 1138. n. 15. cum ſeqq. Morl. in emporio iuris p. 1. tit. 1. q. 12. num. 3. Cepall. in præfat. Commun. contra communi. á nu 61. cum ſeqq. plures refert Doctores Cened ad Decretal. collect. 18. n. 6. & nouiſsimè Practic. ac Canonic. quæſt. lib. 1. q. 8. nu. 19. Amat. Roder. in Pract. cap. 10. n. 33. *Gloſſarũ auctoritas maxima eſt.*

2 In text. ibi (*Accurſio*) Accurſium fuiſſe Azonis diſcipulum, & dignum magiſtro Diſcipulum tradit Tiraq. in l. Si vnquam verbo Torum n. 4. & de gloſsis Accurſii, Vide Francíſ. à Souſa in repet. l. fœminæ ff. de regulis iuris p. 1. n. 252.

3 In text. ibi (*oppinião de Bartolo*) De laudibus, & auctoritate opinionum Bartoli, latè agunt Cott. in Memorab. verbo Iuriſpetiti pag. 486. Tiraq. in l. Si vnquam in princip. num. 154. & ad l. 2. connub. gloſ. 1. nu. 9. Grãmmat. deciſ. 63. nu. 15. Auiles ad cap. 1. Prat. fol. mihi 32. Viui. tom. 2. Communium Opin. lib. 7. tit. 12. nu. 20. verſ. Ex quo auctoritas Bartoli pag. 251. Iaſ. in l. Quidam cum filiũ à nu. 35. ff. de Verbor. Syluan. conſ. 9. n. 18. lucernam, & iuris ciuilis illuminatorem fuiſſe aſſerit Amat. Roder in Pract. cap. 10. num. 23. Et quod ſit conſtitutio in tota Hiſpania quòd Bartoli doctrina habeatur *Bartholi recepta opinio habetur pro lege.*

pro lege aſſerit D.Mart.de Iuriſdict. p.1.cap.26 n.72. & in votis nouiſſ. deciſ.voto 6 n.5.

Communis opinio. 4 In text.ibi (*ſaluo ſe a commum op- poniāo, &c.*) De communi opinione & quod ſecundùm illam, & magis receptam teneatur iudex iudicare: Vide Cott.in Memorab verbo Opinio communis pag. 625. Fichard. Villalob.Soar.& alios tom.1. Commun.Opin.lib.1.tit.17.à n 421. cum multis ſeqq.pag.251. Viui.d.n.20 in princ.Rebuff.in Auth.Habita Cod. Ne filius pro patre verbo Examinatione verſ.5.pag.579.in fine. Paz in procemio legum Tauri à n 251. Caſſador.deciſ 5.n.13.de Conſtit. quem refert Aloyſ.Ricci. in collect. deciſ. p.4.collect.802. Seraphin de Priuilegijs Iuram.priuil.17.n.16. Menoc. lib.2.de Præſumpr.q.71. nu.2. Gutier. Pract.lib.3.q.13.nu.34. Surd. de Aliment.tit.9.q.44.n.60. Petr.Caball.in tract. de omni genere homicidij nu.373.& plures refert Doctores Cened.ad Decretal. collect.84. n.4. Amat.Roder.in Pract. cap.10. n.34. Opinio quippe illa præſumitur verior,adeoquè in iudicando ſequenda erit,quæ à maiori parte Doctorum crebrius recepta exiſtit,pulcherrimi in id textus ſunt in l.Athletas 4. in princip. ibi, & generaliter ita omnes opinantur ff. de his, qui notantur infamia. l. Ita vulneratus 51. in princip.ibi dicitur vulgò ff.ad legem Aquil. l.Vni.ibi ſanè crebrior apud veteres opinio eſt ff. de officio quæſt. l.Diui fratres 17. ibi plurium etiam iuris auctorum ff.de iure patron. Princip Inſtit. de hæred. inſtit. ibi ſecundùm plurium ſententias.

5 Communis tamen opinio,non eſt præferenda illi opinioni,quæ validioribus, & melioribus rationibus fundata eſt. Vide Fichard. d. tit.17. nu 424.pag.251. Farin.in Praxi crimin.p.1.q.15.num.56. Pro Eccleſia vero communis opinio prævalet,ex D.Mart.de Iuriſdict. p.2.cap.6.n.6. & num.7. aſſerit nullum Doctorem poſſe fundare opinionem contra Eccleſiam;& cap.7.n 29.reſoluit quòd opinio,quæ fauet animæ,eſt amplectenda.

6 Conſilia ſunt lectoris anteferenda, maiorquè illis fides adhibenda eſt, cum maturius rem, & factum examinetur in conſilijs, quàm in lectoris. Vide Fichard.d.tit.17.n.429. pag.251. Flamin. de Reſignat. tom. 2. lib 11 q.10 n 31.

7 In delictis mitior ſequenda eſt opinio, ex Petr. Caballin. de omni genere homicidij n.374.

8 In cauſa matrimoniali, propter illius fauorem,poſſumus recedere á communi opinione. Vide Felin. in cap.1.n.1.verſ.Singularis, vt lite non conſtet. Cott in Memorabil. verbo Nuptiarum pag 618.

9 Iudex excuſatur ſi omiſſa recepta communi Doctorum opinione ſequutus eſt illam, quam aliquando eius præceptor verã,eſſe affirmauit. Vide Ferret.caut.31. Rebuff.de Priuilegijs ſchol. priuil.72. & in Auth. Habita Cod.Ne filius pro patre verbo Examinationem verſ. Nonum pag. 580. Menoch. lib. 2. de Præſumpt.q.71.n.51.

10 Opinio probabilis in foro conſcientiæ ſequi poteſt,relicta probabiliori. Vide Armil. verbo Opinio. Arag.2.2 q.63.art.4.vdi Salon controuerſ.2 Bannes q.10.art.1.Barthol. Medin. 1. 2. q.19. art.6. vbi Lorca diſp.39. Salas tract.8.diſp.Vnic.ſect. 6. Valent. tom. 3. diſp.5.q.7. puncto 4. P. Soar.tom. 4. de Pœnit. diſp.22. ſect. 9. num.6. & tom.5 de Cenſur.

Cenſur.diſp.40.ſect.5.n.6.P.Sanch. de Matrim.lib.2.diſp.41.n.30. & lib. 3. diſp.20.n.4.& lib.8.diſp.6.n.18.

In antiq. tit. 48.

Ad tit. 65. Ordin. Regiæ.

De ſententijs interlocutorijs.

Das ſentenças interlocutorias, &c.

Ad Princip. Ordinat. Regiæ.

Sententia interlocutoria eſt, quæ ſuper incidentibus, & emergentibus fertur.

1 IN text.ibi (*ſentença interlocutoria he, &c.*) Vide Menoch.conſil. 360. n.1. Azeued.ad l.3.num.7. cum ſeqq.tit.18.lib.4 nouæ Recop. D Barboſ.in l.Si debitori n.97.cum ſeqq.ff.de Iudicijs, Guid.Papæ deciſ.12.quem refert nouiſsimè Aloyſ. Ricci. in collect. deciſ.p.5. collect. 1474. verſ.Quarto limita.

2 Sententia ſuper momentaneo poſſeſſorio lata, an ſit interlocutoria, vel definitiua? Dic quòd eſt interlocutoria, quatenus poſſeſſorium plenarium ſpectat, definitiua verò quatenus cõtrouerſiam hinc inde aſſertæ poſſeſsionis temporariæ definit vni, vel alteri partium. Vide tamen Menoch remed.vlt.Retin, n.46. & 47. Caualc. deciſ.23. ex ordine 69. ſub n.41.& n.106.p.2.Bern.Græuæ. ad Pract.Cameræ Imper.lib.1.concl. 7.conſid.1.n.1.Valaſc.conſ.79.n.18.

3 In text.ibi (*& todo juyz poderà renogar ſua ſentença interlocutoria*) Vide Cardoſ.in Praxi iudic. verbo Iudex n.66. & 67. Franciſ.del Caſtillo Siciliæ deciſ.58.quem refert nouiſsimè Aloyſ. Ricci. in collect. deciſ. p. 5. collect.1474. verſ.Quarto limita late, & eleganter Cald.Pereira quæſt. Forenſ.lib.1.q 9.à princip.vbi nu.3. quod iudex etiam ſine cauſa poteſt reuocare ſententiam interlocutoriam, & n.4. quod appellatio interpoſita non impedit ſententiam interlocutoriam reuocari, & conſtitutum eſt in §.4.& n.5.quod eam etiã iudicis ſucceſſor reuocare poteſt, & habetur §.6.& n.7.quod iudex non cogitur illam reuocare, & n.8. quod iudex poſtquàm executioni illam mandauit, non poteſt reuocare, & habetur §.3.& n.9. quod ſententia interlocutoria, quæ finem imponit iudicio, aut proceſſui reuocari non poteſt. Sicut nec poteſt reuocari interlocutoria geminata, vt per Cald. de Poteſt.nomin.cap.2.num.38. Et quæ tranſit decem dies, quia efficitur quoad partes irreuocabilis, Gratian.d.cap.155.n.35.

4 Nota quòd ſententia interlocutoria, non ſolùm ſemel, ſed etiam millies reuocari poteſt, ex Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap.147. n.11 & cap.155.n.16.cum ſeqq.ſecùs tamen de iure huius Regni in §.vlt. huius tit. vbi quod ſemel tantùm reuocari poteſt.

5 In text.ibi (*& aſsi a ſentença definitiua, não poderà ſer, pelo juyz que a deu, mays reuogada*) Vide Cald. Pereira d. q.9.à n.10. vbi etiam reſoluit, quòd nec ex conſenſu partium; & nu.12. quamuis ſit nulla, & inualida. Limitat Theſaur.deciſ.135.in iudice, qui in ſententiæ probatione de intereſſe nihil dicit, poterit illud poſtea declarare, & adiudicare, parte actrice petente, & refert nouiſsimè Aloyſ. Ricci. in collect. deciſ.p. 5. collect. 1474.

AD §. I.

1 In text.ibi (*que não procedia o libello*) Vide Magon. Lucenſi deciſ.32.n.55. Stephan. Gratian. Diſcep. Forenſ. cap.348.n.16. vbi reſoluit quòd abſolutoria ab obſeruatione iudicij dicitur interlocutoria, quando eſſet lata propter libellum ineptum, aut partis abſentiam.

Nn 2 In

2 In text. ibi (*ou abſolueſſe o reo da inſtancia do juyzo*) Nota quòd ſententia abſolutoria ab obſeruatione iudicij magis accedit ad naturam definitiuæ, quàm interlocutoriæ, vt per Stephan. Gratian. d cap 348. n. 14.

3 In text. ibi (*onde o juyz recebeſſe appellação, &c.*) Poteſt tamen appellari à receptione appellationis ad Senatores iuxta Ordinat. lib. 1. tit 58. n. 27. ad finem.

In antiq. tit. 50.

Ad tit. 66. Ordin. Regiæ.

De ſententiis diffinitiuis.

Das ſentenças diffinitiuas.

1 Sententia quæ tranſiuit in rem iudicatam pro veritate habetur l. Res iudicata ff. de Reg. iuris, & facit rem notoriam Maſcar. concl. 1296. à n. 14. Gam. deciſ. 110. n. 5. & habet vim conſuetudinis, & legis Gam. deciſ. 174. n. 10. & præſumitur iuſte lata Cald de Empt. cap. 34. nu. 40. Ludou. Rodolphin. vôto vni. num. 9.

Ad Princip Ordinat. Regia.

1 In text. ibi (*a qual preſumpção he tão vehemente, &c.*) Nota quod præſumptio iuris, & de iure non admittit probationem in contrarium, vt per Cardoſ. in Praxi iudicum verbo Preſumptio n. 4. Menoc. de Præſumpt. lib. 1. q. 3. Alexand. Trentaſinq Variar. lib. 2. titul. de Præſumpt. reſol. 2. Si tamen obiectum fuit contra præſumptionem iuris, & de iure, parte non contradicente, de ea obiectione diſputandum eſt ex Menoch. lib. 2. de Præſumpt. q. 46. nu. 13 quem refert, & ſequitur Cald. Pereira de Extinct emphyt. cap. 17. nu. 10. verſ. Infero quartò.

AD §. I.

1 In text. ibi (*nem julgarà mays do que he pedido pelo actor*) Fatuus eſt iudex, qui vltra petita iudicat l. Vt fundus, & ibi quæ notant Doctores ff. communi diuid. melior text. in l. fin. ad fin. Cod. de fideicomm. libert. quem allegat Iaſ. in l. Vinum nu. 23. ff. Si certum pet. Vide Azeued ad l. 10. num. 115. cum ſeqq. tit. 17. lib. 4. nouæ Recopil. Sebaſtian. Vanti de Nullit. tit. ex defectu proceſſus n. 97. Cæſ. Barzi. Bonon. deciſ. 33. num. 9. Iafred. Lanfranc. deciſ. 298. incip. Procedit. Nouiſsimè Camill. Borrell. in Summa deciſ. tit. 49. de libello n. 127. vbi nu. 128. declarat poſſe iudicem vltra petita per libellum in ſententia deducere, & condemnare de his, quæ tacitè, & virtualiter inſunt, purà poteſt ad fructus condemnare, dùm condemnat ad reſtitutionem rei, quia virtualiter comprehenduntur, qui etiamſi petiti non fuerint, poſſunt à iudice ſuppleri, de quo etiam Hieron. Magon. Lucenſi deciſ. 53. n. 18. Anton. Capic. Neapol. deciſ. 10. nu. 24. Et ſententia lata ſuper eo, de quo lis non eſt conteſtata eſt nulla, Surd. deciſ. 295. ad finem. Sententia enim eſt ſtricti iuris, ex Aloyſ. Ricci. in collect. deciſ. p. 5. collect. 2006.

2 In text. ibi (*ſempre darà a ſentença conforme ao libello*) Verba ſententiæ obſcura interpretantur iuxta concluſionem libelli, ex Maſcard. concl. 110. n. 4. Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap. 33. n. 11. & Marchiæ deciſ. 214. n. 5. & 6. Et ſententia debet intelligi ſtricto modo, Surd. deciſ. 261. nu. 7. Farinac. in Praxi crimin. q. 25 n. 65.

3 In text. ibi (*fruytos*) Vide Cald. Pereira

Pereira de Renouar. q. 10. nu. 17. Et ficta litis conteſtatio facta à iudice non ſufficit ad condemnationem fructuum, prout iudicatum refert Melch. Phœb. deciſ. 74. n. 11. & 12.

AD §. II.

Vide infra hoc lib. tit. 77.

AD §. III.

Vide D. Barboſ. p. 3. Rub. ff. Soluto matrim. n. 44. & num. 50. ad hoc quod quando incertitudo tantùm verſatur circa quantitatem, & de ipſo vniuerſo planè conſtat quantitas poterit verificari in executione.

AD §. V.

In text. ibi (*ao contador*) Nota quòd poteſt iudex reſeruare ſibi in ſententia declarationem faciendam poſt liquidationē factam. Vide Azeued. ad l. 20. n. 2. tit. 9. lib. 3. nouæ Recop.

AD §. VI.

Probatio non eſt de eſſentia ſententiæ. 1 In text. ibi (*& a dèr ao eſcriuão*) Ergò proiatio non eſt de eſſentia ſententiæ, de quo vide Viui. tom. 2. Commun. Opinion. lib. 7. tit 8. nu. 32. pag. 245. verſ. Vnde. Menoch. de Arbitr. lib. 1 q. 66. & conſ. 45. n. 3. & conſ. 100. nu. 258. Gam. deciſ. 57. n. 1. Bonacoſ. Commun. crimin. p. 1. verbo Sententia fol. 151. Azeued. l. 10. num 74. cum ſeqq. tit. 17. lib. 4. nouæ Recopil. Gutier. Pract. lib. 1. q. 99. n. 4.

Sententiā diffinitiua in ſcriptis proferēda. 2 In text. ibi (*ſentença diffinitiua*) In ſcriptis ſcilicet. Vide Viui. tom. 2. Commun. Opinion. lib. 7. tit. 8. nu. 32. pag. 244. D. Barboſ. in l. Si debitori n. 138. ff. de Iudic. vbi etiam reſoluit interlocutoriam habentem vim diffinitiuæ debere ferri in ſcriptis, Alexand. Trenraſinq. Vari. lib. 2. tit. de Sentent. reſolut. 2. à n. 1. vbi á n. 4. quod hæc ſolemnitas in cauſa graui, & ponderoſa à partibus remitti non poteſt, ſecùs in cauſis vilis, & modici momenti.

3 In text. ibi (*não tem mays poder de a reuogar*) Vide Capic. deciſ. 1. nu. 26. Menoch conſ. 360. n. 2. Cardoſ. in Praxi iudicum verbo Iudex nu. 68. Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap. 147. n. 9. vbi ampliat ad interlocutoriam habentem vim diffinitiuæ, poteſt tamen incontinenti reuocari ex Tiraq. de Retract. tit. 2. §. 1. gloſ. 5. n. 17.

4 Arbiter non poteſt eius ſententiam corrigere, niſi ſit ei ſpecialiter à partibus commiſſum, nec declarare etiam interlocutoriam, vide Bart. in l. Quid tamen nu. 2. ff. de Arbitr. Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap. 147. nu. 5. & 6. D. Barboſ. in l. Si quis intentione ambigua nu. 110. ff. de Iudicijs.

5 In text. ibi (*algũas palauras eſcuras*) Vide Menoch. de Arbitr. q. 73. n. 23. & conſ. 335. n. 100. vbi quod declaratio dicitur quando verba ſunt ambigua, & poſſunt vno, vel altero modo intelligi, non autem quando alterantur, & mutatur ſententia.

6 In text. ibi (*bem a poderà declarar*) Iudex quando poſsit declarare ſententiam ſuam: Vide Franciſc. Marc. Delphin. deciſ. 546. & 668. p. 1. Anton. Gabri. Roman. lib. 6. ſentent. tit. de Regulis iuris concl. 3. nu. 14. cum ſeqq. Tiber. Decian. reſp. 37. nu. 16. vol. 5. Anton. Theſaur. Pedam. deciſ. 253. Caualcan. deciſ. 7. n. 16. 17. & 19 p. 1. & deciſ. 23. ſub nu. 53. verſ. Accedit interpretatio p. 2. Menoc. de Arbitr. lib. 1. q. 67. nu. 26. & q. 73. *Iudex ſententiam ſuam quā do poſsit declarare.*

Nn 3 n. 21.

Digitized by Google

nu.21.& conſ.159.nu.9.& conſ.160. nu.48. Alexand.Raudenſ. reſp.50. nu.191.& 196. vol.1. Gam. deciſ.110. nu.36. Stephan.Gratian.Diſceptat. Forenſ. cap. 147. à princip. Cald. Pereira quæſt.forenſ.lib.1.q.9. n.15. Bernard.Græuæ. ad Practicam Cameræ Imper.lib.1.concl.116.conſid. 1. Et intellige quòd poteſt declarare, duranteofficio, non autem illo finito Brunor. à Sole in locis commun. verbo Iudex 18.

7 Vtrum ad petitionem partis compelli poſsit non obſtante l.Non quidquid ff de Iudic? Videtur quod ſic iuxta tradita per Gom. tom. 3. cap.13.nu.22.ad finem. Menoch.de Arbitr. lib.1. q.41. Cald. Pereira de Nominat.q 12.n.60.& vtrum citanda ſit pars, quæ lædi poſsit? Vide Barboſ. vbi ſupra nu.117. cum ſeqq. Maſcard de Probat.concl.1358. nu. 68. cum ſeqq. Gratia Diſcept. Forenſ. cap.68.n.26.

8 Intellige vt etiam poſt appellationem interpoſitam poſsit iudex verba ſuæ ſententiæ declarare, vt per Auil. in procem. ad capita Prætor.n.19 & 20. fol.19. D Barboſ. in l.Si quis intentione ambigua n.106. ff.de Iudicijs. Et ſententia ſemper eſt ſtrictè intelligenda ex Stephan. Gratian Marchiæ deciſ.214.n.11.

9 In text.ibi(*ao que lhe ſoceda*) Menoch. d conſ.331. n.102. quòd ſucceſſor non poteſt declarare mentem anteceſſoris.

10 In text.ibi (*appellar*) D. Barboſ. vbi ſupra n.126. ad hoc quod à declaratione iudicis licitum eſt parti appellare.

AD §. VII.

De iure iudex in ſententia non debet exprimere cauſas, quibus nititur ad ita iudicandum.

Deuiat à iure cõmuni in l.In ſumma ff.de Re iudicata, & in cap.Sicut eod titul & in gloſ.in l.Si me, & Titium ff. de Except. rei iudic. Vide Capic.deciſ.1.nu.19. & 20. Clar. lib.5 § fin q 93 n.2. Bonacoſ. Communium crimin.p.2. verbo Cauſa fol. 9. Bellacomb. & Viui. tom. 2. Commun.Opinion.lib.7.tit.14.n.2. & 3. pag.259.& ſeq Farin. in Praxi crimin. p.1. q.17. nu.62. nouiſsimè Mendez à Caſtro in Praxi Seculari Luſitaniæ lib.3.cap.17.vbi etiam dicit hanc Ordin. non procedere annullando prohibitiuè, quo caſu valet actus incontrarium.

AD §. IX.

1 In text.ibi (*confeſſarem em juyzo*) Intellige de confeſsione ſine vlla conditione ex Bobadill.in ſua Politica lib.1.cap.13.n.13.

2 In text.ibi(*mas per preceptto de ſoluendo*) Intellige quando confeſsio facta eſt, nullo præcedente libello, nec lite conteſtata in cauſis ciuilibus ex Balb. tom. 2. Communium Opinion.lib.7.tit.19 n.276.pag.301. Nam ſi confeſsio fiat præcedente libello, & litis conteſtatione requirit ſententiam condemnatoriam. Vide Auiles ad cap.10. Prætor.gloſ. Execucion n.27. Marant.de Ordine Iudic.p.6 tit.de Confeſsis nu.30. Xuar. in l. Poſt rem iudicatam notab.3. nu.1.ff.de Re Iudic.Maſcard. de Probat. concl.344. nu.5. Gutier. Pract.lib.1.q.126.Parlad.lib.2.rerum quotidian. cap.vlt. p.1. § 4. num.4. Azeued.l.5.á n.31.tit.21. lib.4. nouæ Recop. Vnde confeſſus debitum ante datum libellum, quia impropriè dicitur condemnatus non ſoluit Regi decimam condemnationis ex D. Barboſ.in l. Si debitori nu. 35. cum multis ſequentibus, ff. de Iudic.vbi num.138. reſoluit quod in præcepto

præcepto de ſoluendo debet proferri ſententia in ſcriptis.

Ad tit. 67. Ordin. Regiæ.

In antiq. tit. 51. De condẽ. natione expenſarũ

Da condemnação das custas.

Vide Alexand Trentaſinq. Vari. reſolut. lib. 2. titul. de Expenſis pag. 447.

Ad Princip. Ordinat. Regiæ.

Victus victori in expenſis condemnandus.

1 In text. ibi (*ſempre condemnarà em custas, &c.*) Nota victum victori in expenſis condemnandum, vt per l. Properandum 11. §. Sin autem alterutra Cod. de Iudic. reſoluunt Hippol. conſ. 36. nu. 1. & conſ. 44. nu. 23. & 27. Azin. in Praxi Florent. §. 32. cap. 2. n. 1. Bonacoſ. Commun. crim. p. 1. verbo Victus fol. 183. Viui. tom. 1. Commun. Opinion. lib. 4. tit. 1. n. 95. pag. 365. cum ſeq. Rebuff. tom. 3. ad leges Galliæ tract. de Expenſis art. vni. gloſ. vni. n. 6. Seraphin. de Priuilegijs Iuram. priuil. 13. Soat. de Paz in Pract. tom 1. p. 1. temp. 4. num 37. Cened ad Decretal. collect. 60. n. 4. Gutier. Pract. lib. 1. q. 135. n. 2. Steph. Gratian. Diſceptat. Forenſ. cap. 33. n. 39. D. Marr. in votis nouiſſ. deciſ. voto 87. num. 5. D. Barboſ. in l. Eum qui temere ff. de Iudic. Viui. Neapol. deciſ. 47. n. 2. & deciſ. 479. nu. 7. Farin. in Praxi crimin. q. 16. n. 8. Fachin. controuerſ. iuris lib. 1. cap. 42. Aduerte quòd expenſarum condemnatio non fit dum quis ex probatione ſemiplena, & ob declarationem iuramenti obtinuerit Iafred. Lanfranc. deciſ. 171 incip. Quando actor. & deciſ. 334. incipit Actor. Caualc. Fiuiz. deciſ. 15. n. 32. lib. 1. nouiſsimè Camill Borrell. in Summa deciſ. tit. 54. de Iuram. Supletor. num. 61. vbi n. 63. limitat ſi ille, cui iuramentum delatum eſt, pluſquàm ſemiplenè probaſſet, & aduerſarius nihil.

2 Nota iudicem non poſſe, parte non petente, victum in expenſis condemnare ex gloſ. vlt. in cap. fin. de Reſcript. reſoluunt Hippol. in l. Vnius §. Cogniturum nu. 4. & ſeq. ff. de quæſt. & in Rub. de Fideiuſſ. n. 144. & ſeq. Viui. d. tit. 1. n. 95. verſ. Hocquè intelligitur, Cou. Pract. cap. 27. n. 5. Marant. de Ordine Iud. p. 6. tit. de libelli oblat. n. 12. Mynſing. cent. 2. obſeruat. 22. Seraphin. d. priuil. 13. n. 37. Perez l. 1. tit. 15. lib. 3. Ordin. pag. 735. D. Barboſ. in d. l. Eum qui temere à n. 174. cum ſeqq. Amat. Roder. in Pract. cap. 5. n. 34.

3 In text. ibi (*ſem poder dellas releuar cada hũa das partes*) Collige ex hac Ordinat. quòd iudex ommittens condemnationem expenſarum, non videtur ab illis obſeruare, vt per Cou. Pract. cap. 25. n. 6. ad med. Azeued. l. 1. n. 22. tit. 21. lib. 4. nouæ Recopil. prout etiam in Regno Siciliæ expẽſas deberi, quamuis iudex de illis nullam fecerit mentionem reſoluit Caſtill. deciſ. 86. Licet contrariam opinionem ſequantur Bald. per text. ibi in l. Terminato Cod. de fructibus & liti expenſis, & Iaſ. in l. Properandum §. Sin autem alterutra num. 7. Cod. de Iudic. Azin. in Praxi. §. 32. limit. 22. Menoch. de Præſumpt. lib. 2. q. 89.

4 Nota quòd poteſt iudex, à quo grauamen fuit interpoſitum in expenſis condemnare, quando iudex ad quem condemnationem omiſit, ex Philip. Franc. in cap. Si appellator verſ. Quæritur, & in cap. Cum appellationibus in fine de Appellat. lib. 6. Cou. Practic. cap. 25. nu. 6. ad med. Guid. Papæ. deciſ. 416. nu. 62. & eſt optimum conſilium Rolandi

AD §. IIII.

Non procedit hæc Ordinat. in executionibus, & ita ſeruat ſtylus Senatus Supplicationis.

AD §. V.

Clericus prouocans ad ordines ſoluit expenſas. 1 Vide Menoch. de Arbit. caſu 228. n. 8. Rebuff. de Except. n. 201. Soar. in Pratica tom. 2. prælud. 2. n. 11. D. Mart. de Iurid. p. 2. cap. 32. n. 49.

2 Limita in clerico paupere, quia ſi prouocat ad ordines, nec habet vnde ſoluat expenſas remittitur ex. penſis Epiſcopi, ex cap. 2. §. Si iudex de pace tenenda, Cou. Pract. cap. 33. n. 5. Rebuff. in tract. quando iudices ſeculares cognoſcere poſſunt ſuper Eccleſ. num. 69. Cyri. Philip. p. 3 §. 1. n. 11. Soar. de Paz d. n. 11.

AD §. VI. & vlt.

Vide D. Baboſ. in l. Eum qui teme re n. 168 & nu 199. cum ſeqq. ff. de Iudic. Et nota quòd in actis criminalibus, clauſula ſemper eſt ponenda quòd fiat ſolutio in carceribus, Cabed. p. 1. Areſto 101.

Ad tit. 68. Ordin. Regiæ.

In antiq. tit. 52.

Da ordem que ſe terá nas appellações, &c.

Appellatio ſumme neceſſaria. 1 Appellatio ſumme eſt neceſſaria, itaut dicat Diuus Bernard. lib 5. de Conſiderat. ad Eugen. col. 1029. fateor grande, & generale mundo bonum eſſe appellationes, idquê tàm neceſſarium, quàm ſolem ipſum mortalibus, & eſſe iuris diuini dicit Puto. de Syndicatu verbo Appellatio cap. 4. n. 1. in fine. Et appellatur teriaca contra iudicum venena Curt. conſ. 163. n. 8. Purpuran l. 1. nu. 87. Cod. de Pactis Grauat. ad Octauian. cap. 5. lit. D. n. 10. Surd. de Aliment. tit 8 Priuil. 60. n. 4. & tit. 9. q 34. num. 63. & ſeq. Bobadill. in ſua Politica lib. 2. cap. 21. nu. 219. Sebaſt. Næui. in l. 1. ff. de quibus appellari nõ licet n. 115. Azeued. ad Curiam Piſanam lib. 4. cap. 6. à nu 47. Appellationi eſt faciendum Surd. deciſ. 36. n. 4. & regulariter magis fauorabilis eſt, quàm ſententia, ex Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloſ. 9. §. 1. in annot. nu. 205. Et dicit Puteo. de Syndicatu verbo Appellatio cap. 4. n. 1. in fine appellationem eſſe iuris diuini, Azeued. in l. 1. tit. 18. lib. 4. Recopil. nouiſsimè Ceuall. in tract. de cognitione per viam violentiæ in proœm. cap. 11. à n. 1.

Ad Princip. Ordinat. Regiæ.

In text. ibi (*& não mandem tornar o feyto ao juyz de que foy appellado*) Deſumitur ex l. Eos qui Cod. de Appellat & ex cap. Vt debitus honor eod. tit. Vide Briſſon. lib. 2. Select. cap 18. Menoch. de Arbitr. lib. 1. q 73. nu. 3. & caſu 458. num. 17.

AD §. I.

1 In text ibi (*& condemnem ao appellante nas cuſtas da appellação*) Vide Azin. in Praxi Florent. § 32. cap. 2. ampl 6. Viui. Neapol. deciſ. 47. n. 4. & 5. Fachin. lib. 1. controuerſ. cap. 41. verſ. Altera eſt ſententia. Petr. Gregor. tract. de Appellat lib. 8. cap. 5. ſub nu. 8. verſ. Verum. Caualcan. p. 1. deciſ. 15. n. 5. Æmil. Verall. Romanæ deciſ. 142. aliàs verbo Sententia 29.

Iudex

Digitized by Google

2 Iudex appellationis condemnando appellantem victum in expenſis præſumitur condemaſſe, etiã in expenſis primæ inſtantiæ, ex Menoch.lib.2.de Præſumpt.q.88.Ioan. Franciſc. del Caſtillo decıſ.86. nouiſsimè Aloyſ.Ricci. in collect.p.5. collect.1518. in fine.

AD §. II.

In text.ibi (*ſerà eſperado tres dias*) De his tribus diebus curialibus, vide apud Hiſpanos l.10.tit.7.part.3.

AD §. III.

In text.ibi (*porem ſe o appellante que foy reuel, &c.*) Maior eſt enim actoris contumacia, quàm Rei, quia Reorũ proprium eſt ſubterfugere ex gloſ. in cap. Cauſam quæ de dolo, l.Properandum §.Etſi quidem ibi fugientis Cod.de Iudic.l.Cum non ſolùm §.Neceſsitatem Cod. de bonis quæ liber.

AD §. VI.

In text.ibi (*& mandamos que a ſentença de que for appellado, &c.*) Nota *que os embargos ſe não remeterão ao juyz que deu a ſentença pelo dia de apparecer*, & iudicatum dicit Cabed.p.1. Areſto 64.

AD §. VII.

In text.ibi(*& a appellação hauida por deſerta*) De appellatione deſerta vide latiſsimè Bernard.Græuæ.ad Pract. Cameræ Imper.lib.1. concl.137. cũ ſeqq. vbi conſid 1. quòd appellans deſerta appellatione in expenſis condẽnandus, de quo etiam Borgn. Caualcan.Finiz.decıſ.14.nu.8.& 43. p.1. Cornel. Brederod. in tract. de Appellation. p.1. titul. 9. col. 247. verſ. Sed quæritur primò.

AD §. VIII.

In text.ibi (*não hauerà lugar nos feytos crimes*) Vide Gam.in tract.de Sacramentis præſtandis vltimo ſupplicio damnatis q.6.nu.3. fol.52. ad hoc quod ſententia iudicis, a quo per quam imponitur pœna mortis, nunquam tranſire poteſt in rem iudicatam per deſertionem appellationis ex curſu temporis, & condemnatus in omni tempore, & omni caſu admittitur ad appellandum.

Ad tit.69.Ordin.Regiæ. *In antiq. tit.53.*

Das appellações das ſentenças interlocutorias. &c.

Ad Princip.Ordinat.Regiæ.

1 IN text. ibi (*não poderà algũa das partes appellar*) Ab interlocutoria non appellatur l.1.ff.de Appel. lat. l.Ante ſententiam 7. Cod.quorum appellat. non recipiantur, l. Apertiſsimi 14.Cod.de Iudic.l.Cum ſolitum 15. Cod. de ſentent. & interloc. Conſil.Trid. ſeſſ.24.cap.20. de Reformat.Amat.Roder.in Pract. de modo, & forma videndi, ſeu examinandi proceſſum cap.vlt. p.1. nu.4. Menoch.de Arbitr.caſu 490. n.1. Surd.conſ.288.n.22. Petr. Gregor. Syntagm. iuris tract.de Appellat.lib.2.cap.3.n.7.Bernard.Græuæ. ad Praticam Cameræ Imper. lib.1. concl. 129. Alexand. Trentaſinq. Vari.reſolut.lib.2.titul.de Appellat. reſolut.13.à n.1.pag.437. *Ab interlocutoria non appellatur.*

2 In text.ibi (*que pela interlocutoria ſeja o feyto acabado*) Nota appellationem admitti ab interlocutoria vim diffi-

diffinitiuæ habente. Vide Franciſc. Marc Delphin. deciſ. 314. n. 1. vol. 2. Declan. reſp 62. n. 24. vol. 5. Bernar. Græuæ d. lib. 1. concl. 130. à nu. 1. vbi conſid. 1. n. 1. aſſerit quòd ſententia ab impoſitione perpetui ſilentij in iudicio l. Diffamari eſt interlocutoria, habens vim diffinitiuæ, & nu. 3. idem reſoluit de ſententia examinis in perpetuam rei memoriam.

3 In text. ibi (*ou que, o autor não he peſſoa para demandar*) Dubitatum fuit, *ſe a ſentença dada ſobre habilitação, era caſo de appellação, ou de aggrauo ordinario. Iulgauſe no anno de 1609. que foſſe per aggrauo ordinario. Depoys no anno de 1616. ſe julgou, que não era mays que do aggrauo per petição*, teſte Melchiore Phœb. tom. 1. Areſto 9. Quando tamen poſt citationem tractatur de legitimatione perſonæ, ideſt, quòd quis pronuncietur procurator, tutor, vel quòd quis habeat ligitimam perſonam ſtandi in iudicio, vel non habeat, vtiquè á tali pronunciatione poteſt appellari, vt per Trentaſinq. d. reſolut. 13. n. 10.

Senatus Suplic. iudicauit.

4 Sententia ſuper minori ætate lata, per quam pronunciatur quem non eſſe minoris ætatis habet vim diffinitiuæ, & ab ea poteſt appellari vt per Bellacomb. tom. 2. Commun. Opin. pag. 322. num. 24. Gam. deciſ. 159. n. 2. Valaſc. conſ. 47. nu 4. vbi reſoluit quòd talis opinio non ſeruatur in hoc Regno, quia grauamẽ quod reſultat ex tali pronunciatione poſsit corrigi in ſententia principalis cauſæ.

5 Amplia primò, in admiſsione iniuſta articulorum ex Bald. in l. Poſt ſententiam 9. nu. 4. in fine Cod de ſentent. & interloc. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloſ. 9. § 1. in annot. n. 191. Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. c. 74. n. 15. Trentaſin. d. reſol 13. n. 14.

6 Amplia ſecundò, quando iudex ſe pronunciat competentem, vel incompetentem. Vide Grauat. ad Veſtri li. 3 cap. 10. n. 6. Marant. de Ordine iudic p 6. tract. de deciſorijs iudicij actu 1. n. 43. pag. 402. Stephan. Gratian d cap 74. n. 15. De iure tamen huius Regni per Ordin. ſupra hoc lib. titul. 20. § 9. expeditur per grauamen, & non per appellationẽ, & docent Gam. deciſ. 159. Valaſc. conſ. 47 nu 5. Cabed. p. 1. deciſ. 156. Trentaſinq. d. reſol. 13. n. 9.

7 Amplia tertiò, in reiectione probationum, vt per Triuiſ. Venetiæ deciſ 4 p. 1. Grauat. ad Veſtri. lib. 3 cap. 10. n. 7. Ozaſc. Pedam. deciſ. 25. n. 14. Menoch. remed. 4. Adipiſc. nu. 87. Surd. deciſ. 36. num. 17. Marant. vbi ſupra n 44. in fine. Attenta tamen diſpoſitione Ordin. vbi proxime, non eſt niſi ſimplex interlocutoria, à qua non poteſt appellari, ex Valaſc. d. conſ. 47. n. 7.

8 Amplia quartò, ab abſolutione inſtantiæ, vide Amatis Marchiæ deciſ. 66. Cabed. p. 2. Areſto 32. in fine.

9 Amplia quintò, in delatione iuramenti alteri parti per iudicem facta, vide Lancelot. de Attent. p. 2. cap. 12. limit. 50. nu. 190. Gonzal. d. § 1. in annot. n. 195.

10 Amplia ſextò, in expreſſa abſolutione expenſarum, à qua poteſt victor appellare ex Stephan. Grat. Marchiæ deciſ. 50. n. 1. & 2. D. Barb. in l. Eum qui temere num. 180. cum ſeqq. ff. de Iudic. Gam. deciſ. 65. n. 1. Cab. d Areſto 78. p 1.

11 Amplia ſeptimò, quando datur dilatio ad probandum adeò breuis, vt ex breuitate poſsit deficere facultas probandi, vt per Trentaſinq. d. reſol. 13 n. 12. vbi nu. 14. quando quis grauatur in non admiſsione teſtium, ſcripturarum, ſeu aliarũ probationũ.

Alios

12 Alios plures caſus, in quibus poteſt appellari à ſententia interlocutoria, vide apud Afflict. in cap. Si inter dominum n. 97. de inueſt. inter dominum, & vaſſalum lib. 1. fol. 96. Guid. deciſ. 75. Bellacomb. Viui. Kirch. & alios tom. 2. Cõmun. Opinion. lib. 7. tit. 24. à num. 18. cum ſeqq. Lancelot. de Attentatis appellat. pendente cap. 12. limit. 1. Menoch. remed 4. Adipiſc. q 99. n. 822. cum ſeqq. Anton. Grauat. ad Praxim Romanæ Curiæ lib. 7. cap. 3. n. 46. Viui. Neapol. deciſ. 302. Tiber. Decian. reſp. 62. vol 5. latè Cornel. Brederod. in tract. de Appellat. p. 1. titul. 20. col. 433. cum multis ſeqq. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloſ. 9. § 1. in annot. nu. 191. cum ſeqq. Valaſc. conſ. 47. & conſ. 51. n. 51. Pat. Barboſa in Remiſsionibus ad Conſil. Trident. Seſſ. 24. cap. 20. de Reformat. n. 6. pag. 131.

13 Nota quòd appellatio ab interlocutoria ſententia eſt odioſa, quia habet oculos retrò, ex Steph. Grat. Diſcept. Forenſ. cap. 158. n. 6.

Senatus Supplicat. iudicauit. 14 Dubitatum fuit, *ſe dandoſe ſentença ſobre artigos de Attentado, ſe era caſo de appellação, ou aggrauo per petição:* & iudicatum fuit, *no anno 1616. que sòmente ſe podia aggrauar no auto do proceſſo*, teſte Melch. Phœb. tom. 1. Areſto 22.

Senatus Supplic. iudicauit. 15 Et etiam dubitatum fuit, *ſe da ſentença, que ſe dà ſobre reformação de autos perdidos, ſe era caſo de aggrauo, ou appellação. Iulgouſe no anno de 1614. que era caſo de aggrauo per petição*, teſte Melch. Phœb. Areſto 70.

AD §. I.

Vbi grauamen reparari non 1. In text. ibi (*ſe não poderia repairar o dãno &c.*) Vbi grauamẽ reparari nõ poteſt, in diffinitiua iure quoque cõmuni licita eſt appellatio, l. 1. §. Quæſitum de Appellat. l. Arbitro ff. Qui ſatiſdare cog. l. Intra vtilem in princip. ff. de Minorib. Vide Menoch. de Arbitr. caſu 490. n. 3. Fr. Ludou. Miranda de Ordine Iudic. q. 30. art. 8. concl. 4. Amat. Roder. in Pract. cap. vlt. p. 1. nu. 4. verſ. Veruntamen. Tiber. Decian. reſp. 62. n. 21. vol. 5. Petr. Gregor. in tract. de Appellat. lib. 2. cap. 4. Surd. deciſ. 36. n. 13. Stephan. Gratian. Marchiæ deciſ. 202. num. 5. nouiſsimè Ceuall. in tract. de cognitione per viam violentiæ gloſ. 6. nu. 10. & p. 2. q. 49. à n. 1. *poteſt in diffinitiua licita eſt appellatio.*

2 Amplia, etiamſi tale grauamen poſſet reparari, ſed non ex toto, vel cum difficultate, aut præiudicio partis. Vide Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloſ. 9. §. 1. in annot. num. 177. Surd. deciſ. 36. n. 14. & 15. Stephan. Grat. Diſcept. Forenſ. cap. 74. n. 12. & 13. & cap. 77. nu. 9. Bernard. Græuæ. ad Practicam Cameræ Imper. lib. 1. concl. 129. nu. 5. & 6. & filium meum P. Auguſt. Barboſ. in Remiſſ. ad Conſilium Trid. Sect. 24. cap. 20. de Reformat. n. 9. fol. 132.

3 Amplia, etiam quando tale grauamen habet tractum ſucceſsiuum, vide Deci. in cap. Ex parte in 1. nu. 3. de Appellat. Pechi. de iure ſiſtendi cap. 24. verſ. pen. Ranchin. p. 3. concl 109. & concl. 119. Pinell. in l. 2. Cod. de Reſcind. vendit. p. 2. cap. 1. nu. 27. D. Barboſ. in l. 1. ff. de Iudicijs art. 3. n. 18. Farinac. de delictis 7. p. in fragmentis criminalibus num. 236. lit. A.

4 In text. ibi (*aſsi como ſe o juyz julgaſſe que metão algum a tormento*) Similis Ordinat. infra lib. 5. titul. 122. §. 3. Vide Hippol. in l. 1. ff. de quæſtion. n 34. Clar. lib. 5. §. fin. q. 64 num. 27. Azeued. l. 3. num. 6. tit. 18. lib. 4. nouæ Recopil. Aloyſ. Ricci. in collect. deciſ. *Tormentis aliquem ſubijcere affert damnum irreparabile.*

Digitized by Google

deciſ. collect. 642. verſ. Secundo, Zerol. in Praxi Epiſcop. p. 1. verbo Appellatio §. 9. quos refert, & ſequitur filius meus d. cap. 20 n. 11. quibus adde Alexand. Trentaſinq. Vari. lib. 2. tit. de Appellat. reſol. 13. n. 15.

5 Amplia primò, in ſententia interlocutoria, vt quis in carcerem conijciatur, quia captura affert damnum irreparabile ex Don. à Fin. tom. 2. Commun. Opin. lib. 9. tit. 3. n. 2. Cald. Pereira in l. Si curatorem verbo Per quod n. 31. D. Barboſ. in l. 2. ff. Soluto matrim. in princip. p. 2. nu. 33. Phœb. tom. 1. Areſto. 101. alios refert Doctores, ac deinde á ſacra Cardin. congregatiône editam deciſionem filius meus d. cap. 20. nu. 10. Captura enim infert iniuriam, quæ non poteſt aboleri ex Rebuff. tom. 1. ad leges Galliæ tract. de ſentent. execut. art. fin. n. 16 pag. 257.

Excõmunicatio affert dãnum irreparabile.

6 Amplia ſecũdò, in ſententia excommunicationis per decretum interlocutorium prolata, quæ cõtinet dãnum irreparabile, vt per Duenh. reg. 52. limit. 2. Rebuff. tract. de friuolis appellat. in rub. ſub gloſ. 1. in fine verſ. Fallit quando grauamen. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloſ. 9. §. 1. in annot. n. 197. Et quod excommunicationis ſententia per appellationem non ſuſpendatur, & quomodo hoc intelligatur, vide Alexand. Trentaſ. Vari. lib. 2. tit. de Appellat. reſolut. 5. à n. 1.

7 Amplia tertiò, in ſententia lata, qua quis excluditur ab aliquo officio publico, tanquam infamis, quia ab ea poteſt appellari, ex Gam. deciſ. 139. n. 1.

8 Plures caſus damni irreparabilis vide apud Ioſeph. Ludou. Peruſ. deciſ. 83. Zerol. d. verbo Appellatio §. 6. Quarant. in Sũma bullarij verbo Archiepiſcopi auctoritas pag. 64.

Gonzal. d. §. 1. in annot. nu. 176. cum ſeqq. Ignat. del Villar in Sylua reſponſ. lib. 1. reſp. 5. n. 6.

AD §. II.

In text. ibi (*a tempo que em eſſe lugar andaſſe notoriamente peſte*) Vide Maſcard. de Probat. concl. 1104. n. 11. ad hoc quod citatus ad locum notoriè non tutum, non tenetur ad comparendum.

AD §. IIII.

In text. ibi (*perque aproue a ditta ſentença*) Nota quòd renuntians appellationi, non videtur nullitati renuntiare ex Fichard. tom. 2. Commun. Opinion. lib. 7. tit. 21. n. 168. pag. 312.

AD §. V.

In text. ibi (*darão deſpacho ao appellado*) Vide Bellacomb. tom. 2. Communium Opin. lib. 7. tit. 21. num. 180. pag. 313. Et pro intellectu §. 8. vide Cabed. p. 1. Areſto 43.

Ad tit. 70. Ordin. Regiæ.

In antiqu. tit. 54.

Das appellações das ſentenças diffinitiuas.

Ad Princip. Ordinat. Regiæ.

1 IN text. ibi (*appellarà*) Appellatio eſt regulariter in omni caſu permiſſa, niſi reperiatur expreſſe prohibita ex l. Et in maioribus Cod. de Appellat. gloſ. in l. Reſtituere in fine ff. de Rei vendicat. Vide Tiraq. de priuileg. piæ cauſæ priuil. 153. Surd. de Aliment. tit. 8. priuil. 60. n. 1. & conſ. 271. n. 17. & deciſ. 27. nu. 4. Azeued. l. 1. nu. 71. tit. 18. lib. 4. nouæ Recopil. Melch. Phœb. Areſto 62.

Digitized by Google

2 Et in dubio deferendum eſt appellationi, vt per gloſ. & Doct. in cap. Vt debitus verbo Ex rationabili cauſa de Appellat. & apud Hiſp. l. 13. titul. 23. part. 3. Tiraq. in tract. le morto p. 6. declarat. 6. n. 10. Hippol. conſ. 84. n. 4. cum ſeqq. Surd. d. priuileg. 60. nu. 2. Menoch. conſil. 345. n. 49. Bellacomb. tom. 2. Commun. Opin. lib. 7. tit. 21. num. 137. pag. 310. etiamſi euidens nullitas, & notoria iniuſtitia ſit, vt per Stephan. Grat. Diſcept. Forenſ. cap. 41. n. 7. Iudicibus appellationis ſuſcipiendæ neceſsitas videtur impoſita ſecundum text. in l. Iudicibus Cod. de Appellat. pœnaquè triginta auri pondo puniebantur iudices non deferentes appellationi, vbi deferendum erat ex text. in l. Quoniam iudices Cod. de Appellat. refert Azeued. l. 13. tit. 18. lib. 4. nouæ Recop.

3 Appellationi tamen non defertur in illis quatuor caſibus enumeratis in l. 13. titul. 23. part 3. Primus quando appellatur à ſententia interlocutoria, cuius grauamen poteſt reparari. Sucundus quando partes conueniunt ne appelletur à ſententia ferenda. Tertius in condemnatione debiti fiſcalis. Quartus quando Rex committit cauſam cognoſcendam appellatione remota.

4 Deindè ſeptem caſus ponit text. in l. 16 tit. 10. part. 3. & exempla ponũtur in publicis latronibus, & ſeditioſis, & raptoribus, & qui per vim cognoſcũt mulieres virgines, aut viduas honeſtas, aut religioſas, & falſificatoribus auri, & argenti, & ſigilla Regia adulterantibus, & mutãtibus, & qui veneno, vel proditoriè interficiunt homines. Iura tamẽ, quæ prohibent appellationẽ ſunt odioſa, & ideò ſimul ſtrictè intelligenda Surd. cõſ. 102. n. 1. Phœb. Areſto 62. in fine.

5 Alios tres caſus ponit l. 17. tit. 10. part. 3. Et vnum l. 6. tit. 18. lib. 4. nouæ Recopil. quando ſcilicet iubetur ſepeliri defunctum, vel quãdo agitur ſuper rebus tempore perituris, vel vt colligantur meſſes, aut vindemiæ.

6 Vlterius alij ſunt caſus, quibus nonobſtante appellatione proceditur ad executionem ſententiæ. Primus in cauſa dotis, vide Viui. tom. 2. Cõmu. Opin. lib. 7. tit. 27. n. 6. verſ. Et hinc eſt pag. 325. Surd. de Alim. tit. 8. priuil. 60. n. 6 D. Barboſ. in l. 1. p. 1. nu. 57. ff. Soluto matrim. Menoch. remed. 4. Adipiſc. n. 829. Ozaſc. Pedam. deciſ. 25. nũ. 20. Stephan. Grat. Marchiæ deciſ. 72. & deciſ. 220. n. 4. & deciſ. 214. n. 18.

7 Secundus in cauſa mercedis. Vide Rodoan. de Simonia mentali p. 2. cap. 25. n. 5. Steph. Grat. March. deciſ. 53. nu. 1. nouiſsimè. Ceuall. in tract. de cognitione per viam violentiæ p. 2. q. 113. & q. 134.

8 Tertius in alimentis futuris. Vide Iaſ. in l. de Alimentis n. 5. Cod. de tranſact. Lar. in §. Si vel parens n. 32. Viui. vbi proximè. Tiraq. de pia cauſa priuil. 153. Menoch. remed. 4. Adipiſc. n. 829. Surd. d. priuil. 60. n. 5. & tit. 1. q. 120. nu. 13. D. Barboſ. d. p. 1. n. 56 Flores Vari. q. 14. n. 4. Gutier. Pract. lib. 1. q. 106. nouiſsimè Mendez à Caſtro in Praxi ſeculari Luſit. lib 3. cap. 19. n. 9.

9 Quartus in cauſa qua quis condemnatur ad ſoluendum ſalarium famulis. Vide Rebuff. de Sentent. prouiſ. art. 3. gloſ. 7. n. 1. Steph. Grat. Marchiæ deciſ. 53. nu. 2. Plures caſus refert Surd. d. priuil. 60. vbi num. 7. quod appellatio non admittitur in cauſis pijs, & n. 9. nec in cauſa ſubſidij charitiui, & num. 10. nec in cauſa penſionis aſsignatæ loco alimento-

rum

rum, & n. 11. nec in cauſis, quæ celeritatem requirũt, alios affert Steph. Gratian in ſuis deciſionibus, prout videre eſt deciſ. 232. quod á ſententia in cauſa præcedentiæ non appellatur, & deciſ. 188. á n. 1. quod nec in cauſis pertinentibus ad viſitationem vbi n. 10. quod nec admittitur à decreto Epiſcopi viſitantis confraternitatem laicorum, & compellentis adminiſtratores ad reddẽdum computa. & deciſ. 100. quando admittatur appellatio in cauſa decimarum. Et à ſententia lata ſuper ſequeſtratione in cauſa maioratus, non poteſt appellari cum Pelaez quem citat reſoluit Næui. ad l. 3. ff. Quis, & à quo appell. n. 80. A ſententia tamen prolata ſuper materia *dos encoutos* datur appellatio prout iudicatum refert in ſupremo Senatu anno 1614. Melch. Phœb. Areſto 62.

10 In text. ibi (*atè dez dias primeiros ſeguintes*) Nota appellationem eſſe interponendam intra legitima tempora appellationi faciẽdæ conſtituta, quæ decem præfiniuntur diebus, cap. Anteriorum 2. q. 6. cap. Romana §. Si vero de Appellat. Ioſeph. Ludou. concl. 14. num. 116. Vincent. Hondedæ. conſ. 83. n. 85. vol. 1. Alexand. Raudenſ. reſp. 23. nu 518. vol. 1. Menoch. lib. 2. de Præſumpt. q. 95. n. 1. Maſcard. de Probat. concl. 114. n. 6. & 7. Fr. Ludou. Miranda de Ordine Iud. q. 30. art. 7. concl. 2. Surd. conſ. 5. n. 38. & conſ. 278. n. 10. latiſſimè Ignat. del Villar in Sylua reſp. lib. 1. reſp. 15. q. 4. Cardoſ. in Praxi iudicum verbo Appellatio n. 3. Alexand. Trentaſinq. Vari. lib. 2. tit. de Appellat. reſolut. 4. à num. 3. & reſponſ. 6.

11 Appellatio non præſumitur intra decendium interpoſita ex Hondedæ. conſ. 83. nu. 85. cum ſeqq. vol. 1. Maſcard. d. concl. 114. n. 11. Lancelot. de attent. cap. 12. limit. 50. n. 197. & 199. Menoch. d. q. 95. n. 11. Et ideò appellans tenetur probare ſe appellaſſe intra illud tempus, vt per Vincẽt. Hond. d. conſ. 83. n. 87. Barthol. Bettaz. in tract. de Clauſulis inſtrum. clauſ. 1. gloſ. 5. n. 26. Maſcard. concl. 114. n. 14. & concl. 1351. n. 10.

Appellatio non præſumitur intra decendium.

12 Nota prædictum terminum ad appellationem interponendam cõceſſum de conſenſu partium prorogari non poſſe, vt eſt gloſ. ordinaria in Auth. Offeratur verbo Viginti ad fin. Cod. de Litis cõteſt. ſimilis gloſ. Magna verbo Tempus in cap. Cum ſit Romana de Appellat. bonus text. iuncta gloſ. verbo Deſertam in Clem. Si appellationem eod titul. l. Nemo Cod. de tempor. appellat. Vi. de Tiraq. de Retract. lig. § 1. gloſ. 10. num. 32. & de Retract. conuent. §. 1. gloſ. 7. n. 29 Bellacomb. & Viui. tom. 2. Commun. Opin. lib. 7. tit. 22. n. 5. & 6. Marant. de Ordine Iudic. p. 6. tit. de Appellat. num. 240. Brunor. à Sole in locis commun. verbo Appellatio 38. Azeued. ad l. 2. n. 4. tit. 18. lib. 4. nouæ Recopil. Theſaur. deciſ. 244. n. 5. Soar. de Paz in Pract. tom. 2. p. 5 cap. Vni num. 5. Bredetod. in tract. de Appellat p. 2. tit. 9. col. 212. verſ. Appellatio eſt deſerta. Gam. deciſ. 217. in fine. Zetol. in Praxi Epiſcop. verbo Inſtantia verſ. 7. Ignat. del Villar in Sylua reſponſ lib. 1. reſp. 15. q. 4. à n. 1. cum multis ſeqq. Cardoſ. d. verbo Appellatio num. 4. Aduerte quòd compromiſſum factum dilatione prædictorum decem dierum ad appellandum pendente, illa dilatio currit, vt per Lancelot. de Attent p. 2. cap. 11. num. 47. Camill. Borrell in Summa deciſ. tit. 63. de Comprom. n. 371.

Terminus ad appellandum non poteſt prorogari de partium conſenſu.

13 Nota quòd dies interpoſitæ

Oo 2 appel,

appellationis non computatur in tẽpore ſex mẽſium ad proſequendam appellationẽ,ex Tiraq in tract.,Ceſſante cauſa nu. 82. Succin. reg.127. verſ.Septimò fallit.Guid.decii.436. n.33. Gutier. Pract lib.1.q.108.

14 Et decendium non currit,pendente cauſa, ſuper nullitate ſententiæ, quando videlicet nullitas principaliter deducitur. Vide Tiraq. de Retract.lig.§.4.gloſ.3.n.2. Perez ad tit.15.lib.3.Ordin.pag.737. Soar.de Paz in Pract. p. 1. tom. 1. temp.12. num.9. Ignat.del Villar d.q.4.n.12. Cald.Pereira de Renouat. quæſt.7. num.14.

15 Nec currit impedito facto iudicis,tenetur tamen de impedimento proteſtari,vt per Ignat.del Villar d.cap.4. num.11. & cap. 5. num.22. quod etiam non currit impedito dolo aduerſarij.

Decendiũ currit de momento ad momẽtum.

16 In text.ibi *(contados da hora em que a ſentença foy publicada)* Imò huiuſmodi decendium currit de momento ad momẽtum.ex gloſ.in cap.Anteriorum verbo Dierum 2.q.6. Vide Vincent.Honded.d.conſ.83.nu.86. Viui Neapol.deciſ.266 n.2.Hieron. à Laurent. Auen. deciſ.53.ſub n.10. Menoch. de Præſumpt. lib. 2. q.95. num. 6. Ignat. del Villar d. cap. 4. nu.16. Alexand.Trentaſinq. d.tit.de Appellat.reſolut.6.n.4.

17 In text.ibi *(ou ſeu procurador)* Si tamen abſque mandato requiritur domini ratificatio intra decendium, vt in l.Bonorum ff |Rem ratam haberi, Gom.tom.1.cap.1. à num.3. & tom.2.cap.11.nu 30.col.6. Tiraq.de Retract.lig.§.1.gloſ.10.n.97. Gutier. de Iuram.confirm.p.1.cap.49.nu.2. Et procuratoris contumacia nocet domino ad appellandum , quando procurator fuit negligens in appellando, ſecùs verò quando fuiſſet verè contumax , vt per Alexand. Trentaſinq. Vari.lib.2. tit.de Appellat.reſolut.4.n.1.

Tempus datum ad appellandum currit à tempore ſcientiæ.

18 In text.ibi *(contarſehão os dez dias do tempo que cada hum delles foy ſabedor)* Ergo à tempore ſcientiæ currit tempus datum ad appellandum ex gloſ. verbo Sciuerit in cap.Concertationi de Appellat. lib.6. Vide Felin. in cap.Quoad conſultationem nu.32. de Re iudic. Tiraq. de Retract. lig. §.1. gloſ.10. nu. 104. & de iure mariti gloſ.8.nu.183. Burg.conſ.12. num.13. Menoch.conſ.120.n.4. Maſcard. de Probat.concl.1200.n.6. Surd. deciſ. 265. nu.19. Stephan. Gratian. Diſcept.Forenſ.cap.161.nu.4. Alexand. Trentaſinq. Vari.lib.2.tit.de Appellat. reſol.4.num.3. & reſol.6. num.3. Cald.Pereira de Renouat.q.6.n.24. & de Reſolut.emphyt.cap.13. nu.8. Ignat. del Villar d.quæſt.4. num.14. & num.15. refert quòd omnes dies feriati,etiam in honorem Dei computantur,de quo etiam Trentaſinq. d.reſol.6.n.2.

19 Quid in contumace , qui fuit perſonaliter citatus , & noluit comparere? Dic decendium currere à tẽpore latæ ſententiæ , ex Stephan. Gratian.Diſcept.Forenſ.cap.364.

20 In text.ibi *(forem abſentes)* In dubio ſententiæ non præſumitur lata parte præſente, ſed abſente. Vide Menoch.lib. 2. de Præſumpt. q.69.

AD §. I.

1 In text.ibi *(hirà appellar à audiencia , perante o julgador)* Vide cap. Vt debitus de Appellat. Honded.conſ. 27. num.22. vol.1. Menoch. conſ. 466. num.36. Et ſi non detur iudicis copia ad appellandum , debet proteſtari. Vide Felin. in cap. Venerabilis num.6. de Iudic. Nau. in cap.

cap. Cum contingat pag. mihi 141. de Reſcript. Viui. deciſ. 266. num. 6. Surd. conſ. 228. num. 8. cum multis ſequentibus, Lancelot. de Attent. p. 2. cap. 12. limit. 50. nu. 205. Gutier. Pract. lib. 1. q. 102.

2 In text. ibi (*contando a ſeys legoas por dia*) Debet tamen dari vnus dies in hebdomada ad quietem, ex Gregor. ad l. 4. verbo *No perdeſſen* tit. 16. part. 2. Sed Menoch. de Arbitr. caſu 2. n. 17. cum ſequentibus, reſoluit quòd laicis, qui continuó diebus Dominicis iter facere conſueuerunt, dies illi non ſunt ſubducendi, ſecùs in clericis, qui Diuinis ſedulo, illis diebus, operam dare debent, in aliquibus verò diebus idem in omnibus dicendum eſt, vt in die Natalis Domini, in die Paſchatis, & Pẽtecoſtes.

AD §. II.

In text. ibi. (*& tanto que a parte appellar*) Nota appellationem poſſe ſuſtineri, quamuis alternatiuè ad talem, vel ad talem facta eſſet, dummodo intra decem dies nominatim iudex, ad quem ex his duobus, ad quos alternatiuè appellatum eſſet ſpecificetur, vt per Franc. Marc. Delphin. deciſ. 270. n. 2. p. 1. Lancelot. de Attent. cap. 12. limit. 50. nu. 230. Soar. recept. ſentent. lit. A. n. 202. Ozaſc. deciſ. 30. quem refert, & ſequitur Aloyſ. Ricci. in collect. deciſ. p. 2. collect. 276.

AD §. III.

1 In text. ibi (*& lhe for recebida a appellação*) Vide Cabed p. 1. deciſ. 40. n. 9. ad hoc quod tẽpus ſemeſtre currit à die receptæ appellationis per iudicem, qui iudex ſemper in auditorio quãdo appellatur, tenetur verbaliter recipere appellationem, & ſcriba, in termino receptionis huiuſmodi menſionem expreſſe facere debet.

2 In text. ibi (*ſeys meſes*) De iure cõmuni annus dabatur cap. Cum ſit Romana ibi huiuſmòdi appellationibus annus indulgetur, cap. Oblatæ 57. ibi appellanti legitimè à ſententia indulgeatur annus à lege de Appellat. Bernard. Græuæ. ad Pract. Cameræ Imper. lib. 1. concl. 141.

3 Menſis quilibet triginta dies continet. Vide Gregor. l. 5. tit. 6 part. 6. Menoch. de Arbitr. caſu 50. n 8. cũ ſeqq. Cald. Pereira de Reſolut. emphyr. cap. 14. n. 2. & de Empt. cap. 4. n. 21. nouiſſimè Melch. Phœb. deciſ. 51. n. 24. tom. 1. Alexand. Trentaſin. Vari. reſol. lib. 2. tit. de Dilation. reſolut. 2. n. 4. & vide ſupra hoc lib. tit. 54. §. 4.

4 Tempus ſex menſium, qui ex forma legis aſsignantur ad appellationem proſequendam, non poteſt á iudicibus, vel à partibus tacito, vel expreſſo eorum conſenſu prorogari vt in l. Nemo in princ. Cod. de tempor. appellat. gloſ. in cap. Cum ſit Romana verbo Reciſius de Appellat. reſoluunt. Bart. in Auth. Si tamen n. 3. Cod. de temp. appellat. Matheſ. norab. 24. incip. Nota quòd tempus Tiraq. de Retract. lig. §. 8. gloſ. 2. n. 14. Auendan. reſp. 2. n. 6. Capell. Tholoſ. q. 197. Bobadill. in ſua Politica lib. 3. cap. 8. nu. 190. Ignat. del Villar in Sylua reſponſ. lib. 1. reſp. 15. q. 5. à num. 1.

5 Contrariam tamen ſententiam minus bene tuentur Marant. de Ordine Iudic. p. 6. actu 2. de Appellat. num. 236. Succin. reg. 226. in fine. Theſaur. Pedam. deciſ. 244. num. 7. Cacheran. deciſ. 28. n. 16.

6 In text. ibi (*haja a appellação por deſerta, & não ſeguida*) Nota deſertæ

appellationis ſententiam inrerlocutoriam eſſe habentem vim dıffinitiuæ, & ab ea dari appellationem. Vide Capell. Tholoſan. deciſ. 364. n.3.verſ.Veruntamen,Rota Romana per Farınac.deciſ.103. nouıſsimè Ceuall. de Cognitione per viã violentiæ in cauſis Ecclcſ.p.2.q.9.n.4. Crauet.conſ.181.num.2. Mynſing. ſent.3.obſetuat.36. verſ.Hoc tamen ira intelligitur. Bellacomb. tom.2. Communium Opinion.lib.7.tit.21. n.123.pag.309. Menoch. de Arbitr. lib.1.q.67.n.5. Franciſc.Marc.deciſ. 1. & deciſ.461.n.3.verſ.Quod quando appellatur ab interlocutoria p.2. Hieron.à Laurent. Auenion. deciſ. 3.n.2. Brederod.tract.de Appellar. p.2.tit.41.col.683. ibi quia ſententia ſuper deſertione, Perez ad rit.16.lib. 3. Ordin.pag.743. Parlad. lib.2. rerum quotid.cap.fin.§.1 n.11. Sebaſt. Næui.in l.Si expreſsim 19. num.26. cum ſeqq. ff.de Appellat. Et attentata poſt appellationem à ſenrentia deſertionis reuocantur Lancelot.de Attent. cap. 12. ampl. 1. Seraphin. nouiſſ.deciſ.300 p 2.

7 In dubio non præſumitur appellatio deſerta, ex Flamin.de Rub. conſ.23.nu.36. Vincent.de Franch. deciſ.351.n.4.Menoch.de Præſump. lib.2.q.96.

Impedimẽtum excuſat à deſertione.

8 In text.ibi (*para dizer ſe tene juſto impedimento*) Nota quòd impedimẽtum excuſat â deſertione, ita Flam. de Reſignat.lib.11.q.13.nu.13. Non excuſat tamen, quando facilé poterat remoueri, Surd.deciſ.189.nu 30. Flamin.d.q.13.n.27.& 28. Menoch. conſ.100.n.127.

Terminus appellãdi non currit pendẽte compromiſſo, nec agenti ſuper attentatis.

9 Nota quòd appellationis proſequendæ terminus non currit, pendente compromiſſo, nec agenti ſuper attentatis, vide Bellacomb. tom. 2. Communium Opinion.lib.7. tit. 32. nu.19.pag 319. nec impedito facto iudicis Ignar. del Villar in Sylua reſp.lib.1.reſp.15.q.4.n.11. Impedimentum eſt probandum, de quo Ioſeph. Ludou. Peruſ.deciſ. 36. Surd. de Alimentis tit.4.q.25.nu.52. Menoch.de Arbitr.caſu 118.nu.2. Flamin.de Reſignat.lib.11. q 13. nu.21. cum ſeqq. Maſcar.de Probar.concl. 116. n.13.cum ſeqq. & concl.884.& concl.1275.num.16.& 17. Bernard. Græuæ. ad Practicam Cameræ Imperial.lib.1.concl.143.conſid.prima. Probatur per coniecturas, per teſtes, vel inſtrumenta quoties non poteſt probari per teſtes, & alios modos arbitrio iudicis relinquendos, vt per Flamin.d.q.13. à nu.21. Si impedimentum probari non poſsit per teſtes, quia difficilimum eſt, poterit probari per iuramentum, dummodo non agatur de magno præiudicio, & homo ſit integer, ita Maſcar. concl.116.n.15. adhùc tamen appellatus contrarium probare poteſt, vt per Maſcard.concl.884. nu.11. Bernard Græuæ.d.conſid.1. num.2. Et quod impedimentum non excuſet, niſi ſit facta proteſtatio, Menoch. conſ.100.n.118. Flamin.d.q.13.n.20. Maſcard.concl.116.á n.7. vbi nu.12. reſoluit quòd ſi impedimentum eſt facto iudicis, debet appellatus proteſtari, ſi vero facto ipſius appellantis, non eſt neceſſaria proteſtatio. Ignat.del Villar d.q.4. n.11. Et nora quòd poſſunt partes in Senatu quãdo appellatio iudicatur ex actis deſerta allegare iuſtas cauſas impedimenti, propter quas acta in termino præſentata non fuerunt, ita Cabed. p.1.deciſ.42.n.7.

Paupertas victi curſum fataliũ ſiſtit.

10 Paupertas victi curſum fataliũ ſiſtit, vt per Anton. Theſaur. Pedam.deciſ.10.n.5. Boer.Burdeg. deciſ.247. ſub n.14. verſ.Et etiam videtur

Digitized by Google

detur idem ſi fuerit impeditus Mynſing. cent. 4. obſeruat. 97. Fului. Pacian. de Probat. lib. 1. cap. 54. nu. 64. Franc. Viui. Neapol. deciſ. 268. nu. 5. Robert. Lancelot. de Atrent. p. 2. cap. 12. ampliat. 1. num. 56. Alexand. Raudenſ. de Analog. cap. 22. nu. 185. nouiſsimè Ceuall. in tract. de Cognitione per viam violentiæ p. 2. q. 112. Alexand. Trentaſinq. Vari. lib. 2. tit. de Appellat. reſolut. 6 num. 5. Quod etiam obtinet quamuis paupertas, culpa appellantis, cauſata eſſet, vt de æquitate eſſe ſuſtentabilem, ex Ioan. And. Imol. & Felin. refert Viui. d. deciſ. 268. num. 8. contra Lancelot. d. cap. 12. n. 160. & Tiber. Decian vol. 3. reſponſo 121. num. 20. Stephan Gratian. deciſ. 34. Trentaſinq. d. reſol. 6. n. 6.

Pauper quis cenſeatur diſcritione iudicis relinquitur.

11 Quis pauper cenſendus ſit diſcretione iudicis commiſſum exiſtit, ex perſonarum circunſtantiarum qualitate, vide Myſinger. cent. 4. obſeruat. 97. Menoch. de Arbit. caſu 65. Tiber. Decian. tract. crimin. lib. 3. cap. 22. Maſcard. de Probat. concl 1154. Menoch. de Præſumpt. lib. 6. q. 25. Surd. de Aliment. tit. 7. q 9 nu. 10. Farin. in Praxi crimin. q. 57. n. 93 cum ſeq.

12 Reſtitutio aduerſus lapſum fatalium interponendæ, introducendæ, & proſequendæ appellationis conceditur, de quo Franciſc. Marc. Delphin. deciſ. 383. ſub nu. 3. verſ. Et iſto caſu p. 1. Caualcan. deciſ. 17. ſub n 21. p. 1. Fului. Pacian. in tract. de Probat. lib. 2. cap. 47. n. 12. 13. & 14.

Minori datur reſtitutio.

13 Minori etiám datur reſtitutio aduerſus lapſum fatalium proſequẽdæ appellationis ob negligentiam tutoris cauſatum, quamuis tutor ſoluendo exiſteret, ita Vincent. de Franch. Neapol. deciſ. 473. num. 3. licet Ignat. del Villar in Sylua reſp. lib. 1. reſp. 15. q. 5. n. 9. dicat quòd minor reſtituitur aduerſus lapſum temporis dati ad appellationem proſequendam, quando tutor, vel curator nõ eſt ſoluendo. Non dabitur tamen ſi minor ſucceſſerit in lite maiori bus, qui fatalia negligenter elabi ſiuiſſent, ita Marc. Anton. de Amatis Rotæ Prouintiæ Marchiæ deciſ. 97.

Reſtitutionem petens an ſe læſum probare debeat.

14 Quæſtio grauis eſt, an reſtitutionem petens læſum ſe probare debeat? Dic quód minor reſtitutionem fatalium petens, neceſſe habet de læſione probare ſe nimirùm bonum ius in meritis fauere, hanc partem nominatim admittũt Mynſing. cent. 4 obſeruat. 17. verſ. Sed Caſtrenſis, Ioann. Vincent. Honded. vol. 1. conſ. 28. nu. 24. Cacheran. Pedam. deciſ. 158. Vincent. de Franch. Neapol. deciſ. 473. nu. 4. Alexand. Raudenſ. lib. 1. reſp. 23. n. 572. cum ſeqq. Marcellus Cala. tract. de modo artic. & proband. gloſ. n. 6. 2. ſub n. 139. verſ. Sed imò quòd non dicatur læſus.

15 Contrarium tamen videntur tenere Gabri. Roman. ſenten. lib. 2. tit. de Minoribus concl. 2. num. 2. Maſcard. de Probat. concl. 1273. nu. 47. Amat. Roder. in Pract. de modo, & forma videndi, ſeu examinandi proceſſum cap. 8. nu. 22. cum ſeq. Sunt qui diſsidentium harum opinionum conciliationem afferant in hunc modum, aut minor eſt reus, & tunc non appellando, dicitur læſus, vt eo ipſo decernatur reſtitutio, aut actor eſt, & tunc non appellando, non dicitur læſus, abſquè alia probatione, ita relati per Roman. d. tit. de Minorib. concl. 2. nu. 3. & diſertè admiſit Cacheran. d. concl. 158. n. fine.

16 Sed aliam conſiliationem ex Sfort. adducit Menoch. lib. 3. de

Digitized by Google

præſumpt.q.82.ſub n.9. aut,inquit, loquimur de aliqua probatione,ſaltem ſummaria ad docendum qualiter de bono iure petentis reſtitutionem in integrum,& hoc caſu vera eſt communis ſententia,quod ſcilicet neceſſaria ſit probatio iuſtæ cauſæ, aut loquimur de probatione plena facienda ſuper bono iure minoris in cauſa principali,& hoc caſu probatio non eſt neceſſaria,ita procedit opinio aduerſus communem. Declaratur tamen hæc conſiliatio vt in caſu, quo ipſe minor neceſſe non haberet probare læſionem,appellato tamen integrum ſit probare minorem non eſſe læſum, ſeu ius non fouere. Sforti. de in integ. reſtir.q.63.art.4.ſub nu.36.p.1. Maſcard de Probat.concl.1273.n.46.

In ſententia lata ſuper deſertione appellationis requiritur partis citatio.

17 In text.ibi (*ſendo primeiro o appellante requerido para a deſerção*) Vide Surd conſ.139.n.13. cum ſeqq. Lancelot. de Attent.cap 12.ampl.1.n.39. cum ſeqq. nouiſsimè Camill Borrell. in Summa deciſ.,tit.44. de Citat. num.213. cum ſeqq. Seraphin. Oliuar. nouiſſ. Roman. deciſ. 300. nu 7.& 8.lib.2.vol.2. Quorum duo vltimi reſoluunt procedere in deſertione appellationis à diffinitiua, ſecùs in deſertione appellationis ab interlocutoria.

AD §. IIII.

In text.ibi (*o appellado quizer ſeguir ſeu direito*)Nota quòd inſtantia proſequendæ appellationis, non currit appellanti, dùm appellatus impugnat appellationem,ſeu dicit eſſe deſertam. Vide Gonzal.ad reg.8.Cancel.gloſ.27.num.49.

AD §. V.

1 In text.ibi(*& ſellada*)Si autem pars diſsigillauerit acta appellationis, debet perdere cauſam, quod videtur tenere Felin.in cap.Cum venerabilis n.20.& 21.ad fin.de Exception.

2 In text.ibi(*trinta dias*)Vide apud Hiſpanos l.23.tit.23.part.3.

AD §. VI.

1 In text.ibi (*ſerà recebida*) Quid ſi non ſit pronunciatum ſuper illius admiſsione,& iudex præfigat terminum partibus ad proſequendam appellationem? Dic quòd ex hoc eam admittere videtur, vt per Azeued.l.2.n.5.tit.18.lib.4.nouæ Recop.

2 In text.ibi (*que caiba em ſua alçada*)Victor poteſt renuntiare reſiduo illud remittendo,non vero ſuſpendendo petitionem reſidui: Vide Vincent.de Franch. deciſ.141, Azeued. ad Curiam Piſanam lib.4. cap. 6. num.12.

3 Quid ſi ſeparatim petantur plures ſummæ,an hæc cumulari poſsint ad effectum,vt ſciatur excedant, ne iudicum iuriſdictionem? Vide Tiraq.de Retract.lig §.23.gloſ.9. n.19. & tit.2.§.2.gloſ.1.n.22. Perez tit 16. lib.3.Ordin.pag.751. Azeued.l.7. n. 17. tit.18.lib.4.nouæ Recop.Cabed. p.1.deciſ.21.per totam, vbi nu.3. reſoluit plures actiones vnico libello, ſeu petitione intentatas efficere vnicam ſummam, ad excludendam iuriſdictionem iudicis, ſecùs verò quando in diuerſis libellis actor prædictas actiones cumulat, & num.7. quod ſi vno proceſſu conuentio, & reconuētio curcat, & vnica ſententia terminetur, vtraquè cumulabitur ad alterandam iuriſdictionem, ſeu alçadam iudicis, & ita iudicatum refert idem Cabed. p.1. Areſto 80.& decretum fuit Portucalenſi Senatu, Gubernatore Petro Guedes, anno Domini

Senatus Portucal. ſtatuit.

Domini 1588. die verò 30. Ianuarij, lib. 3. Sphæræ fol. 219.

4 In text. ibi (*ſaluo ſe a demanda for ſobre juriſdicção*) Cauſa iuriſdictionis nullam recipit æſtimationem, & ſic ſemper excedit iuriſdictionem Gonzal. ad reg. 8. Cancel. §. 8. prooem. n. 29. Cabed. p. 2. Areſto 87. in fine. Idem ſi ſit ſuper omiſſam condemnationem expenſarum, quia in qualibet quantitate poteſt appellari, vt per Gam. deciſ. 65. nu. 1. Cabed. p 1. Areſto 78. & vide ad quid D. Barb. in l. Eum qui temere num. 180. cum ſeqq. ff. de Iudic.

5 In text. ibi (*ou direitos reaes*) Dubitatum fuit, an hoc intelligeretur in actis iudicis Regiæ Coronæ Senatus Portugal. & iudicatum fuit, hanc Ordin. intelligi in actis iudicatis in partibus, & in prima inſtantia, ſed in Senatu Portuc. iudex Regiæ Coronæ habet iuriſdictionem tantùm vſquè ad quantitatem, intra quam iudicat ſine grauamine prædictus Senatus, ita Cabed. p. 2 Areſto 87.

AD §. VII.

1 Nota iudicem ſi admiſerit appellationem non admittendam teneri parti aduerſæ ſatisfacere damnum. Vide Decian. tract. crim. lib. 8. cap 41. Lancelot. de Attentatis cap. 12. ampl. 5. nu. 11. & ſeq. optimè Farin. in Praxi crimin. p. 3. q. 111. n. 550. pag. 721.

AD §. VIII.

In text. ibi (*& a outra parte contraria oppozeſſe por aggrauo, &c.*) Vide Cabed. p. 1. Areſto 44. Mendez à Caſtro in Praxi ſeculari Luſitaniæ l. b. 3. cap. 19. num. 11.

AD §. IX.

In text. ibi (*pelo actor pedida*) Secùs de iure communi vt in l. In offerendis 23. Cod de Appellat. quod attẽto conſtituitur ad cognoſcendum: an ſumma appellabilis necne ſit in ſententia prioris inſtantiæ conſiderandum eſſe quantum iudicatum, non verò quantùm petitum fuiſſet? Vide Marc. Anton. de Amatis Marchiæ deciſ. 5. Bernard. Græuæ. ad Pract. Cameræ Imper. lib. 1. concl. 123. conſid. 1. Soluitur tamen decima attento eo quod petitur in libello, & non eo quod exigitur ſi plus eſt, ſi verò plus petatur in libello, quàm condemnetur in ſententia, attenditur ad condemnationem in ſententia factam, vt de tali condemnatione ſoluatur decima. Ita Cabed. p. 1. deciſ. 16. n. 4.

AD §. X.

In text. ibi (*que ſe aualie a ditta poſſe em menos de ametade, &c.*) Quando in prima inſtantia fit æſtimatio rei petitæ, & cauſæ, & hoc in minori ſumma iuſti valoris, & in Senatu Portucalenſi ſentẽtia fertur, poſtea pars, quæ victa fuit ad effectum, vt ei ſupplicatio concedatur, vult probare quod res petita maioris valoris & æſtimationis eſt, quæritur: an admitti deberet ad hoc probandum? Iudicatum fuiſſe quod non reſoluit Cabed. p. 1. deciſ. 21. n. 15.

AD §. XI. & vlt.

1 In text ibi (*farão louuar as partes, cada hũa em hũa peſſoa*) An ſufficiat vnus arbiter? Videtur quòd ſic per ea quæ Tiraq. in l. Si vnquam verbo

Suſce-

ſuſceperit liberos n.247.. Sed contrarium verius eſt, & Senatus iudicat attenta diſpoſitione huius Ord. quæ duos arbitros requirit, & faciunt quæ Stephan. Grat. Diſcept. Forenſ.cap.235.n.62.

2 In text.ibi (*lhes dem hum terceiro*) Iudex debet dare tertium: Vide Pinel. in l.2. Cod.de Reſcind.vendit. p.3.cap.4.nu.4. Gregor. l.16. verbo *Deue llamar* titul.8.part.5. Gemin.de Vſuris comment.2 §. 5. num. 145. Maſcard.de Probat.concl.653. n.15.

Cauſa libertatis eſt inæſtimabilis. 3 Et arbitratores poſſunt tertium aſſumere ſi á partibus in compromiſſo nõ nominetur. Vide Azeued. ad l.4.n.13.tit.21.lib.4.nouæ Recop. Garci.de Expenſis cap.24.n.27.

4 In text.ibi (*fação aualiar*) Cauſa libertatis dicitur res inæſtimabilis, *Et cauſa iuriſdictionis.* ex l.libertas 107. ff. de regulis iuris. Morl.in emporio iuris p.1.titul.2.in prælud.n.147. & ita decretum fuiſſe afferit Cabed.p.1.Areſto 75.

Et cauſa emancipationis. 5 Cauſa iuriſdictionis etiam non recipit æſtimationem, vt per Gonzal.ad reg.8.Cancel.§ 4.proœm. n. 29. Et ſemper excedit iuriſdictionem, vt per Cabed.p.2.Areſto 87.

6 Cauſa emancipationis filij inæſtimabilis eſt, quia patria poteſtas nullam recipit æſtimationem ex l. Filiusfam.117. §.Secundum vulgarem ff. de legatis 1. D. Barboſ. in l. Si conſtante in princip. n.85. ad finem ff.Soluto matrim.

7 In text.ibi (*a couſa que he pedida*) Quid ſi ſolum appellauerit al aliqua re, in qua fuit condemnatus, & non ab alijs? Dic æſtimationem non eſſe faciendam illarum rerum, de quibus appellatum non fuit, non vero debet fieri omnium quæ in concluſione libelli petita fuerunt, ita Portucalenſis Senatus decreuit, nona die *Senatus Portucal. iudicauit.* Iulij, anno Domini 1596. iudic. DD. Gaſpare da Coſta, & Ioane Ægidio Daureu, ſcriba Didaco Moreira, in cauſa Roderici Aranha de Vaſconcellos Portucalenſi, & Guiomare Soares. Et facit quod in illa re, á qua non appellauit, ſed ſententiæ latæ acquieuit, poteſt victor poſtulare, vt ſibi reddatur ſententia illa, quæ ex actis data executioni mandetur ex l.vlt.Cod.Quando prouocare non eſt neceſſe, cum traditis per Boer.deciſ.73 n.4. Rebuff.ad leges Galliæ tract. de Appellat. art. 8. gloſ.Vni.n.8.pag.916.& gloſ.2.n.34. art.7. & in tract. de Expenſis art. 3. gloſ.Vnica n.15. Bernard.Græuæ ad Praticam Cameræ Imper. lib. 1. concl.110.num.7. Stephan.Gratian. Diſcept.Forenſ.cap.121.n.vlt.& cap. 183.n.30. Ideò non debet fieri æſtimatio eorum, in quibus appellatio interpoſita non fuit, & poterit iudex non expectato exitu appellationis ſuam ſententiam executioni mandare, quia ſunt ſeparata capitula.

Ad tit.72. Ordin. Regiæ. *In antiq. tit.57.*

Que quando os juyzes da alçada acharem que o appellado, &c.

Ad Princip. Ordinat. Regia.

Vide Anton. Gom.l.22. Tauri n.24.verſ.4.& tom.2. cap.11. nu.16. Azeued.l.3.nu.53.cum ſeqq. tit.8.lib.4.nouæ Recop. Surd. deciſ.143.num.4. Stephan. Gratian. Diſcept.Forenſ. cap.1.num.4. cum ſeqq. ad hoc quod per appellationem vnius condemnati in ducentum eſt conſultum alteri, vt poſſit petere integra tercentum coram iudice appellationis, quamuis ipſe non appellauerit.

AD

A D §. vnicum.

In text. ibi (*poderſeha deſcer da appellação, &c*) Vide Cald. Pereira in l. Si curatorem verbo Vel aduerſarij dolo n. 35. verſ. Sed non ſatisfacit, vbi quod poteſt appellationi renuntiare appellãs etiam poſt cauſam ad ſuperiorem perductam, dummodo non ſit concluſum in cauſa.

Ad tit. 73. Ordin. Regiæ.

In antiq. tit. 58. *Que o juyz de que foy appellado, não poſſa innouar couſa algũa.*

DEſumitur hic tit. ex illo ff. Nil. nouari appellatione pendente, & ex l. Appellatione Cod. de Appellat. Concordant apud Hiſpanos l. 26. titul. 23. part. 3. vbi gloſ. 5. & l. 27. vbi gloſ. 8. in princip. eod. titul. Vide Duenh. reg. 42. Bernard. reg. 37. Guid Papæ deciſ. 213. n. 6. & deciſ. 426. num. 21. Cardoſ. in Praxi iudicum verbo Aplatio n. 7. Brunor. á Sole in locis cõmunib. verbo Appellatio 31. nouiſſimè Ceuall. in tract de Cognit. per viam violent. æ gloſ. 6. n. 5. Mendez á Caſtro in Praxi Luſit. lib. 2. cap. 11. à n. 16. Marant. de Ordine Iud. p 4. 6. princ. q. 2. n. 171. cum ſeqq. Don. â Fin. tom. 2. Communium Opin. lib. 7. tit. 21. nu. 80. pag. 306. Cott. in memorab. verbo Appellatione pendente, vel interpoſita. Mench. Vſufreq. cap. 40. n. 21. Surd. de Aliment. tit. 8. priuileg. 10. n. 2. & priuil. 60. nu. 18. Cald. Pereira in l. Si curatorem verbo Per quod nu. 35. & de Nominat. q. 5. n. 25. & procedit quantuncunquè notarium ſit friuole, & iniuſte appellaſſe ex D. Barboſ in l. Si de vi n. 144. ff. de Iudic. Plures limitationes ad hunc tit. inuenies ſupra hoc lib. tit. 70. in Princip. á num. 3. & adde aliam, de qua Gutier. Pract. lib. 1. q. 39. nu. 15. Et poteſt iudex, à quo innouare quando tendit ad faciliorem exitum appellationis, ex Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap. 155. n. 41.

2 De materia attentatorum Lancelot. in ſpeciali tract. de Attentatis. Menoch. remed. 17. Recup. nu. 24. cum ſeqq. Mench. Vſufreq. cap. 27. Viui. tom. 2. Commun. Opinion. lib. 7. tit. 21. nu. 181. cum ſeqq. Sebaſt. Næui. ad l. Ei cuius 5. ff. de Appellat. recip. Stephan. Gratian. Marchiæ deciſ. 70. Valaſc. conſ. 156. Cabed. deciſ. 120. p. 1.

3 Attentatorum iudicium ordinarium proceſſum non requirit. Vide Petr. Gregor. tract. de Appellat. lib. 7. cap. 4. n. 23. Lancelot. de Attent. p. 3. cap. 25. à n. 7. & n. 27. Maſcard. de Probat. concl 146. n. 5. & concl. 147. n. 7. Stephan. Gratian. Marech. deciſ. 70. á n. 2. Bernard. Græuæ. ad Praticam Cameræ Imper. lib. 1. concl. 146 à princip.

4 Attentatum non dicitur, niſi lite, vel appellatione pendente. Vide Rot. Bonon. deciſ. 76. num. 1. Valaſc. conſ. 91. in princip. Cabed. [deciſ. 120. n. 5. p. 1. Et attentatio non dicitur vbi lis nõ eſt, vt per Farin. Rom. deciſ. nouiſ. 693. n. 1. Et tertius non dicitur attentare, nec poteſt contra eum remedio attentatorum vti, vt per Lancelot. p. 1. cap. 3. num. 4. cum ſeqq. Menocb. remed. 17. Recup. n. 44. Pute. p. 2. deciſ. 74. Flamin. de Reſignat. lib. 1. q. 16. n. 44. Bernard. Græuæ. d lib. 1. concl. 72. conſid. 1. & Cabed. vbi ſupra nu. 14. & 18. Et attentati reuocatio ceſſat vbi notorie conſtat, ſpoliatum non habere ius, Cabed. p. 2. deciſ. 15. num. 18. Et

conclu.

concluſio in cauſa excludit remedium attentatorum Hercul. de Attent. cap. 11. n. 2. Lancelot. eod tract. p. 3. cap. 23 à n. 41. Valaſc. conſ. 156. num. 17.

5 Attentatorum iuri ſibi quæſito per deſertionem renuntiaſſe quis non præſumitur, ex Maſcard. concl. 148. n. 18.

6 Attentare non dicitur ille qui vtitur poſſeſsione, qua antea vtebatur, vt per Bertand. conſ. 137. num. 3. lib. 5. Menoch. remed. 17. Recuper. n. 49. & 50. Lancelot. de Attent. p. 2. cap. 4. limit. 1. à num. 2. Flamin. de Reſignat. lib. 2. q. 3. n. 72. & num. 29. Valaſc. conſ. 156. n. 6. Et continuans non videtur attentare Flamin. d. q. 3. nu. 29. Maſcard. de Probat. concl. 148. Flores Vari. lib. 1. q. 10. nu. 67. Lancel. p. 2. in præfat. à nu. 84. & limit. 26. & p. 3. cap. 24. q. 20. Surd. deciſ. 16. nu. 13. & deciſ. 45. num. 79. Farin. nouiſſ. Rotæ deciſ. 693 n. 3.

Ad Princip. Ordinat. Regia.

1 In text. ibi (*atè que a inſtancia da appellação ſeja finalmente determinada*) Vide Bellacomb. tom. 2. Commun. Opinion. lib. 7. tit. 21 n. 189. Gregor. L. 27. verbo *A la ſazon* tit. 23. part. 3. Gutier. Prat. lib. 3. q. 37. nu. 9. faciunt quæ Hippol. conſ. 12. n. 31. & conſ. 18. n. 12. & conſ. 29. num. 41. & conſ. 48. n. 31. & conſ. 103. n. 50.

2 In text. ibi (*poſto que a appellação não ſeja recebida*) Idem dic ſi iudex intra decendium datum ad appellandum attentauerit ex gloſ. verbo Sequuta in l. Ex iudicarum ff. de Accuſat. quam dicit receptam Gutier. d. q. 37. n. 9 Hippol. in l. Si quis percuſſorem n. 4. Cod. de Siccar. Viui. com. 2. Commun. Opinion. lib. 7 de Appellat. tit. 21. n. 182. pag. 313. probat text. in cap. Non ſolum de Appellat. lib. 6.

3 Aduerte quòd appellatio ſuper vno ſeparato ſententiæ capitulo interpoſita totam non deuoluit cauſam Boer. deciſ. 73. n. 4. & 5. Bernar. Græuæ. ad Pract. Cameræ Imper. lib. 1. concl. 110. num. 7.

AD §. I.

1 In text. ibi (*depoys de paſſados ſeys meſes*) Poteſt etiam iudex attentare quandocunque à ſententia non datur appellatio ex Surd. de Aliment. tit. 8. priuil. 10. n. 11. Aduerte quòd ſi appellans turbatur à poſſeſsione per aduerſarium, appellatione pendente, poteſt iudex à quo reformare ſibi poſſeſsionem, quia quando appellatus attentaret aliquid in præiudicium appellationis, poteſt iudex á quo ſe intromittere, & reparare, nõ obſtante appellatione, Marant. de Ordin. Iudic. p. 6. titul. de Appellat. actu 2. n. 194. Viui tom. 2. Commun. Opin. lib. 7. tit. 21. nu. 182. verſ. Imo Surd. de Alim. tit. 9. q. 32. n. 69.

2 In text. ibi (*como diremos neſte liuro*) tit. 84. §. vlt.

3 In text. ibi (*paragrapho E mandamos*) Supra lib. 1 tit. 62. §. 25.

4 In text. ibi (*& o meſmo ſerà*) Supra hoc lib. titul. 25.

AD §. II.

1 Deſumitur ex cap. vlt. de ſequeſt. poſſ. Concordat apud Hiſpanos l. 6. tit. 8. part. 3. Vide Lancelot. de Attentatis cap. 12. limit. 12. nu. 14. Bernard Græuæ. ad Praticam Cameræ Imper lib. 1. concl. 145. conſid. 1. latiſsimè Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap. 114. Valaſc. conſ. 156. n. 9. Cald. Pereira quæſt. forenſ. lib. 1. *Pendente appellatione, ſi appellans deſipauerit fructus, iudices ſuperiores poſſunt illos ſequeſtrare.*

lib. 1. q. 20. á num. 32. nouiſsimé Mendez à Caſtro in Ptaxi Eccleſiaſtica Luſitan lib. 2 cap. 11. n. 17.

2 In text. ibi (*diſsipa*) Quo pacto proberut diſsipatio: Vide Maſcard. de Probat. concl. 515. Et iudex, à quo poteſt hoc facere. Vide Maſcard. concl. 148. nu. 20. Valaſc. conſ. 156. n 9.

3 In text. ibi (*& gaſta os fructos, & rendas della*) Quamuis in vſus ſuos conuerrantur, vt per Stephan. Grat. d. cap. 114. n. 2.

4 In text. ibi (*mandarão ſequeſtrar eſſes fructos*) An idonea cautione ſequeſtratio tollatur? Dic quòd ſic, vt per Camill. Borrell. conſ. 8. num. 54. Andr. Clud. tract. de Sequeſt. cap. 10. num. 1. Bernard. Græuæ. ad Practicam Cameræ Imper. lib. 1. concl. 148. conſid. 1.

5 Nota quòd deuaſtatio non præſumitur, ſed probari debet. Vide Caualcan. deciſ. 3. num. 34. p. 1. & deciſ. 23. num. 20. Maſcard. concl. 1298. n. 4. Bernard. Græuæ. concl. 147. conſid. 1.

6 In text. ibi (*em mão de hum homem*) Ergò non poterit iudex apud duos ſequeſtros deponere, ne mutuò ſe impediant. Cardin. in Clem. 1. de Sequeſt. q. 24. Ioan. Andr. in addit. ad Specul. titul. de Sequeſtris verſ. Secundo quæro. Rebuff. tom. 3. ad leges Galliæ titul. de Sequeſt. art. 4. gloſ. 2. num. 3. Sed Cald Pereira quæſt. forenſ. lib. 1. q. 21. nu. 48. aſſerit apud nos in foro, & in iudicijs promiſcuè vno, vel pluribus vtimur ſequeſtris.

AD §. III. & vlt.

Deſumitur ex Bart. per text. ibi in l. 1. à pen. de Ventre in poſſeſſ. mittendo, & in l. Poſt contractum num. 19. ff. de Donat. Rebuff. tom. 3. ad leges Galliæ titul. de Sequeſtris titul. 1. glo. 2. num. 9. Strach. de Mercat. titul. de Decototib num. 14. & 15. Lancelot. de Attent appellat. pendente limit. 12. num. 25. & 26. Pinel. in l. 1. Cod. de bonis mat. p. 2. num. 23. Aloyſ. Ricci. in collect. deciſ p 4. collect. 1425. prope fin. Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap. 114. a num. 24 Cald Pereira in l. Si curatorem verbo Læſis nu. 137. verſ. Vltra, & quæſt. Forenſ. lib. 1. q. 21. num. 42.

Ad tit. 74. Ordin. Regiæ. *In antiq. tit. 59.*

Da maneira que ſe terá quando o juyz não recebe a appellação, &c.

AD §. I.

IN text. ibi (*para que juyzo, ou ſuperior aggraua*) Similis Ordinat. ſupra lib 1. titul. 58. §. 25. Et nota appellationem non currere vbi ſimpliciter eſſet dictum appello ad cõperentem iudicem, dummodo intra decem dies declaretur iudex, ad quem appellatur. Vide Soar. in Theſauro Communium Opinion lit. A. num. 200. Camill. Borrell. conſ. 42. num. 3. cum multis ſequentibus, Lancelot. de Attent. p 2. cap. 12. limit. 50. num. 229 cum ſeq. Si tamen appelletur ad plures iudices, quorum vnus ſolus competens eſt, ad eum præſumitur appellatum, vt per Rot. Genuenſ. deciſ. 23. num. 14. Menoch. conſ. 106 num. 165. Aufrer. ad Capell. Tholoſ. deciſ. 475. verſ. Quarto. Appellari deinde poteſt ad talem, vel talem iudicem, dum-

Digitized by Google

modo tamen ſpecificetur vnus iudex ex duobus nominatis intra prædictos decem dies, vt per Franciſc. Marc. Delphin. deciſ. 270. num. 2. p. 1. Ozaſc. Pedam. deciſ. 131. n. 8.

AD §. IIII.

In text. ibi (*& o feyto và por diante*) Vide Cabed. p. 1. deciſ. 59. num. 2. Executio poteſt fieri, appellatione pendente, in omnibus caſibus, in quibus appellatio eſt prohibita, nec geſta reuocantur tanquam attentata. Vide Cou. Pract. cap. 23. nu. 7. Maſcard. de Probation. concl. 148. num. 32. & 33.

AD §. V. & vlt.

1 In text. ibi (*dentro em trinta dias*) Præſentatio inſtrumenti grauaminis vltra triginta dies non admittitur, niſi pauci ſint dies. Vide Gam. deciſ. 132. & deciſ. 211. num. 2. & faciunt text in l. 3 §. Cum igitur ff. de vi, & vi armata l. fin. Cod. de Iudic. Et quæ in continenti fiunt ineſſe videntur l. Lecta ff. Si certum pet. facit doctrina Bart. in l. Ab hoſtibus §. Sed quod ſimpliciter ff. Ex quibus cauſis maior.

2 Dubitatum fuit, *ſe baſta a apreſentação, feyta ao eſtribuidor, com cotta ſua de como ſe lhe apreſentou, ainda que não ſeja eſtribuido o aggrauo dentro dos dittos trinta dias. Determinouſe* in ſupremo Senatu, *que baſtaua eſta apreſentação, & que aſsi fora ſempre eſtylo*, teſte Melchiore Phœbo Areſto 27.

Ad tit. 75. Ordin. Regiæ.

In antiq. tit. 60.

Da ſentença que per dereito he nenhũa, &c.

Ad Princip. Ordinat. Regia.

1 IN text. ibi (*nunca em tempo algum paſſa em couſa julgada*) Vide latè Cald. Pereira quæſt. forenſ. lib. 2. q. 37. à princip. Azeued. l. 2. n. 28. tit. 17. lib. 4. Recop. Amat. Rodet. in Pract. cap. vlt. p. 2. n. 10. & 11. Et ſententia nulla, non eget reuocatione, ex Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap. 266. num. 13. quia ſententia nulla non inducit exceptionem litis pendentiæ ex eodem Gratian. tom. 3. cap. 531. num. 61. Et nulla eſt maior iniuſtitia, quàm nullitas, & iudex nulliter procedens ſpoliat, vt per Gonzal. ad reg. 8. Cancelar. gloſ. 9. §. 1. in annot. num. 171. cum ſeq. Sententia poteſt allegari nulla, vſquè ad triginta annos gloſ. in cap. Vnde quæritur 35. q. 9. Viui. & Bellac. tom. 2. Commun. Opin. lib. 7. tit. 15. n. 131. cum ſeqq. Pincl. in l. 1. Cod. de Bonis mat. p. 3. n. 50. & in Auth Niſi tricennale n. 21. Perez titul. 15. lib. 3. Ordin. pag. 738. Tiraq. de Retract. lig. §. 36 gloſ. 2. num. 38. Et aduerte quòd notorietas iniuſtitiæ reddit ſententiam nullam, vt per Corſet. in Sing. Sententia 7. Hippol. ſing. 473. & 592. Anton. Matiæ tom. 1. Commun. Opinion. lib. 3. tit. 12. nu. 24. pag. 52. Cott. in Memorab. verbo Sententia pag. 757. Cou. Pract. cap. 25. n. 2. col. 1. & lib. 1. Vari. cap. 1. n. 10. D. Barboſ. in l. Maritum nu. 51. ff. Soluto matrim. Et intellige ſiue iniquitas deprehendatur ex ſerie ſententiæ, ſiue per relationem, v per D. Barboſ. in l. Si prætor ff. de Iudic. à nu 24. cum ſeqq. Si iudex in ſententia refert ſe expreſſe ad acta, & ex illis

Sententia nulla nũquam tranſit in rem iudicatam.

illis apparet de errore ipſius iudicis, viciatur ſententia,& eſt nulla, vt per Turzan. tom. 2. Cōmun. Opin. lib. 7. tit. 8. nu. 11. pag. 242. Tiraq. de Iure mariti gloſ. 7. n. 184. Duenh. reg. 246. Gam. deciſ. 110. n. 42. Menoch. conſ. 110. n. 67 & conſ. 345. n. 35. Stephan. Grat. Diſcept. Forenſ. cap. 103. à n. 18.

2 Nota quòd nullitati non defertur, niſi ſimul allegetur error, ſeu læſio, vel iuſta cauſa grauaminis, ex Bart. in l. Si expreſsim ff. de Appell. Vanti. de Nullit. p. vlt. n. 188. Parlad. lib. 2. rerum quotid. cap. fin. p. 5. §. 2. n. 17. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloſ. 9. §. 2. in annot. à n. 170. & hæc eſt ſalutifera praxis, qua vtimur, vt per Valaſc. de Iure emphyt. q. 6. n. 14. & conſ. 65. ad finem. Gam. deciſ. 238. n. 2 & deciſ. 324. & laudat Bernard. Græuæ. ad Praticam Cameræ Imp. lib. 1. concl. 37. conſid. 10. ad fin. Valaſc. de Partit. cap. 39. á n. 72. Steph. Grat. Diſcept. Forenſ. cap. 16. n. 35.

3 In text. ibi (*quando he dada, ſem a parte ſer primeiro citada*) Nota quòd ſententia non tranſit in rem iudicatam contra non citatum, optimè Cald. Pereira quæſt. forenſ. conſ. 7. nu. 49. Sayr. in Floribus deciſ. lib. 2. titul. 15. de ſentent. & re iud. deciſ. 1. Et ſententia ex defectu citationis eſt nulla, Farin. deciſ. 1. n. 2. 3. & 4. & deciſ. 41. n. 2, & deciſ. 47. nu. 1. & deciſ. 70. à princ. & deciſ. 81. & deciſ. 121. à n. 1. & deciſ. 185. n. 1. & deciſ. 191. n. 1. Aduerte tamen, quòd ad annullandam ſententiam non ſufficit dicere, quód non fuit citatus, niſi aliquid adducatur quod eſſet oppoſiturus, ex Surd. conſ. 237. num. 17. & conſ. 181. num. 28. & conſ. 227. n. 17. Azeued. ad l. 2. à n. 45. titul. 13. lib. 4. nouæ Recop.

4 Nota de iure communi citationem requiri, ad audiendam ſententiam, aliàs ſentētiam fore nullum, ex Clem. Sæpè verſ. Sententiam verò de Verbor. Signific. vbi gloſ. verbo Ad id. Vide Afflict. Neapol. deciſ. 246. ſub num. 16. verſ. Imo lata fuit omiſſa citatione, nou[illegible]mè Aloyſ. Ricci. in collect. de[illegible] collect. 1480. verſ. Primò, De[illegible] reſp. 43. n. 40. vol. 3. & reſp. 9. n. 20. vol. 5. Menoch. conſ. 345. n. 13. Bernard. Muſcatel. in Praxi Regni Neapol. p. 7. gloſ. Sentētiam n. 3. cum ſeqq. Surd. conſ. 99. nu. 27. Caualcan. deciſ. 19. nu 8. vol. 3. Pereg. de Iure fiſci lib. 4. tit. 5. n. 10. Ioſeph. Cumia in ritibus Siciliæ cap. 3 nu. 22. Afflict. Neapol. deciſ. 346. in fin. Franc. Viui. deciſ. 154. Æmil. Verall. deciſ. 117. n. 1. lib. 1. Flamin. Chartar. Genu. deciſ. 130. n. 33. nouiſsimè Camill Borrell. in Sūma deciſ. tit. 44. de Citat. n. 233. Attenta tamen Ordinatione in præſenti, hæc opinio apud nos non eſt recipienda, quia prima citatio ſufficit vſquè ad ſententiam definitiuam incluſiue, vt videre eſt ſupra hoc lib. tit. 1. §. 13 & ideo quando quis citatur in principio litis, & voce præconis nuntiatur, citatus ad omnes terminos, & actus iudiciales cēſetur, reſoluunt Seraphin. Rom. deciſ. 514. p. 1. Mynſing conſ. 6. nu. 50. Vincent. de Franch. Neapol. deciſ. 467. Alexan. Raudenſ. reſp. 41. nu. 16. vol. 1. Et in Neapolitano Senatu, ac Camera Imperiali idem obſeruari refert Camil. Borrell. d. tit. 44. n. 245 & ſeq.

5 In text. ibi (*ou he contra outra ſentença ja dada*) Deſumitur ex l. 1. Cod. quando prouate non eſt neceſſe. Vide Menoch. de Arbitr. lib. 1. q. 52. n. 2. Cald. Pereira quæſt. forenſ. lib. 1. q. 37. n. 2. Card. in Praxi Iudicum verbo Sententia n. 46. Et intellige quādo prima fuit valida, ex D. Barboſ. in Rub. ff. Soluto matrim. p. 3. n. 57.

Digitized by Google

6 Sententia enim nulla non parit exceptionem rei iudicatæ,l.4. §. Condemnatum ff.de Re iud.Tiraq. de Retract.lig.§ 1.gloſ.2. á n.5. Rebuff. tom.1. ad leges Galliæ titul.de ſentent.ex[illegible]t.art.vlt.n.4. Tiraq.in §.hoc ſe[illegible]im.1.n.9.

7 In t[illegible]i (*ou foy dada por peita, ou preço*) Similis eſt Ordin. infra tit. 87. §. 1. Deſumitur ex l. Venales Cod. Quando prouocare non eſt neceſſe: Concordant apud Hiſpanos l.13. & 24. in fine tit.22. part.3. Vide Menoch.de Arbitr. caſu.343. n.6. Mench.Vſufreq.cap.37. Auiles ad cap. 1. Prætor. verbo Donacion nu.6. Rebuff. de Reprobat.teſtium n.405. Pereg. de Iure fiſci lib.7. tit. 4. n.5. cum ſeqq. Gaſp. Theſaur. q. 12. quem nouiſsimè refert Aloyſ. Ricci in collect. deciſ. p.5. collect. 1499. Farin. in Praxi crimin. p.3. q. 111. n.197. & de pœna corrumpentis iudicem n.94 cum ſeqq. Fr.Emman.quæſt.Regul.tom.3.q.34.art.8. ad finem. Et ſola corruptio teſtium, abſquè probatione falſitatis, ſufficit ad hoc vt repellantur teſtimonio, vel eorum fides improbetur, & teſtis de falſo puniatur. Vide Clar. lib. 5. §.falſum n.12. Mench.Vſufreq.cap. 36. nu.10. Ceuall.Commun.contra commun. q. 178. Amat. Roderi. in Pract.cap.8.n.12. Venalis ſententia arbitri eſt valida gloſ. in l. Ita demũ verbo Exceptio in fine ff.de Arbitr. nouiſsimè Camill. Borrell. in Summa deciſ.tit.63.n.384.

8 In text.ibi (*ou por falſa proua*) Deſumitur ex l.1. & 3. Cod. Si ex falſis inſtrum. & l. Diuus ff. de re iudic. Concordat apud Hiſpanos l.13. tit. 22. part. 3. Vide Mench Vſufreq. cap.36. Alexand. Trentaſinq. Vari. lib.2.tit.de Sentent.reſolut.3.nu.13. Curi.Philip.p.1.§.18.nu.12. nouiſsimè Aloyſ.Ricci.in collect.deciſ.p.5. collect. 1502. & vide infra hoc lib. tit.87.§.1.n.2. Et ſententia ex falſis inſtrumentis non tranſit in rem iudicatam, vt per Cald.Pereira conſ. 36. à n.1.vbi n.12.declarat ſi is, qui pro qua lata fuit,ſciat falſas eſſe probationes. Et pendente quæſtione falſitatis ſuperſedendum eſt in cauſa, ad quod plures citaui Doctores in Remiſſ ad lib.5.tit.117. §.15. nu.2. pag.365.

9 In text.ibi (*ou ſe foy dada per iuyz imcompetente*) Sententia ex defectu iuriſdictionis nulla eſt, ex Farin.Rotæ nouiſſ.deciſ.121. nu. 2. nouiſsimè Aloyſ. Ricci. d. p. 5. collect. 1480. verſ. Quarto. Intellige de iudice, cuius iuriſdictio prorogari non poteſt, & ſic conſilianda eſt alia Ordin. ſupra hoc lib.tit.49 § 2.ibi, *ſe elle for capaz de prorogação*: Et iuriſdictionis defectus dicitur inſanabilis, Æmill. Verall deciſ.38 num.2.lib.3. Thom. Triuiſant.Venetiæ deciſ.11. n.2. lib. 2. nouiſsimè Camill.Borrell.in Summa deciſ.tit.41.nu.124. Et ex defectu iuriſdictionis, ſemper poteſt de nullitate dici, quæ nunquam reiecta intelligitur gloſ. in Clem. 1. de Sequeſt.poſſeſſ. Hieron. Magon Lucenſi deciſ.22. nu 18. Verall. deciſ. 97. n 3.lib.1. Nicol. Neuſner. German.deciſ.21. nu.26. lib.4. Camill. Borrell. in Summa deciſ. titul.41. à num.86.

10 Nullitates ex defectu iuriſdictionis manentes, ſumme attendendas eſſe apud omnes in confeſſo eſt reſoluunt Caualcan.deciſ.28. à nu. 46. Azin.in Praxi Florent.§.31.cap. 32. quæ quidem adeò legibus exoſa eſt, vt quamuis ſe de nullitate non oppoſiturum quis iuraſſet tamen hanc nullitatem ex defectu iuriſdictionis opponere poteſt, ex Felin. Ruin.

Digitized by Google

Ruin. & alijs induxit Crauet. conſ. 383. n. 16. & poſt alios reſoluit Anton. Gabri. tom. 3 Commun. Opin. lib. 6. tit. de Statutis concl. 3. num. 7. pag 355. Poteſt tamen huiuſmodi nullitas, parte non opponente, ſuppleri ex Stephan. Gratian Diſcept. Forenſ. cap. 16. n. 35. quamuis reſoluant acta facta per iudicem incompetentis iuriſdictionis nulla eſſe, neo partium conſenſu conualidari poſſe Thom. Triuiſ. Venetiæ deciſ. 68. nu. 4. & 5. lib. 1. Camill. Borrell. d. titul. 41 n. 191.

11 Sententia iuſtè lata ab incompetenti iudice poteſt ex eiſdem actis approbari, ex Barr. & Paul. in l. Si vt proponis Cod. quomodo, & quando iudex, Alexand. conſ. 111. num. 5. Gam. deciſ. 219. Lancelot. de Attent. p. 2. cap. 6. num. 53. Valaſc. conſ. 65. ad finem. Cabed. p. 1. deciſ. 36. n. vlt. Baptiſt. Coſt. de facti ſcientia, & ignor. cent. 1. diſt. 100. nu. 78. Franciſc. Viui. deciſ. 331. Borrell. d. tit. 41. n. 90.

12 Quæſtio dubia eſt, an lata ſententia in Senatu poſsit contra illam excepi, quod iudex, qui in priori inſtantia illam tulit incompetēs erat? Dic quòd non, ex reſolutis per Tiraq. de Iure mariti gloſ. 7. num. 192. Gam. deciſ. 110. n. 6. & deciſ. 238. n. 3. Anton. Gabr. d. tit. de Statutis concl. 3. n. 25. iudicatum dicit Cabed p. 1. deciſ. 48. à princip. Pariſ. conſ. 483. n. 8. vol. 4.

13 Nota ſententiam eſſe, ipſo iure, nullam, ſi lata fuerit præcipitanter, & in tám breui tempore, & cum tanta feſtinatione, quod acta veroſimiliter non potuerunt videri. Vide Bonacoſ. Commun. crim. verbo Sententia fol. 150. verſo. Menoch. de Arbitr. lib. 1. q. 42. Hippol. conſ. 48. nu. 34. Gregor. l. 16. verbo Acabar tit. 8. part. 5. Marant. de Ordine iudic. p. 4. pag. 197. n. 16. cum ſeqq. Balb. tom. 2. Communium Opinion. lib. 7. tit. 8. n. 25. pag. 243. Putе. p. 1. deciſ. 344. Maſcar. de Probat. concl. 240. n. 2. & concl. 241. n. 2. & concl. 1296. nu. 36. Menoch. lib. 2. de Præſumpt. q 67. n. 31. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloſ. 46. n. 46. Alexand. Trentaſin. Vari. lib. 2. titul. de Iudic. reſolut. 2. Amat. Roder. in Pract. cap. vlt. p. 1. à nu. 16. Bobadill. in ſua Politica lib. 1. cap. 5. n. 17. Farin. Rotæ nouiſſ. deciſ. 109. n. 3. Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap. 153. n. 2. vbi n. 3. reſoluit procedere etiam in interlocutoria, arbitrarijs, & ſententia Principis, & n. 7. limitat quando iudex in tempore breui poteſt eſſe inſtructus de negocio.

AD §. I.

1 In text. ibi (*porque poys a ſentença de principio foy nenhũa, &c.*) Ergò ſi ſententia appellationis continet errorem, reſpectu primæ, ad quam ex neceſsitate quadam ſe refert, ſicut prima eſt nulla, ita, & ſecunda, reſoluit Menoch. conſ. 345. n. 9. & 34.

2 Aduerte quòd ſi ſententia ſit iuſtè lata, itaùt contra illam nihil opponi poſsit, & aduerſarius objiciat exceptiones, & pars in cuius fauorē lata fuit non contradicat, valebunt geſta ex Cald. Pereira de Reſolut. emphyt. cap. 17. n. 10. col. 6.

AD §. II.

1 Deſumitur ex l. 2. Cod. quando prouocare non eſt neceſſe: Concordant apud Hiſpanos l. 3. tit. 26. part. 3. vbi gloſ. 1. Vide Marant. de Ordine iudic. 3. p. 6. nu. 117. & p. 4. diſt. 16. nu. 74. Tiraq. de Iure mariti gloſ. 7. n. 184. D. Barboſ. in l. Maritum n. 51. ff. Solu-

3 Exceptiones oppoſitæ contra Regium reſcriptum quod præſenta turá partibus, ſi ſtatim ſine cauſæ cognitione à iudice remittantur, ad Senatores Palatij pertinet earum cognitio. Vide Cab. p. 1. deciſ. 38. n. 1.

Ad tit. 77. Ordin. Regiæ.

In antiq. tit. 68.

Quando appellarão da ſentença condicional.

Ad Princip. Ordinat. Regiæ.

1 Concordat apud Hiſpanos l. 14. tit. 22. part. 3. Vide Iaſ. in l. Admonendi n. 61. & 62. ff. de Iureiur & in rep. d. l. n. 67. & 68. Maſcard. de Probat. concl. 1296. nu. 40. & vide ſupra hoc libro titul. 66. §. 2.

2 Nota certum non dici quòd per relationem ad aliud incertum reddi poteſt, ex Menoch. de Arbitr. lib. 1. q. 68 n. 43.

3 In text. ibi (*do tempo, & hora em que foy publicada*) Vide ſupra hoc lib. tit 70. n. 10. cũ ſeqq. Cardoſ. in Praxi iudicum verbo Appellatio nu. 5. ad hoc quod appellare debet quis à ſententia conditionali intra decem dies, numeratos à die publicationis ſententiæ, non verò à die completæ conditionis.

Ad tit. 78. Ordin. Regiæ.

In antiq. tit. 62.

Quando poderão appellar dos actos que ſe fazem fora do juyzo, &c.

Ad Princip. Ordinat. Regiæ.

Facta extraiudicialia non transeunt in rem iudicatam.

1 Nota quòd facta extraiudicialia, non tranſeunt in rem iudicatam. Vide Abb. in cap. Cum ſit num. 19. & 22. de Appellat. Gonzal. ad reg 8. Cancel. gloſ. 9. §. 1. in annot. ſuper nullit. n. 31. vbi n. 29. reſoluit quòd appellatio extraiudicialis non ſuſpendit executionem, nec cauſat attentatum, de quo etiam Lancelot. de Attent. p. 2. cap. 12. limit. 3. à n. 1.

2 In text. ibi (*declarando o aggrauo*) Vide Felin. num. 11. & Deci. num. 28. in cap. Cum ſit Romana de Appellat.

3 In text. ibi (*declarando na appellação*) Vide Abb. in d. cap. Cum ſit Romana n. 20.

AD §. II.

1 Vide Valaſc. de Partit. cap. 39. nu 30. ad hoc quod appellari poteſt à partitionibus non ſolùm factis, ſed iudicatis per iudicem ordinarium, ſedetiam factis á partitoribus, & æſtimatoribus electis á partibus.

2 In text. ibi (*poderà appellar nos dez dias*) Ergò appellatio in extraiudicialibus intra decendium interponi debet. Vide Mynſing. cent. 3. obſeru. 11. Bernard. Græuæ ad Pract. Cameræ Imper. lib. 1. concl. 139. Valaſc. de Partit. cap 9. n. 39.

3 In text. ibi (*declarando na appellação a cauſa legitima, & razão de agrauo*) Deſumitur ex Doctrina Bald. in l. Vni. Cod. de his, quæ pœnæ nomine. Vide Succin. reg. 28. limit. 2. Rot. Bonon. deciſ. 15. verſ. Adde.

AD §. III.

In text. ibi (*nem ſerà o que esbulhou relevado da ditta reſtituição, &c.*) Vide D Barboſ. in l. Si de vi à nu. 38 ff de Iudic. ad hoc quod ſi quis tanquam ſpoliatus agat interdicto vnde vi, & reus

& reus opponat de dominio non eſt admittenda hæc obiectio, ſed primum de vi agendum eſt.

AD §. IIII.

1 In text.ibi (*lançando certas pedras na obra*) Vide Alexand. Raudenſ.in tract.de Annalog. cap.7.nu.14. cum ſeqq. Bernard.Græuæ.ad Pract.Cameræ Imper.lib.1.concl.16.conſid.1.

2 An detur reſtitutio minori aduerſus nouum opus nunciatum? Vide Cald. Pereira in l. Si curatorem verbo Vel aduerſarij dolo n. 67. vbi reſoluit minori, qui denunciationi obtemperauit reſtitutionis auxilium denegandum eſſe, ac proindè opus nouum factum poſt denunciationē demoliri debere, & n.69 dicit quod poterit reſtitutionem petere aduerſus non petitam remiſsionem nuntiationis, quam præſtans cautionem poſsit euitare, quæ reſtitutio ſibi erit vtilis, quia ædificium non demolietur, niſi cum aduerſarius iuſtè ſe nuntiaſe monſtrauerit.

In antiq. tit.63.

Ad tit.79, Ordin. Regiæ.

Dos que não ſaõ recebidos a appellar.

AD §. I.

IN text.ibi (*depoys de dez dias contados da hora, & momento, &c.*) Dixi ſupra hoc lib. tit.70. à nu. 10. vbi à n.3. plures enumerantur caſus, in quibus non licet appellare, vt videre eſt apud Anton. Nicel. in tract. de concordantijs gloſſarum concord.6. incip. Refricatur in dubium, n.15. cum ſeq. Bernard. reg. 28. & 35. Duenh. reg. 45. Maranc. de Ordine Iudic. p.6. actu 2. num.255. Ioann. Milium in ſuo Enchiridio appellationum cap. 12. num. 31. cum multis ſeqq. fol.56. Perez l. 25. titul. 19. lib.8. Ordin pag.378. Gom. tom. 3. cap.3. n.31. Azeued. l.1. & l.6. nu.1. cum ſeqq tit.18. lib.4. & l.4. num.38. tit.14. lib.3. nouæ Recopil.

AD §. II.

1 Deſumitur ex l. Ad ſolutionem 5. Cod. de Re iudic. Vide Maſcard. concl.117 n.28. & concl.1263. n.23. Menoch. lib.2. de Præſumpt. q.94.

2 Nota quòd iuri ſuo renuntiare videtur, qui à ſententia contra ſe lata, vel non appellat, vel nihil opponit, ex Farin. nouiſſ. Rotæ deciſ.64.

3 In text.ibi (*per algũa maneira conſentio na ſentença dada*) Intellige tamē niſi compareat cum proteſtatione, quod non intendit renuntiare appellationi, vt per Flamin. de Reſignat. lib.1. q.1. num.27.

AD §. III.

1 Nota quòd verus contumax nō auditur appellans, ex text. in cap. vlt. §. Sunt quorum 2. q. 6. & l. Et poſt 73. §. fin. ff. de Iudic. & l.1. Cod. quorum appellat. Vide Bellacomb tom. 1. Commun. Opinion. lib.3. tit.1. nu. 241. in med. pag.377. Burg. conſ.12. n.16. Gutier. Pract. lib.1. q.50. num.1. Pereg. Vari. lib.1. ad cap. Conſultationibus de Officio deleg. num.52. nouiſsimè Mendez à Caſtro in Praxi ſeculari Luſitaniæ lib. 3. cap. 19. n.6. & latè Melch. Phœb. deciſ.79. per totam, nouiſsimè Camill. Borrell. in Summa deciſ. tit.46. de Contum. n.23.

2 Nota illum dici verum contumacem, quem perſonalis citatio apprehenderit, & comparare noluerit. Vide

Vide Bellacomb. d. n. 241. pag. 377. Valaſc. conſ. 51. num. 37. Farin. p. 4. conſ. 85 à nu. 22. Camill. Borrell. d. tit. 46. nu. 175. Franciſc. Viui. deciſ. 138. nu. 35. Bernardin. Muſcatel. in ſua Praxi Autea Ciuili Neapol. p. 5. gloſ. legaliores nu. 20. pag. 705. latè Ignat. del Villar in Sylua reſponſ. lib. 1. reſp. 3. n. 3. & 5. Cald. Pereira in l. Si curatorem verbo Leſis n. 5. Dicitur etiam verus contumax, qui iudicem contemnens, dicit, nolo venire, Camill. Borrell. d. tit. de Contum. nu. 188. Et nouiſsimè Melch. Phœb. deciſ. 79. à n. 7. reſoluit quòd quatenus hæc lex non excludit contumacem à remedio appellationis, niſi fuerit citatus ad appellandum, & ipſe recuſauit ire ad tribunal iudicis: intelligitur in eo caſu, in quo non poteſt leuati è proceſſu ſententia, ſine partis citatione, ad appellandum, & n. 14. reſoluit quòd contumax citatus ad appellandum, & non comparens in prima die, qua iudicium reditum eſt, etiamſi poſt intrà decendium compareat, non admittitur appellans.

3 Quid ſi procurator fuit verus contumax, an propter hoc dominus repellatur ab appellando? Dic quòd non, vt per Abb. in cap. 1. num. 21. & nu. 25. & 26. Vt lite non conteſt. Et aduerte contumacem nec poſſe ſupplicare, vt per Roland. conſ. 38. n. 15. vol. 2. quem citat Camill. Borrell. d. tit. 46. n. 26.

Ad tit. 80. Ordin. Regiæ.

Quando muytos ſaõ condemnados em hũa ſentẽça, & hũ sò appella della.

Ad Princip. Ordinat. Regiæ.

Appellatio vnius ex conſortibus cæteris prodeſt.

1 DEſumitur ex l. 1. Cod. Si vnus ex pluribus appell. l. Si quis ſeparatim §. vlt. ff. de Appellat. cap. Vna ſententia pen. de Appellat. cap. Ei qui appellat verſ. Si autem vnus 2. q. 6. Concordat apud Hiſpanos l. 5 tit. 23. part. 3. Vide Viui. Kirchou. Soar. & alios tom. 2. Commun. Opinion. lib. 7. titul. 25. pag. 323. Rebuff. ad leges Galliæ in proœm. gloſ. 5. n. 98. Caualcan. p. 2. deciſ. 30. nu. 115. Valent. Franch. in tract. de Fideiuſſor. cap. 3. nu. 138. Rot. Roman. p. 1. diuerſ. deciſ. 779. incip. Contra ſententiam cantoris n. 3. Æmil. Verall. Roman. deciſ. 37. p 1. Alexand. Trentaſinq. Vari. reſolut. lib. 2. tit. de Appellation. reſolut. 7. num. 8. cum ſeqq. Bernard. Græuæ. ad Practicam Cameræ Imper. lib. 1. concl. 126. conſid. 1. Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap. 115. á princip. vbi nu. 13. reſoluit quòd condemnatus duobus tutoribus reſeruata facultate probãdi remiſsionem debiti, ſi vnus ſuſcepit probationem, ſi alter appellauit, iſta ſententia non proderit alteri tutori.

2 Nota quòd ſi vnus appellet, alter verò non proſequatur appellationem executio quoad hunc deſerentem conſortem, donec appellationis cauſa deciſa ſit, ſuſpendenda eſt: Vide Hieron. à Laurent. Auenion. deciſ. 60 Bernard. Græuæ. lib. 1. concl. 113. conſid 3. & concl. 126. conſid. 1 n. 2.

3 Aduerte tamen quòd ſententia condemnans plures obligatos intelligitur, quod vnuſquiſque, pro rata, teneatur ad expenſas, quamuis obligatio originalis eſſet in ſolidum, reſoluit Stephan. Gratian. d. cap. 33. num. 51.

AD §. II.

Vide Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap. 115. n. 13.

AD

AD §. III & vlt.

1 Vide de intellectu Cald. Pereireira in l. Si curatorem verbo Vel aduerſarij dolo num. 25. cum multis ſequentibus.

In cauſis communibus priuilegium vnius ſuffragatur alteri.

2 In text. ibi (*ſe a couſa ſobre que era a contenda foſſe indiuidua*) Nota quòd in cauſis communibus, quando ſumus in indiuiduis, priuilegium vnius ſuffragatur alteri, ex text. in l. Si cõmune fundũ 10. ff. quemadm. ſeruit. amit. Vide Mexi. in tract. taſſæ panis concl. 5. nu. 74. in fine. Surd. de Aliment. tit. 9. q. 14. n. 3. D Mart. de Iuriſdict. p. 4. caſu 12. & caſu 118. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloſ. 24. à nu. 52. Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap. 115. à n. 6. & num. 37. vbi nu. 8 agit de ſocio habente priuilegium fori, quod communicatur alijs ſocijs non habentibus illud priuilegium, quando cauſa eſt communis, & indiuidua, & in cauſis connexis, quæ ſimul, & clericum, & laicum, imo, & plures laicos tangunt poſſe ad vnum, eundemquè iudicem eccleſiaſticum iri reſoluunt Tiber. Deci. tract. crim. lib. 4. cap. 9. nu. 44. exactè Bernar. Græuæ d. lib. 1. concl. 37. conſid. 1. vbi num. 2. dicit quòd etiam ad inſtantiam vnius ex laicis hoc caſu remiſsio fieri debet.

Ad tit. 81. Ordinat. Regiæ.

In antiq. tit. 67.

Dos que podem appellar das ſentenças, dadas entre outras partes.

Ad Princip. Ordinat. Regiæ.

A ſententia tertius ratione

1 DEſumitur ex l. Ab executore 4. §. 1. l. A ſententia 5. de Appellat. Vide Gail. lib. 1. obſeruat. 70. n. 6. & obſeruat 112. nu. 5. Gregor. l. 4. tit. 23. part. 3. Pute. p. 3. deciſ. 91. Lancelot. de Attent. p. 2. cap. 12. ampl. 14. Bellacomb. tom. 2. Communium Opinion. lib. 7. tit. 14. n. 224. Azeued. ad l. 1. n. 6. tit. 18. lib. 4. nouæ Recopil.

ſui intereſſe appellare poteſt.

2 Intellige dummodò intra decendium, vel à tempore ſcientiæ prolatæ ſententiæ appellationem interpoſuerit, ita Maſcard. de Probat. concl. 114. ſub nu. 15. verſ. Sexto amplia. Lancelot. de Attent. p. 2. cap. 12. limit. 50. n. 185. faciunt quæ ſcribit Vrſill. in addit. ad Afflict. deciſ. 15. n. 3. & 15. vbi reſoluit quòd venditor, qui poſtquam ſententia contra emptorem victum in iudicatum tranſierat primum fuiſſe latã reſcierat, poſsit appellare, & executionem illiuſmet ſententiæ impedire, cui accedit Cephal. conſ. 106. lib. 1. refert Lancelot. d. cap. 12. limit. 50. nu. 186. vbi extendit ex eodem Cephalo hunc venditorem poſſe appellare, quamuis ſciuiſſet litem agitari.

3. Nota quòd tertius interueniens de ſuo intereſſe, ante omnia non docens admittendus non eſt, vt per Ioſeph. Ludou. Peruſ. deciſ. 26. nu. 1. Menoch. de Arbitr. caſu 18. num. 5. Rot. Genuenſ. de Mercatura deciſ. 143. nu. 5. Summariam, ſeu qualemqualem ſufficere probationem admittunt poſt Franc. Marc. Cou. Menoch. Roland. & alios Surd. conſ. 181. n. 22. Pute. Rom. deciſ. 166. n. 3. lib. 3. Ioſeph. Ludou. Peruſ. deciſ. 26. nu. 2. & 10. p. 1. Franc. Viui. Neapol. deciſ. 291. n. 2. Anton. del Re Tiburtin. de Iuram. calumn. cap. 15. n. 140. Quia intereſſe ceſſante, non auditur agens, vel excipiens, l. Si vnus §. Antea omnia ff. de Pactis vbi Bart. Surd. de Aliment. tit. 1. q. 33. n. 13. & deciſ. 120. n. 11. & deciſ. 260. n. 3. Bernard. Græuæ.

Græuæ ad Pract. Cameræ Imp. lib. 1. concl. 69. nu. 1. Steph. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap. 302. num. 30. & cap. 387.

4 In text. ibi (*qualquer outro a que o feyto poſſa tocar*) Vide l. A ſententia, & ibi Bart. ff. de Appellat. Tiraq. in tract. res inter alios acta pag. 15. & pag. 27. limit. 19. Menoch. conſ. 28. n. 28. Caualcan. deciſ. 10. ſub num. 6. Non tamen poterit appellare ſi habuit ſcientiam agitatæ litis, & principalis cauſæ qualitates, ſciuit ante ſententiæ prolationem. Ita poſt Bart. Caualcan. deciſ. 10. nu. 26. p. 1. Menoch. conſ. 79. n. 23. Lancelot. d. cap. 12. ampl. 14. num. 15. Hondedæ. conſ. 25. num. 19. vol. 1. Bernard. Græuæ. ad Practicam Cameræ Imp. lib. 1. concl. 122. n. 7. cum ſeqq.

5 Nota appellare poſſe pro ſuo intereſſe dominum à ſententia aduerſus ſubditum lata, quemadmodū, & aliàs pater pro filio, & viciſsim, pro patre filius, dominus pro ſeruo, tutor pro pupillo, curator pro adulto, feudi dominus pro vaſſalo, & alius pro ſuo ſubdito appellat. Vide Lancelot. d. cap. 12. limit. 50. nu. 42. Ioann. VVameſ. ad cap. Cōſuluit 29. de Appellat. nu. 3. Ferrar. Mont. de Appellat. lib. 2. cap. 1. verſ. Idem facere poterit. Bernard. Græuæ. ad Practicam Cameræ Imper. lib. 1. concl. 125. conſid. 1.

6 Deinde nota victoriam tertij principaliter appellantis iuuare victo, quādo appellatio ficto nomine, etiam eſſet interpoſita intraquè decendium ad appellandum conſtituta. Ita Lancelot. d. cap. 12. ampl. 14. n. 29. p. 2. Et ſententiam in ipſoſmet litigantes, non verò tertium acceſſoriè interuenientem concipiendam eſſe reſoluunt Damhaud. in Praxi ciuili cap. 98. Vincent. Hondedæ. conſ. 25. num. 9. vol. 1.

7 In text. ibi (*poſto que a ſentença, &c.*) Nota quòd ſententia contra reum lata non preiudicat tertio, concordat l. cum filioſam. & ibi Bart. ff. de Verbor. Farinac. in deciſ. Rotæ nouiſſ. deciſ. 372. n. 1.

Ad tit. 82. Ordin. Regiæ. *In antiq. tit. 65.*

Se pendendo a appellação morrer cada hũa das partes, &c.

Ad Princip. Ordinat. Regiæ.

IN text. ibi (*paſſarà a inſtancia do feyto a ſeus herdeiros*) Vide quæ dixi latè hoc lib. tit. 27. §. 2. Citatio enim eſt neceſſaria, vt litis pendentia inducatur. Rutger. Ruland. de Commiſſar. lib. 2. cap. 5. n. 6. Bernard. Græuæ. ad Practicam Cameræ Imper. lib. 1. concl. 109. conſid. 2. Cabed. p. 1. deciſ. 120. n. 16. Succeſſor tamen Commendæ, vel beneficij proſequitur litem inchoatam aſq; alia legitimatione, vel citatione, ex eod. Cabed. p. 1. deciſ. 98. Et quando reus moritur, non eſt neceſſe, quòd actor faciat articulos legitimationis, ex eod. Cabed. p. 1. deciſ. 157. n. 11. Et vide ad quid deciſ. 197. p. 2. Ille tamen, qui petit aliquid tanquā filius, vel hæres, debet legitimare perſonam ſuam, vt per Menoch. remed. 3. Adipiſc. nu. 164. & remed 4. n. 441. Ioſeph. Ludou. Peruſ. deciſ. 15. nu. 3. & agens contra aliquem, tanquam hæredem, debet probare illū eſſe hæredem, Surd. deciſ. 154. n. 17. Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap. 135. n. 40.

AD §. I.

Deſumitur ex l. Si pater, & l. Quamuis

Quamuis Cod. Si pendente appell. mors interu. Concordat apud Hiſpanos l. fin tit. 23 part. 3. vbi gloſ. 2.

AD §. III. & IIII.

Vide latiſsimè de intellectu Cald. Pereira in l. Si curatorem verbo Læſis num. 25. cum ſeqq. ad hoc quod quando bona veniunt ex delicto confiſcanda per ſententiam, morte Rei extinguitur accuſationis iudicium etiam quoad bona, non ſic ſi bona, ipſo iure erant confiſcata, quo caſu negatur quoad bona extingui iudicium, de quo etiam Tiraq. in l. Si vnquam verbo Reuertatur n. 298. & 302. Anton. Gom Vari. tom. 3. cap 1. n. 80. col. 2. Bonacoſ. Cõmun. crim. p. 2. verbo Mortuo fol. 51. in fin.

Ad tit. 83. Ordin. Regiæ.

In antiq. tit. 66.

Quando os litigantes podem alegar, & prouar na cauſa da appellação, &c.

Ad Princip. Ordinat. Regiæ.

1 IN text. ibi (*podem allegar, & prouar na cauſa da appellação qualquer razão noua*) Deſumitur ex l. Per hanc 4. Cod. de tempor. appellat. & ex Clem. 2. de teſtib. & vide Marant. de Ordine Iudic. p. 6. cap. de appell. à n. 147. Soar. tom. 1. Communium Opinion. lib. 4. tit. 10. num. 308. pag. 549. Maſcard. de Probar. concl. 118. Perez l. 4. titul. 11. lib 3. Ordin. pag. 673. Ceuall. Communium contra cõmun. q 350. n. 3. Bernard. Græuæ. ad Pract. Cameræ Imper. lib. 1. concl. 128. Garci. de Nobilit. gloſ. 46 n. 6. vbi reſoluit quòd ſi in eâdem cauſa allegetur noua circunſtantia, vel qualitas reſpectu loci, temporis, vel perſonæ, articulũ nouum, ac nouam probationem facit, latè Azeued. l. 4. tit 9. lib. 4. nouæ Recopil. Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap. 158. & nouiſsimè Mendez á Caſtro in Praxi ſeculari Luſitan. lib. 3. cap. 19. n. 12. vbi declarat, vt ſcilicet illa ratio, & materia ſit dependens ab ea, quæ in articulis veteribus continebatur faciens ad cauſam, & recipiens primã actionem, de quo etiam Amat. Roderic. in Pract. cap. 8. nu. 7. verſ. Nec etiam.

2 Nota tertium pro ſuo intereſſe, principaliter interuenientem publicatis inter litigantes, datis atteſtationibus non prohiberi ſui iuris probandi cauſa, adhùc teſtes producere. Vide poſt Afflict. & Caſſan. Azeued d. l. 4. nu. 11. Gabri. Roman. tom. 3 Commun. Opinion. lib. 1 tit. de Teſtib. concl. 21. à n. 91 cum ſeqq. Bernard. Græuæ. d. lib. 1. concl. 105. num. 44.

3 In cauſa nobilitatis per l 17. tit. 11. lib. 2. nouæ Recop. apud Hiſpanos diſpoſitum eſt, publicatis atteſtationibus, non eſſe teſtes recipiendos ſuper eiſdem articulis, aut mutuò contrarijs, de quo Azeued. d l. 4. num. 10. latiſsimè Garci. de Nobilit. gloſ. 46. á princip.

4 Teſtium publicatio non obeſt, quin adhuc teſtes á parte produci valeant, ſi priores nulliter, ſeu non legitime, aut rite examinati eſſent. Vide Azeued. d. l. 4. nu. 12. Farin. in Praxi crimin. q. 75. nu. 358. Bernard. Græuæ. d. concl. 105. conſid. 1. nu 31. D. Barboſ. d §. fin. n. 64. Nota quòd ſententia hæc, vt nec in cauſa appellationis teſtes ſuper eiſdem interrogationibus, & articulis produci non valeant, non procedit quando teſtes erant abſentes in prima inſtãtia,

aut

aut de ijs pars non fuit recordata, quando alios produxit, & ſic de nouo reperiantur, tradit Gregor. per l. 29. tit. 16. part. 3. Xuar. alleg. 5. n. 9. & 11. Amat. Roder. d. cap. 8. nu. 7. verſ. Veruntamen.

AD §. II.

1 In text. ibi (*por que ſeria cauſa de ſe fazerem falſidades*) Nota quòd in cauſa appellationis, non poſſunt produci teſtes ſuper eiſdem articulis, vel directo contrarijs, eis, qui in prima producti ſunt inſtantia. Vide Clem. 2. & vlt. de Teſtib. Viui. tom. 1. Communium Opin. lib. 4. tit. 10. nu. 307. pag. 549. Graſſ. tom. 2. lib. 7. tit. 21. n. 15. pag. 318. Gutier. Pract. lib. 1. q. 71. Azeued. l. 4. á princip. tit. 9. lib. 4. nouæ Recopil.

2 In text. ibi (*porem ſe quizerem offerecer eſcripturas, &c.*) Nam cum tunc ceſſet timor ſubornationis, & ſic huius legis ratio, ceſſabit, & eius diſpoſitio, vt inſtrumenta admittantur ſuper eiſdem, vel contrarijs articulis. Vide Azeued. d. l. 4. nu. 2. verbo *Saluo por eſcripturas.* D. Barboſ. in l. Diuortio §. fin. p. 2. num. 65. ff. Soluto matrim.

AD §. III. & vlt.

In text. ibi (*nem dado lugar à proua*) Si ergò fecit articulos in prima inſtantia, & nullos produxit teſtes, poterit in cauſa appellationis teſtes producere. Vide gloſ. vlt. in l. Per hanc Cod. de tempor. appellat. Villalob. & Fichard. tom. 1. Communium Opinion. lib. 4. tit. 10. num. 299. Menoch. conſ. 322. num. 1. Perez ad l. 4. titul. 11. lib. 3. Ordin. pag. 674.

Ad tit. 84. Ordin. Regiæ.

In antiq. tit. 77.

Dos aggrauos das ſentenças diffinitiuas.

Dixi ſupra hoc lib. titul. 70. §. 6. cum ſequentibus.

AD §. V.

In text. ibi (*ou o julgador que o ouuer de conceder, o detiuer*) Ergò impedito per factum iudicis, non currit tempus, ex l. Quibus diebus 40. ff. de Condit. & demonſtr. reſoluunt Marant. de Ordine Iudic. p. 5. pag. 227. num. 31. Perez l. 5. tit. 8. lib. 3. Ordin. pag. 647. Flamin. de Reſignat. lib. 11. q. 13. num. 120. Cabed. p. 1. deciſ. 30. num. 6.

Impedito per factū iudicis nō currit tempus.

AD §. IX.

In text. ibi (*ſaluo ſe allegaſſe ſer menor*) Vide Gam. deciſ. 38. num. 1. Cabed. p. 1. deciſ. 42. num. 4. ad hoc quod, elapſo termino grauaminis, non poſſunt iudices amplius, de tali grauamine cognoſcere, etiamſi allegetur aliquod impedimentum, niſi fuerit minoris.

AD §. X.

1 In text. ibi (*ſendo o aggrauante tão pobre, &c*) Paupertas quàm varié conſideretur examinat Menoch. de Arbitr. caſu 65. & lib. 6. de Præſump. q. 25. Mynſing. cent. 4. obſeru. 97. Tiber. Decian tract. crim. lib. 3. cap. 22. Maſcard. de Probat. concl. 1154. Surd. de Alim. tit. 7. q. 9. n. 10. Farin. in Praxi crim. p. 2. de oppoſit. contra perſonas teſtium q. 57. n. 93 & ſeq.

Paupertas excuſationem præbet appellationis prætermiſſæ.

2 Paupertas excuſationem præbet appellationis prætermiſſæ, ſeu non interpoſitæ. Vide l. Si procuratorem 8. §. Si ignorantes ff. Mandati Cott. in Memorab. verbo Paupertas. Ioann. VVamm. ad cap. Ex ratione 8. n. 3. de Appellat. Cornel. Bredcrod. in tract de Appellat. p. 2. tit. 9. col. 212 ad finem verſ. Ita etiam. Stephan. Gratian. Marchiæ decif. 34. à princip. Pauper tamen, viua voce, tenetur appellare à definitiua, in qua expreſsio cauſæ non requiritur, ſecùs ab interlocutoria, quæ debet fieri in ſcriptis. Vide Mynſing. cent. 4. obſeruat. 97. verſ. Quod tamen ad appellationem in ſcriptis reſtringendum. Petr. Greg. de Appellat. lib. 8. cap. 2. nu. 15. Lancelot. de Attent. p. 2. cap. 12. ampl. 1. n. 62. Stephan. Gratian. Marchiæ deciſ. 34. á n 6. vbi nu. 8. idem reſoluit in procuratore, qui propter paupertatem appellare non potuit, quia tunc non preiudicat domino, cum non ſit in aliqua culpa.

Paupertas ſiſtit fatalium curſum.

3 Paupertas ſiſtit fatalium curſum, vt per Anton. Theſaur. Pedam. deciſ. 10. n. 5. VVammeſ. ad cap. Ex ratione 8. n. 2. de Appellat. Mynſing. cent. 4. obſeruat. 97. Fului. Pacian. de Probat. cap. 54. num. 64. Viui. Neapol. deciſ. 268. nu. 5. Alexand. Raudenſ. de Annalog. cap. 22. n. 185. Lancelot d. cap. 12 ampl. 1. num. 56. dummodo intuitu paupertatis fatalium curſum ſiſti allegans paupertatem edocuerit. Menoch. conſ. 321. n. 22. & 23.

4 Paupertatis priuilegia plura referunt Rebuff. de Priuil. ſchol. priuil. 90. Gonzal. ad reg 8. Cancel. gloſ. 2. num. 35. Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap. 7. nu 9. & multa in eius laudem refert Paul. Montan. de Tutel. cap. 36. gloſ. 2. à n. 4.

5 In text. ibi (*dizendo na audiencia hũa vez o* Pater noſter *pela alma delRey Dom Dinis*) Refert Eduard. Nunez do Leão *na primeira parte das Chronicas, na vida delRey Dom Dinis*, fol. 128. col. 1.

6 In text. ibi (*dentro no tempo em que hauia de pagar o aggrauo*) Vide Anton. Theſaur. Pedam. deciſ. 10. ſub nu. 5. verſ. Fallit tamen ſi ſtatutum.

Ad tit. 86. Ordin. Regiæ. *In antiq. tit. 71.*

Das execuções que ſe fazem geralmente per as ſentenças.

DE Proceſsibus executionum tractatum edidit Mathias Coletius, & de executione rei iudicatæ agit Alexand. Trentaſinq. Vari. reſol. lib. 2. illo titullo pag. 442.

1 Intereſt Reipubl. ſententias executioni mandari l. Seruo 65. §. Cum prætor ff. ad Trebel. Rebuff. ad leges Galliæ tit. de Sentent. executor. in præfat. nu. 20. nouiſsimè Ceuall. in tract. de Cognitione per viam violentiæ gloſ. 14. n. 10. Et iudex cui ſententia fuit præſentata, debet quam diligentiſsimè eam executioni dare, vt per Cabed. p. 1. deciſ. 210. nu. 1. Si tamen ſit iniqua iudici exequenti, conuocatis amicis, reſiſti poteſt, vt per Menoch. conſ. 28. n. 12.

2 Parum enim prodeſt ſententia, niſi executioni mandetur, ex gloſ. in Rub. ff. de Except. rei iudic. Baptiſt. Azini. in Praxi §. 31. cap. 2. num. 1. Marant. de Ordine Iudic. p. 6. actu 3. num. 1. Bobadill. in ſua Politica lib. 1. cap. 13. num. 31. Bernar. Græuæ. ad Pract. Cameræ Imper. lib. 1. concl. 113. in princip. Azeued. ad titul. 21. in princip. lib. 4. nouæ Recopil.

Iudicium

3 Iudicium executiuum eſt ſummarium l. A diuo Pio § Si ſuper rebus ff. de re iudic. Auend. de Exequendis mand. p. 2. cap. 30. n. 6.

4 Iudex executionis quis eſſe debeat, conſtitutum reperies apud Hiſpanos l. 16. tit. 17. lib. 4. nouæ Recopil. vbi Azeued. pag. 248. Vincent. de Franch. deciſ. 335. & deciſ. 110. n. 9. Bender. de Reuiſ. concl. 23. n. 6. & 7. Gutier. Pract. lib. 1. q. 97. & lib. 3. q. 95 n. 14. Bernard. Græuæ. ad Pract. Cameræ Imper. lib. 1. concl. 113. conſid. 6.

Ad Princip. Ordinat. Regia.

1 In text. ibi (*a mandarà com diligencia executar*) Nota reum condemnatum ex aliqua ſententia, quæ habeat ortum ab actione perſonali deſcendente ex contractu, vel quaſi primo fore requirendum, vt aut ſoluat in ſententia conrentum, aut debet pignora dare, quæ ſatis ſint ad condemnationem, quod ſi ſtatim ſoluere recuſauerint iudicatum, nulla dilatio, vel temporis induciæ dabuntur, ſed ſtatim pignora capientur. Ita Cald. Pereira quæſt. forenſ. lib. 2. q. 33. à princip. vbi etiam latiſsimè de intellectu huius Ordinat. & à num. 2. diſputat an iudex executionis tempus poſsit prorogare, vel minuere. Dubitatur an ille, qui habuit ſententiam in fauorem, & ſentit ſe in aliquo capitulo grauatum, & quoad illum capitulum appellat à ſententia, nunquid quoad reliqua poterit executionem petere? Dic quòd ſic, vt poſt Rebuff. reſoluit Trentaſinq. Vari. lib. 2. titul. de Appellat. reſol. 1. num. 11.

2 Nota quòd ſententia, vſquè ad triginta annos, poteſt mandari executioni. Vide Rebuff. tom. 1. ad leg. Galliæ tract. de Sentent. execut. art. 7. gloſ. n. n. 9. Xuar. in l. Poſt rem iudicaram notab. 1. nu. 3. vbi Valdeſ. pag. 99. Gom. tom. 3. Vari. cap. 14. nu. 15. Tiraq. ad fin. tit. de Retract. lig. n. 32.

3 In text. ibi (*ſerà o condenado requerido que pague*) An poſsit iudex, ſi debitor poſt condemnationem moriatur ad petitionem partis impedire humationem corporis, quouſquè de debito ſit ei ſatisfactum. Vide l. 13. tit. 9. part. 7. vbi gloſ. verbo Reſtar. Cou. lib. 2. Vari. cap. 1. n. 10. & in cap. Rainaldus § 3. nu. 3. de teſtam. Grammat. deciſ. 82. Anton. Gom. tom. 2. Vari. cap. 11. nu. 56. Boer. deciſ. 287. à nu. 2. Vari. tom. 2. Commun. Opinion. lib. 9. tit. 15. pag. 504. Menoch. de Arbitr. caſu 387. nu. 16. & 20. Perez l. 7. in gloſ. *Y que al finado* tit. 1. lib. 1. & l. 4. tit. 8. lib. 3. Ordin. pag. 29. Ioſeph. Ludou. Peruſ. deciſ. 78. n. 24. Gutier. de Iuram. confir. p. 2. cap. 4. nu. 17. Sebaſt. Medices in tract. Mors omnia ſoluit p. 2. concl. 17. Parlad. lib. 2. rerum quotid. cap. fin. § 3. p 5. nu. 26. Spin. in Speculo teſtam. gloſ. 2. princip. num. 10. cum ſeqq. Azeued. l. 6. n. 10. tit. 18. lib. 4. nouæ Recopil. D. Mart. de Iuriſdict. p. 4. caſu 155. à nu. 2. Farin. in Praxi crimin. p. 1. q. 20. n. 139. cum ſeqq.

4 In text. ibi (*ſeja citado*) Vide nouiſsimè Camill. Borrell. in Summa deciſ. titul 44. de Citat. à num. 307. Math. Color de proceſſ. execut. p. 3. cap. 7. ſub n. 1. Vincent. Honded. deciſ. conſ. 20. num 43. p. 1. Alexand. Raudenſ. conſ. 28. nu 44. vol 1. latè Bernard. Græuæ. ad Pract. Cameræ Imper. lib. 1. concl 113. Si cauſa fuerit à principio agitata cum procuratore ſufficienti, eius domino abſente, habita ſententia, executio poteſt fieri, ſine noua domini citatione, procu-

procuratore tamen citato, prout iudicauit ſupremus Senatus, anno Domini 1607. ſed contrarium idem Senatus cenſuit, anno 1617. teſte Mendez à Caſtro in Praxi ſeculari Luſitan. lib. 3. cap. 21. n. 2.

Senatus Supplic. iudicauit.

AD §. I.

1 In text. ibi (*o condemnado não ſerà ouuido com embargos de qualquer qualidade que ſejão, atè pagar, &c.*) Vide quæ infra dixi lib. 4. titul. 72. de clauſula depoſitaria. Cabed. p. 2. Areſto 26. num. 1.

2 Dubitatum fuit in ſupremo Senatu, *ſe quando* in partibus *ſe embarga a ſentença de dia de apparecer ſe ſobreſtarà a penhora, & execução que com ella ſe fazia. Determinouſe que ſe ſobreſtiueſſe atè ſe determinarem os embargos*, teſte Melch. Phœb tom. 1. Areſto 86.

Senatus Portucal. ſtatuit.

AD §. II.

1 In text. ibi (*a quantidade que ſeña de liquidar*, Hoc ſolùm conuenit pecuniæ iuxta tradita per Cald. Pereira de Empt. cap. 32. n. 66.

2 Sententia per inſtrumenta de nouo reperta, per viam reſtitutionis, ex clauſula generali, reſcindi poteſt, ſi conſtet ex malitia, & occultatione victoris non fuiſſe reperta. Vide Soar. tom. 2. Communium Opin. lib. 7. tit. 8. n. 9. pag. 287 Greg. l. 33. tit. 14. part. 5. Gutier. de Iuram. confirm. p 3. cap 7. n. 7. P. Molin. de Iuſtit tract. 2. diſp. 568. n. 6. Pereg. de Iure fiſci lib. 7. tit 4. n. 4. & de tranſauctione Bernard. Græuæ. in Pract. lib. 2 concl. 41. conſid 1. n. 7.

AD §. III.

1 In text ibi (*& vindo com embargos à ditta ſentença*) Nota quòd iudex executionis non poterit cognoſcere de impedimentis, quando per ea directè impugnatur ſententia principalis. Vide Farin. in Praxi crimin. q. 97. n. 74. D. Barboſ. in l. Si prætor n. 61. ff. de Iudic.

2 Nota tertium executionem ſententiæ impedire poſſe. Vide l. Sæpè ff. de Re iudic. Doct. in cap. Cum ſuper eod. tit. Boer. deciſ. 79. num. 1. Azini. in Praxi §. 31. cap. 2. limit. 5. ampl. 5. Viui. Neapol. deciſ. 304 n. 3. Cou. Pract. cap. 16. n. 1. Parlad. lib. 2. rerum quotidian. p 5. §. 11. num. 58. Cald. Pereira quæſt. forenſ. lib. 2. q. 36. n. 20.

3 Amplia primò, tertium interuenire poſſe, etiam ad impediundum executionem trium ſententiarũ conformium. Vide Anton. Gabri. tom. 3. Commun. Opinion. lib. 2. titul. de execut. rei iudic. concl. 1. n. 19. pag. 143. Franc. Viui. Neapol. deciſ. 495. n. vlt. Bernard. Græuæ. ad Practicam Cameræ Imper. lib. 1. concl. 70. n. 15. Et iudicatum fuit in ſupremo Senatu, *que os embargos de terceiro poſſuidor, ſempre impedem execução, atè nas couſas que correm com ſua Mageſtade, & com ſeu procurador da fazenda, & nos que arrecadão via executiua, como ſão os de defunctos, & abſentes*, teſte Melch. Phœb. tom. 1. Areſto 25.

Senatus Supplicat. iudicauit.

4 Amplia ſecundò, in iudicio poſſeſſorio, tertium interuenire poſſe ad eum effectum, vt ſibi, & non ſpoliato, res reſtituatur, de dominio ſuo agendo. Vide Menoch. conſ. 488. à n. 1. Fachin. lib. 1. Controuerſ. cap. 5. Bernar. Græuæ. d. concl. 70. conſid. 1.

5 Limita quando tertius ſciuiſſet litem agitari, & aquieuiſſet, donec ſententia eſſe lata, nam & hoc caſu contra tertium executio competit. Vide Gabri. d. concl. 1. num. 20.

Mynſing.

Digitized by Google

Mynſing. in cap. Veniens 38. num 9. de teſtib. Franc. Marc. Delphin. deciſ. 538. ſub n. 7. verſ. Et maximè p. 2. Hondedæ conſ. 25. num. 20. vol. 1. Surd. conſ. 334. n. 11. & 13. & conſ. 405. n. 8. cum ſeqq. Mendez à Caſtro in Praxi Luſitan. lib. 3. cap. 21. num. 41.

6 Et tertius quando ex ſua ſpontanea volũtate, abſquè alia citatione ſpeciali, vel generali comparet, dicitur actor, vt per Alexandr. Trentaſinq. Vari lib. 2. tit. de Iudic. reſolut. 16. à n. 2. & reſolut. 17. n 49 reſoluit quòd ſententia lata contra ipſum principalem reum, poteſt mandari executioni contra eum, qui rẽ litigioſam emit. Menoch. conſ. 319. n. 4. vbi n. 5. aſſerit quòd debitor, qui paſſus eſt cauſam ſuper iure rei pignori datæ tractari à creditore, ſi is creditor ſuccumbat, non poterit impedire executionem, & nu. 6. tenet idem de fideicommiſſario, qui paſſus eſt tractari cauſa de validitate teſtamenti n. 6.

7 In text. ibi (*o juyz và com a ſua execução por diante*) Secùs in exceptione falſitatis, quia facit vt ſuperſedeatur in cauſa ex Bald. in l. 1. Cod. qui accuſare non poſ. & in l. fin. Cod. de fide inſtrum. & vide quæ infra lib. 4. tit. 54. in fine. Alexand. Trentaſinq. Vari. lib. 2 titul de Sententia reſolut. 3. à nu. 29. Amat. Roder. in Pract. cap. 9. n 9.

8 An exceptio nullitatis impediat executionem ſententiæ? Vide Amat. Roder. cap. vlt. p. 2. n. 12. Cald. Pereira quæſt. forenſ. lib. 2. q. 36. à princip. & á n. 5. An exceptio compenſationis impediat executionem, & á 10. de exceptione nullitatis, fundata in iudicis incompetentia, nouiſsimè Mendez à Caſtro in Praxi ſeculari Luſit. lib. 3. cap. 21. à n. 43. Et exceptio nullitatis, ex defectu iudicis incompetentis quocunque tẽpore, & in quacunque parte litis opponi poteſt, vt per Amat. Roder. in Pract. de forma, & modo videndi, & examinandi proceſſum cap. 1. n. 51.

9 Nota quòd nõ appellatur á pronũciãte de exequendo. Vide Verall. deciſ. 40. p 1. Mench. Frequent. cap. 38. à n. 6. Surd. deciſ. 27. n. 1.

10 In text. ibi (*ſe porà em depoſito*) Aliàs enim qui ſoluere tenetur, non ſatisfacit conſignando, vel depònendo, quia conſignatio, & depoſitio nõ eſt ſolutio. Bart. in l. Item liberatur §. 1. ff. quibus modis pignus. Negùzant. de Pignor. p. 5. memb. 1. n. 4. Menoch. remed. 15. Recuper. n. 645. Rota Bonon. deciſ. 77. n. 3. Azeued. l. 18. n. 2. tit. 21. lib. 4. nouæ Recopil.

11 In text. ibi (*ſe o vencedor quizer dàr fiança*) Non habet locum quando obijciuntur impedimenta chartis diuiſionis in terminis Ordin. lib. 4. tit. 96. §. 2. quia tunc non tenetur ſatiſdare, qui petit fieri executionem per chartam diuiſionum, ita iudicatum vidi Portucalenſi Senatu, in grauamine quodam Benedicti do Rego Barboſa, contra hæredes Ioannis Roderici do Lago.

AD §. V.

1 In text. ibi (*que onde houuer bemfeitorias, ſe faça compenſação*) Deſumitur ex l. Sumptus in fine ff. de Re iudicata. Vide Gam. deciſ. 366. Stephan. Gratian. Marchiæ deciſ. 225. nu. 23. D. Barboſ. in l. Diuortio § fin. p. 2. nu. 40. cum ſeqq. ff. Soluto matr. Cald. Pereira de Empt. cap. 27. n. 25. Deinde nota quòd tametſi meliorationũ exceptio impediat executionem ſententiæ, nil tamen obſtat ſi ex aduerſo detur cautio. Vide Pute. deciſ. 471. lib. 2. Maſtrill.

Siciliæ deciſ.98. p.1. Aloyſ. Ricci. in collect. deciſ. p.1. collect.150. D. Barboſ. d.§.fin.p.2.num.29.

AD §. VI.

In text. ibi (*como diſſemos no titulo, &c.*) Hoc lib. tit. 41. §. 4. & 5.

AD §. VII.

1 In text. ibi (*lhe pregunte ſe tem bẽes moueys*) Executio fit priùs in mobilibus, quàm in immobilibus bonis. Vide lit. A. diuo Pio §. In venditione ff. de re iud. & apud Hiſpanos l. fin. titul. 21. lib. 4. nouæ Recopil. Parlad. lib. 2. rerum quotid. cap. fin. p. 5. §. 3. n. 2. Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap. 7. n. 25.

2 Quæſtio eſt, an executio ſit nulla, ſi priùs fiat in rebus mobilibus, quàm in immobilibus? Bart. in d. l. A. diuo Pio §. In venditione n. 8. & 9. tenet executionem non eſſe nullam, imò validam eſſe, cum ordo traditus à lege, vt ſcilicet priùs fiat in rebus mobilibus, quàm in immobilibus non ponitur de neceſsitate, ſed fauore debitoris, ſequuntur Viui. tom. 1. Commun. Opinion. lib. 4. tit. 26. n. 82. pag. 622. Bellacomb. tom. 2. lib. 7. tit. 15. n. 64. vbi Mich. Graſſ. n. 114. pag. 282. Gam. deciſ. 199. nu. 6. Azeued. ad l. fin. nu 46. tit. 21. lib 4. nouæ Recopil. Parlad. lib. 2. rerum quotid. cap. fin p. 5. §. 3. n. 4. Gutier. Pract. lib. 1. q. 131. Surd. deciſ. 170. nu. 3. & conſ. 39. nu. 22. Pute. deciſ. 318. lib. 2. quem refert Aloyſ. Ricci. in collect. deciſ. p. 2. collect. 386. Steph. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap. 7. nu. 25. Alexand. Trentaſinq. Vari. lib. 2. tit. de Expenſis reſolut. 2. à n. 3.

AD §. VIII.

1 In text. ibi (*que quantos razoadamente poſſão baſtar para a condemnação, ou diuida*) Vide Ordin. ſupra lib. 2. tit. 52. §. 5. Et debet fieri ſubhaſtatio præſente pecunia licet alius, qui ſtatim non ſoluit plus licitetur, vt per Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap. 7. Et ſubhaſtatio, & acclamationes debent fieri in loco, vbi res ſita eſt, vt per Cald. Pereira de Empt. cap. 14. n. 13. Et addictio facta ſine ſolutione pecuniæ eſt nulla, ex l. A Diuo Pio §. Sed ſi emptor ff. de Re Iudic. Farinac. cum quo intellige in Rota Romana nouiſſ. deciſ. 3. & deciſ. 50. nu. 1. & deciſ. 63. & deciſ. 105. n. 3. & deciſ. 247. n 5. & 6.

2 An ſi accipiant pignora vltra modum debitum, poſsit eis reſiſti? Dic quòd ſic, ex Farin. in Praxi crimin. p. 1. q. 32. n. 101. cum ſeqq.

3 Nota quòd volens retractare executionem, tenetur offerre debitum, de quo vide Gam. deciſ. 40. n. 1. & deciſ. 77. n. 1. & deciſ 233. num. 4. Surd. deciſ. 46. nu. 8. & de Aliment. tit. 9 q. 32. num. 49.

AD §. XI.

In text. ibi (*hũa couſa mouel que valha a quantia, &c.*) Aduertas tamen, quód illa res non ſit magna nimis, & debitum paruum, quia hoc caſu non poteſt vendi, nec poteſt capi ſecundùm Bart. in l. Alio hærede ff. de Alimentis, & cibar. legatis nu. 4. refert Afflict. in cap. 1. §. Præterea num. 46. quæ ſit prima cauſa beneficium amittendi lib. 3. fol. 8. Gam. deciſ. 40. nu. 2. & in ſimili Menoch. de arbitr. caſu. 182. num. 34.

AD

AD §. XII.

In text. ibi (*nos bẽes que ahy ſe acharem*) An poſsit fieri executio in actionibus? Vide Guid. Papæ. q. 568. vbi tenet quòd nomen debitoris poteſt pro pignore capi in cauſam iudicati, & quod debitor debitoris actione perſonali conuenitur, ſi debitor principalis non habeat alia bona, in quibus executio poſsit fieri, & ſi debitor debitoris non opponat controuerſiam in debito, ſed confiteatur debitum.

AD §. XIII.

1 In text. ibi (*o não ſoltem*) Adde P. Molin. de Iuſtitia, & iure tract. 2. diſp. 571. n. 13.

2 In text. ibi (*ſeja prezo*) Etiamſi ſit nobilis, vide Gutier. de Iuram. confirm p. 1. cap. 16. n. 14. Aduerte quòd in Senatu Supplicationis iudicatum fuit licitam eſſe conuentionem, qua quis ſe obligat ad carceres non ſoluendo debitum in tempore promiſſo, etiamſi non adſit citatio, nec liquidatio eius debiti, teſte Melch. Phœb. deciſ. 15. & confirmari poteſt ex adductis per Gaſp. Roderi. de Annuis redit. lib. 2. q. 1. n. 1. & 2. Valaſc. conſ. 173. num. 11. & 26.

AD §. XIIII.

1 In text. ibi (*ou ſe prouar que os eſcondeo, &c.*) Quod ſi res alienatæ non extent, poteſt debitor in carcerem poni, donec reuelet perſonas, in quas res alienauit. Vide D. Barboſ. in l. Alia §. Eleganter n. 55. ff. Soluto matrim.

2 Quid ſi clericus occultauit bona, ne in illis fieret executio pro debito creditore inſtante, vide Gaſp. Baeç. de inope debit. cap. 17. num. 12. Gutier. de Iuram. confirm. p. 1. cap. 17. num. 21.

3 In text. ibi (*ſegundo ſua qualidade*) Dixi infra in Remiſſ. ad lib. 4. tit. 76. §. 1. num. 3. pag 155.

AD §. XV.

1 In text. ibi (*aſsinarlheha o juyz da execução termo de dez dias*) Vide D. Barboſ. in l. Si debitori ad finem ff. de Iudic. Et terminus hic à iudice coarctari non poteſt, ex Gam. deciſ. 277. n. 1.

2 In text. ibi (*ſerà citado*) Vide Balb. tom. 2. Commun. Opinion. lib. 7. tit. 15. nu 47. pag. 276. vbi Viui. nu. 89. pag. 279. Bernard. Græuæ. ad Pract. Cameræ Imper. lib. 1. concl. 113.

3 An requiratur etiam quòd citetur vxor in executione ſententiæ quando ſententia lata eſt contra maritum, & vxorem ſuper rebus immobilibus? Vide Cald. Pereira de Empt. cap. 8. n. 14. vbi reſoluit vxoris citationem non eſſe neceſſariam in executione ſententiæ latæ, contra maritum, & vxorem, ſuper qua fuit lis mota, & agitatus proceſſus, ſecùs quando pro expenſis litis, aut pro debito aliquo ſit exequutio in bonis immobilibus.

4 In text. ibi (*ſe tirarà logo em effeito, de poder da parte*) Quid ſi executio nõ fuit ritè facta, an reus poſsit poſtea agere interdicto vnde vi? Vide Gutier. de Iuram. confirm. p. 3. cap. 19. nu. 7. Cott. in Memorabilib. verbo Executio, vbi tenet quòd non debet reuocari, quando de nouo eſſet facienda, de quo etiam Surd. de Alim. ti 9. q. 32. n. 35. & 36. vbi etiam agit de captura, quæ non fuit ritè facta, ſi poſtea conſtat de debito,

Digitized by Google

quod non debeat retractari, quia ſunt euitandi circuitus, vide tamen n.46. cum ſeqq.

AD §. XVI.

Executio fieri poteſt contra tertium, qui acquiſiuit lite pendente.

Vide Bart. in l.1. §. Neceſſario ff. Si ventris nomine mul. faciunt quæ Cou. Practic. cap.15. n.6. & 7. Tiraq. de Retract. lig. §.1. gloſ.18. n.53. & §. 12. gloſ.1. n.17. Franc. Marc. deciſ. 538. nu.4. Surd. conſ. 354. num.13 & conſ. 405. n.4. Cardin. Thuſc. lit. L. concl. 381. n.2. nouiſsimè Mendez à Caſtro in Praxi ſeculari Luſit. lib.3. cap.21. n.41. verſ. Limita quartò.

AD §. XVII.

1 Multa de tertio impediente ſententiæ exequutionem dixi ſupra, in §.3. & vide Cabed. p.2. Areſto 26.

2 In text. ibi (*algũa couſa em que ſe peça a execução*) Nota quòd illiquidum non meretur executionem, & exceptio non liquidati debiti impedit executionem ſententiæ, ſecundùm Bald. in l.1. Cod de Iuris, & facti ignor. & in l.2. nu.9 & 11. Cod. de Except. rei iudic. Iaſ. in l.1 nu.31. de Edendo. Cou. lib.2. Vari cap.11. à n. 1. Rebuff. ad leges Galliæ tom.1. tit. de liber. oblig. art.1. gloſ.9. n.12. cum ſeqq. Gutier. Pract. lib.3. q.39. nu.15. Menoch. de Arbitr. caſu 17. à n.4. & remed.6. Adipiſc. n.135. & remed.5. á n.66. Auil. ad cap.10. Prætor. verbo Execution n.57. Auend. l.4. tit. *de las Excepciones* lib.3. Ordin. nu.22. Soar. de Paz in Pract tom.1. p.4. cap.1. nu. 15. & cap.2. n.16. Farin. in Praxi crimin. q.175. num.240. cum ſeq. Et executio facta, non præcedente legitima liquidatione, eſt nulla, ex Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap.333. n.8.

3 Nota quòd non euitabit condemnationem expenſarum, niſi paratus ſit condemnatus dare fideiſſores pro debito non liquidato. Tiraq. de Retract. lig. §.1. gloſ.19. nu.2. Et condemnatus in fructibus, & expẽſis, ratione ſpolij, vel attentatorum. quandiù liquidatio facta non ſit, poteſt audiri ſuper negocio principali, facta in liquidi ſatisfactione, & data cautione cum conſignatione certæ monetæ in ſignum arrhæ pro liquidandis, ita Lancelot. de Attentis p.3 cap. fin. à n.166. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloſ.9 §.1. in annot. n.250. D. Barboſ. in l. Diuortio §. fin. p.2. n.32. & 37. ff. Soluto matrim.

4 In text ibi (*o vencedor darà fiança à couſa de que ſe pede execução, & lhe ſerà entregue*) Nota tertium executionem impedire non poſſe, quando do victor præſtaret cautionem de reſtituendo adiudicatum tertio, in caſu, quo vinceret. Vide Boer deciſ. 79. nu.2. Grauat. ad Veſtr. in Praxi Rom lib.5. cap. fin. n.26. Ioſeph Ludou. Peruſ. deciſ. 26. n.8 & 9. Franc. Marc. Delphin. deciſ. 538. n 4. vol.2. Math. Coler. de proceſsibus execut. p.2. cap.3. nu.423. Lancelot. de Attent. p.2. cap.4. in præfat. num.53. Gom. Leonel. Hiſpal. deciſ. 59. nu.6. cent.1.

5 In text. ibi (*& vindo algum terceiro com embargos, &c.*) Nota quòd tertius poteſt impedire executionem, quæ fit in ſententia lata, ſuper actione perſonali, in aliqua re immobili: iudicatum dicit Cabed. p.2. Areſto 66. refert nouiſsimè Mendez á Caſtro in. Praxi ſeculari Luſitan. lib.3. cap.21. num.37.

AD §. XVIII.

1 In text. ibi (*ſerà logo prezo* Aduerte quòd

te quòd debitor condemnatus per ſententiam, ſi in executione non reperiantur bona, ex quibus ſoluat, poteſt in carcerem conijci, & iterum dùm reperiuntur bona, non eſt deueniendum ad capturã, reſoluunt Cou. lib. 2. Vari. cap. 1. nu. 2. Capic. deciſ. 169. Azeued. ad l. vlt. n. 75. tit. 21. lib. 4. nouæ Recopil. Viui. tom. 2. Commun. Opin. lib. 7. tit. 33. nu. 12. pag. 333 & Soar. lib 9. tit. 3 nu. 8. pag. 456. Pereg. Ioannin. de Citat. reali lib. 2. cap. 1. n. 348. Caualcan. Fiuiz. deciſ. 1. num. 1. p. 1. Martin. Monter. Aragoniæ deciſ 9. nu. 44. Bernard. Græuæ. ad Pract. Cameræ Imper. lib. 1. concl. 26.

2 In text. ibi (*conforme a qualidade de ſua peſſoa*) Ergò nobili debet dari palatium, vel domus, pro cuſtodia, quã dicunt liberam, vulgò, *ſobre menagem*. Vide Gam. deciſ. 112. Bald. in l. 1. ad fin. Cod. qui bonis credere poſſ. Alexand in l. Centutio nu. 25. ff. de Vulgari; Bobadill. in Sua Politica lib. 3. cap. 15. n. 20. Balthaſ Ayalam de iure, & officio belli lib. 3. cap. 7. n. 2. Et Doctor debitor ob æs alienum non incarceratur, nec ſtatuto id permittente comprehenditur, ex Bernard. Græuæ. d. concl. 26. n. 11.

AD §. XIX.

In text. ibi (*& em tudo ſe procederà ſummariamente*) Contrarium de iure communi reſoluit Surd. deciſ. 27. num. 8. & 9.

AD §. XXIII.

Relinquẽdi ſunt nobilibus equi, arma, & veſtes.

1 Concordant apud Hiſpanos l. 23. verſ. *Ni les deuen* tit. 21. part. 2. & l. 3. 4. & 5 tit. 2. lib. 6. nouæ Recopil. Vide latiſsimè Gutier. de Iuram. confirm. p. 1. cap. 16. n. 12. cum ſeqq. Azeued. l. vlt. à num. 42. tit. 21. lib. 4. nouæ Recopil. Parlad. lib. 2. rerum quotid. cap. fin. p. 5. § 3. n 30. nouiſsimè Mendez à Caſtro in Praxi ſeculari Luſitan. lib 3. cap. 21. n 17.

2 Conſtitutum fuit in ſupremo Senatu, *que o leyto do caualeiro fidalgo, não era bẽes de ſeu vſo, & que ſe fizeſſe penhora nelle, & iſto por que foy achado pelo alcayde, ſem eſtar nelle a cama*, teſtè Phœb. Areſto 64.

3 Nota quòd ſcholaribus libri, & militibus arma non ſunt capiendã pro exequutione gloſ. in l. Nepos Proculo ff. de Verbor. ſignific, quam commendat, Rebuff. tom. 1. ad leges Galliæ titul. de literis obligat. art. 2. gloſ. Vni. nu. 94. cum ſeqq. & art. 4. gloſ. 2. nu. 18. vbi n. 19. reſoluit quòd poterit hoſpes libros retinere pro expenſis factis ad alendũ ſcholaſticum, vel pro infirmitate, aut in funeribus, aut in alijs neceſsitatibus; donec ſibi ſatisfactum fuerit, tenent etiam Azeued. d. l. vlt. nu. 42. Marc. Anton. de Amatis Marchiæ deciſ. 76. Vnde breuiarium clerici; vel horæ dominicæ capi non debent, cum ſint arma Sacerdotum, & clericorum, ex Rebuff. d. art. 4. gloſ. 2. n. 16. Nec in diſtributionibus quotidianis, exequutio fieri poteſt, ex Maynard. deciſ. 17. lib. 1. In vſu tamẽ capellæ, vel ſepulturæ fieri poteſt executio, prout iudicatum refert Melch. Phœb. deciſ. 8.

4 In text. ibi (*poſto que outros bẽes não tenhão*) Vide Gutier. d. cap. 16. n. 13. Et libri aduocatorum, etiam alijs bonis deficientibus, capi in cauſam executionis non debent, ſecundùm Parlad. lib. 2. rerum quotid. cap. fin. p. 5. §. 3. n. 22.

5 In text. ibi (*& iſto ſe não entenderà nos roubos*) Vide Gutier. d. cap. 16. num. 21.

In

6 In text.ibi(*& malfeytorias*)Veluti ſi cauſa ſit criminalis ex Lar.in l Si quis à liberis § Sed ſi filius num.80. ff.de liber.agnoſc.

AD §. XXIIII.

Boues aratorij ad executionem capi non poſſunt.

1 In text.ibi (*nem nos boys de arado que tiuerem*) Deſumitur ex l.Executores 7.cum Auth.ſeq.Cod quæ res pignori. Concordant apud Hiſpanos l.5.& 6.tit.17.lib.5.& l.25.tit.13. lib.8 Recopil. Vide Rebuff. tom.1. ad leges Galliæ tit.de lit oblig.art.2. gloſ.Vni.n.101. Menoch. de Arbitr. caſu 378. Bellacomb. tom.2. Communium Opin.lib.8.tit.25. num.90. pag.279. Duenh. reg. 275. verſ.Limita 2. Azeued.ad l fin.n.46.tit.21. lib.4. nouæ Recopil. Parlad. lib. 2. rerum quotid.cap.fin.p.5.§.3.nu.16. & 21. Collanres in comment. in fauorem rei frumentariæ,& agriculturæ lib.1.cap.8.n.5.latiſsimè Ignat. del Villar in Sylua reſponſor. lib.2. reſp. 16 cap.1. per totum : optimè Alexand. Trentaſinq. Variar. lib.2. tit.de Executione rei iudicatæ reſol.2.n.1.vbi n.2. quod procedit etiã in prædijs tributarijs,& n.3.etiam in ſubſidium,& n.4.etiam quando expreſsè eſſe factum pactum,vt poſsit fieri executio in bobus aratorijs, & n.5. limitat in bobus indomitis.

2 Boues, vel mulas aratorias ad creditum venditor vendens, quas emptor ad ſolutionem earum, ſpecialiter obligauit, cum clauſula de non alienando poterit,ne venditor pro earum ſolutione virtute, dictæ hypotecæ,in bonis prædictis executionem facere? Dic,quòd non,ex latè reſolutis per Ignat. del Villar d. cap.1.n.14.cum multis ſeqq.& n.28. & 29. tenet priuilegium huius legis, ne cum iuramento poſſe renunciari,& n.37.reſoluit huiuſmodi priuilegium extendi ad agricolas,qui per ſubſtitutum, per ſuoſquè famulos agriculturam exercent, contra Collant.d.tract.lib.2.cap.2.n.1.& 2.

3 Vtrum exequutio fieri poſsit in bobus, & bonis agricolæ priuilegiatis, quæ quis emit,& ſpecialiter obligauit pro ſolutione emptionis prædictorum bonorum,ſi tempore contractus emptor non erat agricola? Dic quòd ſic, cum diſpoſitio huius legis in propoſita quæſtione debeat intelligi, quando tempore contractus reus erat agricola,vt per Ignat. del Villar d. cap.1. nu.36. Alexand. Trentaſinq.Vari.lib.2.tit.de Expenſis reſolut.2.n.2.

4 In text.ibi (*por quaeſquer diuidas, poſto que ſejão noſſas*) Vide Azeued. d. l.fin.à n.46.Ignat.del Villar d.cap.1. ad finem.

5 Notà quòd boues,& alia animalia,ac inſtrumenta aratoria poſſunt retineri loco pignoris,pro penſione debita ipſis dominis prædiorum, ex Collant.d.tract.lib.1.cap.14.n.3.

AD §. XXV.

1 In text.ibi (*os bées moueys*) Mobilium appellatione continentur cuppæ,ſeu vaſſa vinaria, granaria, quæ ſolo affixa non ſunt, Apum aluearia, niſi forſan tanquam partem aluearij illa accipias, putà ſi in ipſum aluearium, quod ex ſolo, & alueis conſtat,executio fiat, tunc enim aluearij vniuerſitatem ſequuntur, & inter immobilia bona connumerantur. Ita Parlad.lib.2. rerum quotid. cap.fin.p.5.§3.à n.7. vbi n.13. reſoluit quòd molendinorum molæ, rotæquè,& ſi quotidie moueãtur,quia tamen ædificio affixæ ſunt inter immobilia computantur. Immobilia

verò

verò bona, quæ dicantur, inuenies infra lib. 4. tit. 48. in Princip. á n. 13.

2 In text. ibi (*que os bẽes moueys não andem em pregão mays que oyto dias*) De iure communi non erat limitatum tempus, vt per Menoch. de Arbitr. caſu 129. n. 2. Azeued. l. 4. n. 15. tit. 5. lib. 7. Recopil.

3 Nota quòd forma huius legis cenſetur ſubſtantialis, & octi hi dies minui non poſſunt, vt reſoluunt Azeued. d. l. 4. n. 5. Parlad. d. p. 5. §. 8. num. 7.

4 In text. ibi (*continuos*) Vide Azeued. d. l. 4. n. 16. Cald. Pereira quæſt. forenſ. lib. 1. q. 3. n. 24. verſ. Sexto ad hoc quod quando fit exceptio per ſententiam per 30. dies præcipitur rem in publica ſubhaſtatione deferri, & in auctionem exponi plus licitanti, hoſquè continuos lex illa exigit, itaut ſi interpollentur, executio currit, & ex integro inchoanda eſt.

5 In text. ibi (*onde aos Domingos, & dias ſanctos ſe cuſtumão fazer as arremataçōes*) Faciunt quæ Parlad. d. p. 5. §. 4. n. 5. & 6. Azeued. d. l. 4. n. 17.

AD §. XXVI.

In text. ibi (*ou villa onde ſe a execução, ou arrematação ouuer de fazer*) Vide Azeued. l. 4. num. 12. cum ſeqq. tit. 5. lib. 7. nouæ Recopil.

AD §. XXVII.

1 In text. ibi (*ſe arrematarão, & venderão, a quem por elles mays der*) Plus enim offerenti eſt danda res licitata Auth. Hoc ius porrectum Cod. de Sacroſ. Eccleſ. l. Si tempora Cod. de fide inſtrument. lib. 10. Vide Azeued. l. 4. n. 22. cum ſeqq. titul. 5. lib. 7. Recop. Auend. de Exequendis mand. d. 2. cap. 12. n. 8. verſ. Et nota.

2 Nota quòd vendita res plus valet quando venditur tota, quàm ſi vendatur per partes, quia prædia vnita ſunt maioris valoris Tiraq. de Retract. lig. §. 23. gloſ. 1. n. 17. Menoc. conſ. 358. nu. 29. & ideò debet æſtimari tota res, non ſingulæ eius partes l. Mæuius §. vlt. vbi gloſ. verba Partes ff. famil. herciſc. Pinel. in l. 2. Cod. de Reſcind. vend. p. 3. cap. 4. n. 36. Surd. deciſ. 155. nu. 3. Garci. de Expenſis cap. 24. n. 6.

3 An per ſecundum maiorem licitatorem liberetur primus, ante eũ minorem ſummam offerens? Dic quòd ſic, quando ſecundus licitator plus offerens fuerit acceptatus. Vide Azeued. d. l. 4. n. 26. Cald. Pereira de Reſolut. Emphyt. cap. 14. n. 12. Auend. d. cap. 12. num 7. vbi reſoluit quòd ſi primus licitator ſuppoſuit, alium, qui plus offerret, vt ſe liberet, non eſt admittendus talis ſecundus licitator, niſi ſit idoneus ad ſoluendum.

4 Nota quòd bonis ſic. venditis euictis non creditor, ſed debitor, cui precij ſolutio profuit tenetur de euictione, quia factum iudicis habetur pro facto partis, vt in l. Si ob cauſam Cod. de Euiction. & in l. Periculum ff. de Pignor. Vide Tiraq. de Retract. lig. §. 1. gloſ. 14. nu. 13. Cald. Pereira de Reſolut. Emphyt. cap. 5. n. 52. & de Empt. cap. 31. n. 20.

5 In text. ibi (*a qual arrematação, &c.*) Vide Aluar. Valaſc. conſ 37. num. 5. Et non ſeruata forma ſubhaſtationis fructus ſunt reſtituendi, tàm percepti, quàm qui percipi potuerunt, ex Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap. 7. n. 12.

6 In text. ibi (*ſerà para ella requerida a mulher*) In Ordinat. antiqua hoc non erat ita diſpoſitum, & ideò maxima dabatur inter noſtros controuer-

trouerſiæ cauſa, vt videre eſt apud Cald. Peteita de Empt. cap. 8. n. 14.

7 Quæſtio eſt controuerſa, an ſufficiat mulierem condemnati præſentem eſſe executioni, aut habere illius notitiam? Imprimis videtur ſufficere iuxta reg. l. 1. in fine ff. de Actionib. empt. & cap Eum qui certus eſt de regul. iuris lib. 6. Facit etiam quòd quando qui citari debet reperitur præſens in iudicio citatus præſumitur iuxta text. in cap. Bonæ in 2. de Elect. cum alijs, de quibus per Menoch. lib. 2. de Præſump. q. 23 n. 2. Spontanea enim comparatio purgat omne vitium, ex gloſ. in l. 1. ff. de Ferijs, quam Doctores paſſim ſequuntur, vt per Tiraq. de Retract. lig §. 2. gloſ. 2. n. 18. & 20. Menoch. d. q. 24. nu. 13. Accedit quod vbicunquè requiritur expreſſus cõſenſus mulieris, in alienatione bonorum immobilium facta per maritũ, præſumitur conſenſum interueniſſe, ſpacio decem annorum, ex reſolutis per Gam. deciſ. 51. n. 9. & deciſ. 270. n. 2. D. Barboſ. in l. 2. §. fin. nu. 30. ad finem ff Soluto matrim. & cum in iudicijs quaſi contrahatur, l. 3. §. Idem ſcribit ff. de peculio, ergò ſequitur quòd ſicut mulier, quæ in contractu emptionis, quem maritus fecit bonorum immobilium viſa eſt præſtare auctoritatem, tacendo per decem annos, ita etiam erit, ſi requiſita conſenſum præſtare addictioni præditorum bonorum, per decennium tacuerit.

8 Contraria tamen opinio videtur deduci ex hac Ordinar in præcitatis verbis, vbi pro forma requirit, quòd mulier ſit requiſita ad addictionem, non ſufficit ergò ſcientia, ſed debet denuntiatio præcedere, forma enim debet ad vnguem ſeruari, eaquè non obſeruata, corruit actus iuxta tradita per Gam. deciſ. 45. nu. 3. Roland. à Valle conſ. 60. nu. 24 cum ſeqq. vol. 4. Azeued. ad l. 18. n. 4. tit. 21. lib. 4. nouæ Recopil. Tiraq. de Iudicio in rebus exiguis fol. 51. & ferè in terminis de Retract. lig. §. 36. gloſ. 2. à nu. 26. Valaſc. conſ. 133. n. 3. cum ſeq. & conſ. 149. n. 6.

9 Non obſtat igitur fundamentũ illud primæ opinionis, quod ſcilicet præſumitur citatus ille, qui citari debuit, & præſens eſt in iudicio, quia reſpondetur procedere, quando cõtra apparentem proponitur actio, ſed in hoc caſu, contra mulierem nihil oppoſitum fuit, ideò licet comparèat, non poteſt haberi pro requiſita. Nec deinde obſtabit, ſecundũ illud fundamentum, de conſenſu, qui præſumitur per decennium interueniſſe, quia reſpondetur Ordinationem in præſenti nihil agere de conſenſu vxoris, ſed de illius requiſitione ad executionem, cum etiam requiratur mariti conſenſus, ſiue vxor requiratur tempore pignorationis, ſiue tẽpore addictionis, vt per Gam. qui dicit ſufficere deciſ. 203. in fine. Si ergò in actis requiſitio mulieris non inueniatur, addictio annullari poteſt, attenta diſpoſitione §. 29. infra hoc titul. qui tantùm ſupplet defectum præconiorum, quando interpollata fuerunt, non autem defectum requiſitionis, qui quidem maior eſt, & cum ex actis conſtet non interueniſſe requiſitionem mulieris, benè ſequitur, quòd non poteſt ſuppleri ex tempore ſecundùm Cyn. in l. Si certis annis q. 10. Cod. de Pactis. Deci. conſ. 49. n. 12. Menoch. lib. 3 de Præſumpt. q. 132. n. 79. Maſcar. de Probat. concl. 1316. à n. 33. Valaſc. conſ. 162. nu. 20. Deinde cum actus hic requiſitionis non potuiſſet interuenire ante execu-

executionem inceptam, nec poſt illam finitam, & omne quod fit in executione, ſit in actis inſertum ipſius executionis, non poteſt ex tempore præſumi prædicta requiſitio, vt per Doct. ſupra citatos, per inſpectionem enim actorum probatur, an quis fuerit requiſitus, ex Iaſ. in l. 4. §. Condemnatum num. 8. ff. de Re iudic. Vezin. tom. 2. Commun. Opinion. pag 295. num. 167. Maſcar. concl. 291. & omne quod non reperitur in actis, præſumitur non eſſe factum, ex Flamin. de Reſignat. lib. 11. q. 14. num. 67.

AD §. XXIX.

Vide Azeued. l. 4. num. 16. cum ſequentibus tit 5. lib. 7. nouæ Recop. ad hoc quod ſufficit interpolatim preconizati.

AD §. XXX.

In text. ibi (*podeloha fazer*) Vide Cald. Pereira de Emptione cap. 17. num. 27. ad hoc quod nonextante emptore, creditor poteſt licitari ſi velit, quod ſi neglexerit, ſunt illi pignora iuſto pretio, quod iudex arbitrabit, addicenda, & ampliat ibi etiam quando inuehitur emptor minus iuſto pretio licitans, nec æquam rem æſtimationem offerens, quo caſu etiam admittitur creditor plus offerens. An qui licitauit poſſit variare? Vide Tiraq. de Retract. lig. §. 24. gloſ. Vni. num. 7. & 8. reſoluit poſſe ſemper vtrumque variare, atquè ex integro licitari, aut eligere ſi deceptus fuerit alter in licitatione, alter in electione, fraude alterius partis.

Ad tit. 87. Ordin. Regiæ.

In antiq. tit. 71 à §. 17.

Dos embargos que ſe allegão às execuções.

Ad Princip. Ordinat. Regia.

1 IN text. ibi (*dentro de ſeys dias*) Exceptiones contra ſententiam debet condemnatus allegare intra ſex dies, á die quo in eius bonis facta eſt captio pignorum, vt per Gam. deciſ. 340. incip. Exceptio. Soar. de Paz in Pract p. 4 tom. 1. cap. 2. nu. vlt. Poteſt tamen, elapſo termino ſex dierum, per viam actionis, nullitatem incompetentiæ deducere, vt acta, & ſententia nulla iudicentur, ex Gam. d. deciſ. 340. nu. 2. Qui terminus etiam ex conſenſu partium protogati non poteſt, vt in ſimili reſoluunt Mench. de Succeſſ. creat. §. 7. n. 40. verſ. Vnde. Azeued. l. 2. n. 48. tit. 17. lib. 4. Récopil.

2 In text. ibi (*& não ſe receberão neſte caſo mays que os embargos, & a contrariedade a elles*) Non procedit in tertio, qui poteſt etiam replicare, & dicit iudicatũ Cabed. p. 1. Areſto 50.

3 In nouiſsima iuſtitiæ reformatione §. mihi 16. ita diſpoſitum eſt. *E para mays breue deſpacho das cauſas, & principalmente das criminaes, & melhor execução da juſtiça, toda a peſſoa que pedir viſta para embargos, não poderà ter o proceſſo mays que hum sò dia para os formar, & o tornar com elles: & o eſcriuão do ditto proceſſo, ſendo paſſados os termos, paſſarà logo mandado para ſe darem os proceſſos, & ſer o aduogado executado por elles na forma da Ordenação* lib. 3. tit. 20. § 45. An impedimenta opposita poſt diem ab hac lege præſtitutam ſint reijcienda? Dic quòd nõ,

Nouiſsima iuſtitiæ reformatio.

quia pœna reſpicit aduocatum, nullitas autem clientulum, ideò actus non manet nullus, iuxta doctrinam Bart. in l. Prætor ait ad finem principij ff. de noui operis recepta, ex Felin in cap. 2. n. 1. de teſtib. & multa fieri prohibentur, quæ tamen facta tenent, ex l. Patre furioſo ff. de his, qui ſunt ſui, vel alioni iuris, ſed contrarium probabili non caret fundamento, quia hæc Extrauag. iubet aduocatum mulctari pœna Ordin. d. §. 45. & ideó manet excluſus ab exceptionibus, quia terminus eſt peremptorius iuxta Ordin. d. titul. 20. §. 44. minor tamen, & Eccleſia via reſtitutionis admitti poſſunt per l. Quod ſi minor §. Reſtitutio ff. de Minorib.

AD §. I.

1 In text. ibi (*foy dada contra parte não citada*) Idem ſi non legitimè citata fuit. Vide Valaſc. conſ. 81. nu. 2. D. Barboſ in l. Alia §. Eleganter à n. 6 & in l. Maritum n. 63. ff. Soluto matrim. Cald. Pereira quæſt. forenſ. conſ. 11. n. 5.

Exceptio falſitatis aduerſus teſtes obijci poteſt, etiam poſt ſententiā.

2 In text. ibi (*por falſa proua*) Vide ſimilem Ordin. vbi addis hoc lib. tit. 75. in princip. n. 8. & deſumitur ex cap. Licet cauſam verſ. Poſt hoc de Probat: & concordant apud Hiſp. l. 13 tit. 22. & l. 2. tit. 26. part. 3. & l. 5. titul. 7. part 7. Anton. Gom. tom. 3. cap. 1. n. 5. Clar. §. fin. q. 51. n. 1. Villadieg. in gloſ. l 8. *del fuero juzgo* tit. 4. lib. 2. num. 4. Amat. Rodet. in Pract. cap 9. n. 9. & 10.

Exceptio nullitatis, ratione incompetētia, impedit executionem.

3 In text. ibi (*por juyz incompetente*) Vide Afflict. in cap. Sancimus in 2. quo tempore miles lib. 1. fol. 90. nu. 49. & 50. Gam. deciſ 342. Cabe. p. 1. deciſ. 22. Mendez à Caſtro in Praxi ſeculari Luſit. lib. 3. c. 21 n. 44. Cald. Pereira quæſt forenſ. lib. 2. q. 36. à n. 12. Alexand. Trentaſin. Vari. lib. 2. tit. de Executione iudicatæ reſol. 1. n. 8. vbi tenet quòd his defectus impedit executionem trium ſententiarum..

4 In text. ibi (*poderão vir com embargos de compenſação*) De his exceptionibus, vide D. Barboſ. in l. Maritum nu. 48. & in l. Quia tale nu. 64. ff. Soluto matrim. Mendez à Caſtro d. cap. 21. n. 45. Alexand. Trentaſin. Vari. lib. 2. titul. de Except. reſolut. 1. num. 16.

5 Dubitatum fuit, *ſe quando ſe trata de liquidação de algũa ſentença, ſe vindo com embargos de concerto, ſe ſobreſtaria na liquidação.* Iudicatum fuit in ſupremo Senatu, *que ſe não ſobreſtiueſſe; & que os embargos, ainda que de conſerto, correſſem em auto apartado*, teſte Melch. Phœb. Areſto 40.

6 In text ibi (*& outros quaeſquer que forem de calidade, &c.*) Veluti tranſactionis, & præſcriptionis, vt per Mendez à Caſtro d. cap. 21. à n. 46. & veluti retentionis, nam condemnatus ad rei reſtitutionem poteſt excipere de meliorамentis in executione, & rem retinere, donec ſoluatur, quia hæc exceptio non impugnat ſententiam, reſoluunt Neguzant. de Pignorib. memb. 4. p. 5. nu. 10. Tiraq. de Retract. titul. 2. §. 7. gloſ. 1. n. 13. & 14. Menoch. remed 11. Recup. n. 7. & 8. & remed. 15. n. 569. cum ſeqq. Rot. Bonon. deciſ. 77. Gregor. l. 9. verbo Deſpues titul. 2. part. 5. Pinel. in l. 2. Cod. de Reſcin. vendit. p. 2. cap. 3. n. 4. Surd. de Aliment. tit. 8. priui. 162. n. 8. & 9. & deciſ. 311. num. 6. & 7. Valaſc. de Iure Emphyt. q. 25. nu. 23. & conſult. 111. nu. 15. D. Barboſ. in l. Diuortio §. fin. p. 2. nu. 41. ff. Soluto matrim. Cald. Pereira de Empt. cap. 27. n. 6. nouiſſimè Mendez à Caſtro d. cap. 21. n. 49.

n.49. Alexand. Trentaſin. Vari. lib. 2. tit. de Except. reſolut. 1. nu. 8. Nota tàmen quòd non reſtituet fructus eorum, quæ meliorauit, dùm meliorationes illi ſolutæ non fuerint, reſoluunt Gam deciſ. 366. n. 2. D. Barboſ. d. §. fin. p. 1. num 48. Valaſc. de Partit. cap. 6. num. 43. Cald. Pereira de Empt. cap. 27. num. 69. & 75. Et ita iudicatum audiui Portucalenſi Senatu, anno Domini 1593. die verò 12 Augusti, in cauſa Licenciati Ioannis de Valladares Vimaranenſis, iudic. D. D. Simone de Leirea, & Gaſpare da Coſta. Iterum etiam iudicatum fuit eodem Senatu, anno Domini 1608. in cauſa Philipi Franciſci, cum Dominico Pirez Vimaranenſ. Exceptio ne teneatur quis vltra quam facere poſſit, poteſt opponi etiam poſt ſententiam in ipſius executione l. Ex diuerſo §. vlt ff. Soluto matrim. Alexand. Trentaſinq. d. reſolut. 1. num. 9. vbi num. 10. idem reſoluit de exceptione, quæ competit hæredi ex confeſſione inuentarij, & num. 11. de exceptione pretij non ſoluti, & num. 13. de exceptione cedendatum, & n 14. de exceptione diuiſionis, quæ competit pluribus fideiuſſoribus, & n. 15. de exceptione excuſsionis.

7 In text. ibi (*que não offendão*) Concordat l. Ex diuerſo §. Si in iudicio, & ibi Bart. & Scribentes ff. Soluto matrim. cum alijs, quos citat Farinac. in deciſ. nouiſsimis deciſ. 280. num. 2.

AD §. II.

Vide Bart. in l. 1. Cod. de iuris, & facti ignorantia, quem Doctor. communiter ſequuntur, vt per Viui. tom. 1. Communium Opinion. pag. mihi 116.

AD §. V.

In text. ibi (*for preſente*) Nota quòd dicenti ſententiam nullam, non currit tempus appellandi. Vide Tiraq. de Retract. lig. §. 1. gloſ. 10. nu. 40. & 41. & §. 4. gloſ. 3. nu. 2. Cald. Pereira in l. Si curatorem verbo Infra num. 13. & 14. Stephan. Gratian Diſcept. Foreſ cap. 61. n. 3. cum ſeqq. faciunt quæ Geminian. de Vſuris commento 2. §. 3. n. 97.

AD §. VII.

Notatur ad hoc quod appellatio, vel ſupplicatio venit ad iudices, qui ſententiam tulerunt, vt per Mendez á Caſtro in Praxi ſeculari Luſitan. lib. 3. cap. 21. n. 29.

AD §. XI.

In text. ibi (*juramento*) Vide Cabed. p. 2. Areſto 51. quod in executione procedit.

AD §. XII.

1 Hæc Ordin. in omnibus cauſis obſeruatur, vt per Cabed. deciſ. 47. p. 1. Vide Farin. in Praxi crim. p. 3. q. 97. n. 73.

2 In text. ibi (*a qual appellação, & aggrauo, ſempre darà para os juyzes que a ſentença derão*) Vide Gam. deciſ. 207. incip. Species nu. 6. & vide quid ſuper hanc. Ordin. dicit conſtitutum, Cabed. p. 1. Areſto 64.

AD §. XIIII.

1 Notatur ad hoc quod exceptiones impeditiuas poteſt executor remittere ad iudices, qui ſententiam

tulerunt, vel de illis cognoſcere, & praxis obtinuit, vt ſi cognitio verſatur circa res, in quibus executio facienda eſt, nec impugnat ſententiam executor cognoſcendi facultatem, habebit ſecùs ſi verſatur circa exceptiones, quæ reſpiciunt merita cauſæ principalis, vel directo ſententiam oppugnant, quia tunc executor non poteſt cognoſcere, nec eos diſcutere, ſed remittere debet ad priorem iudicem, vt per Mendez à Caſtro in Praxi ſeculari Luſit. lib. 3 cap. 21. n. 53. & 54.

Ad tit. 88. Ordin. Regiæ.

Que ſe não venha mays que com hũs sós embargos,

Ad Princip. Ordinat. Regiæ.

1 NOta non eſſe locum huic Ordinat. ſi de primis exceptionibus non fuit actum, prout iudicatum audiui Portucalenſi Senatu, in cauſa Cosmi Machado de Miranda Vimaranenſis, cum Patritio Machado Vimaranenſi, anno Domini 1605. quia non dicitur vetus materia, quæ fuit allegata, ſi tamen diſputata non fuit: & ſic rurſus allegari poteſt l. Si autem § fin. ff. de Negot geſtis l. Quod in diem § 1. ff. de Compenſat. D Barboſ. in l. Maritum á num 99 ff. Soluto matrim. & in l. Diuortio §. fin. p. 2. num. 55. cum ſeqq. ff. eod.

2 In text. ibi (*ſem lhe ſer dado juramento*) Vide Cabed. p. 2. Areſto 51. refert nouiſsimé Mendez à Caſtro in Praxi Luſitan. lib. 3. cap. 18 n. 1.

3 In text. ibi (*como diſſemos neſte liuro*) titul. 20. §. pen.

Ad tit. 89. Ordin. Regiæ. *In antiq. tit. 72.*

Da execução que ſe faz pelo porteiro, &c.

AD §. vnicum.

VIde Iaſ. in §. Quadrupli n. 3. & 4. Inſtit. de Actionib. Caſſan. in conſuetud. Burgund. titul. des iuſtices §. 7. in gloſ. la mende nu. 46. cum ſeqq. fol. mihi 76.

Ad tit. 91. Ordinat. Regiæ. *In antiq. tit. 74.*

Quando o credor, que primeiro ouuer ſentença, & fizer execução, precederá os outros. &c.

DE priuilegijs creditorum integros tractatus edidere Vandetanus, Hermamnus Meyrer, & nouiſsimè Amator Rodericus.

Ad Princip. Ordinat. Regiæ.

1 Creditor tempore prior an à poſteriore rem condictione repetere poſsit? & quando? Vide Gregor. l. 11. verbo *Que vence* tit. 14. part. 5. & l. 7. verbo *Que las dendas* tit. 6. part. 6. Ioann. Kopp. quæſt. iuris 62. Cott. in Memorab. verbo Creditor. Rebuff tom 2. ad leges Galliæ titul. de Conſtit. redituum art. 1. gloſ. 8. Fuluian. de Cenſib. lib. 3. cap. 3. nouiſsimè Amat. Roderic. de Priuileg. creditor p. 2. art. 1. n. 1. cum ſeqq. Meyrer eod. tract. lib. 1. titul. 12. Menoch. conſ. 25. & conſ. 46. nu. 2. & de Præſumpt. lib. 3. q. 121. Ioſeph. Ludou. Peruſ. deciſ. 45. num. 4. Gom. Leon. Hiſpal. deciſ. 36. cent. 1. Auend. ad l. 32.

l. 32. Tauri gloſ. 1. n. 5. Gutier. Pract. lib. 3. q. 100. n. 7. Flamin. Charr. Rot. Genuenſ. cauſ. execut. deciſ. 19. Surd. conſ. 4. & conſ. 436. n. 10. Flores de Mena Vari. lib. 1. q. 6. §. 2. à num. 1. Bapriſt. Coſt. de facti ſcientia, & ignor. cent. 1. diſt. 6. Sayr. in Claui Reg. lib. 10. tract. 5. cap. 10. n. 35. cum ſeqq. Fului. Pacian. de Probat. lib. 1. cap. 19. n. 110. Stephan. Gratian. Diſcep. Forenſ. cap. 304. nu. 2. cum ſeqq. D. Barboſ. in l. 1. p. 6 nu. 20. verſ. Item & ſecundo ff. Soluto matrim.

2 Creditor Chyrographarius, vt priori inſtrumentario potior iure ſit quæ exigantur? Vide l. Scripturas §. Si autem ius pignoris Cod. qui potiores in pignore. Neguzanr. de Pignorib. p. 5. princ. memb. 2. n. 47. cum ſeqq. Colert. de proceſsibus execut. p. 3. cap. 1. à n. 115. cum ſeqq. Gutier. Practic. lib. 1. q. 125. à n. 3. Meyrer in tract. de Pignoribus, & hypothecis lib. 1. tit. 13. num. 10. & 13. Lariſsimè Amat. Roder. d. p. 2. de credit. hypothec. art. 1. à num. 12. Menoch. conſ. 787. Vincent. Caroc. de executſsione bonorum p. 2. q. 65. Azeued. l. 2. tit. 21. lib. 4. nouæ Recop. Franciſc. Viui. Neapol. deciſ. 277. n. 1. & 2.

3 Creditores priuilegiarias actiones habentes, & alij, qui in exactione illius quod cuique eorum debetur, veniunt, præferuntur alijs creditoribus perſonales actiones obtinẽtibus, quoties inter ſe concurrunt, ex nouiſsimè notatis per Amat. Roderic. tract. de Priuilegijs credit. p. 2. de crediroribus priuilegiar. art. 2. n. 1. Et inter priuilegiarios creditores priorem locum obtinent illi, qui rẽ aliquam, vel pecuniam penes nummularios, argentarioſuè depoſuerunt Meyrer lib. 2. de priuileg. cred. tit. 11. à n. 12. poſt Marienſ. & Molin. Roder. d. art. 2. n. 2. per l. quod priuilegium 8. & l. Si hominem §. quoties ff. depoſiti. Deindè adſcribitur funeris impenſæ l. Impenſas 45. ff. de relig. & ſumpt. fun. l. 12. tit. 13. part. 1. Garci. de Expenſis cap. 8. n. 19. & 23. Matienſ. l. vlt. tit. 6. lib. 5. Recopil. vbi gloſ. 3. n. 4. aduertit idem eſſe dicendum in expenſis, factis in curatione infirmitatis debitoris, Roder. d. art. 2. nu. 4. vbi num. 6. dicit quòd inter priuilegiarios creditores ille præfertur, qui nominatim maiorẽ prærogariuam habet, & num. 7. quod ſi concurrunt plures eiſdem tituli, & ex eàdem cauſa, omnes ſimul admittuntur, & alter altero non anteponitur.

4 In text. ibi (*& ouuer contra elle ſentença*) Si proferatur tamen confeſsione debitoris, poterunt creditores prædictam confeſsionem reuocare, ſicut & alienationem per l. Nam poſteaquam §. Sed & ſi quis ff. de Iureiur. l. Si cui Cod. de non numer. pecun. reſoluit Tiraq. de Iure mariti gloſ. 5. nu. 116 & de Retract. lig. §. 1. gloſ. 18. num. 83. Fideiuſſor verò qui ſoluit repetit à debitore principali, licet de ſolutione conſtet per ſolam creditoris confeſsionem, ex reſolutis per Surd. deciſ. 118. nu. 1. & deciſ. 218. n. 2.

5 In text. ibi (*& fizer por ella penhora em ſeus bẽes*) Vide Neguz. de Pignorib. p. 3. memb. 2. num. 8. Gutier. Pract. lib. 3. q. 100. num. 11. nouiſsimè Mendez a Caſtro in Praxi ſeculari Luſit. lib. 3. cap. 21. n. 58. ad hoc quod de iure huius Ordin ille qui prior fecit executionem, alijs omnibus, licet anterioribus creditoribus, etiam habentibus priùs ſententiam, vel actionem realem, in illa re, ſuper quam facta fuit pignoratio, eſt præferendus.

6 In text. ibi (*ſe elle não era no lugar*)

Qui eſt in villa præſumitur ignorare, quæ fiunt in ciuitate, vel in oppido. Vide Farin. in Praxi crimin. p. 5. q. 133. n. 116.

7 In text. ibi (*& o deuedor não tiuer outros bẽes*) Reuocatio tantùm conceditur in ſubſidium, D. Barboſ. d. p. 6. n. 23. verſ. Ad perfectam.

8 In text. ibi (*poſto que o ditto preço ſeja ja entregue ao outro credor*) Quid ſi creditor alius ignorabat eſſe alios creditores potiores, & acceptam pecuniam bona fide conſumpſit? Vide D. Barboſ. d. p. 6. n. 23. verſ. Tota igitur.

A D §. I.

1 Pro foro conſcientiæ aduertas, quòd debitor, qui eſt obligatus pluribus creditoribus, perſonaliter, & non realiter, quia ſunt plures creditores habentes actiones perſonales, non priuilegiatas contra debitores, & non hypothecarias, poteſt ſoluere debitum vni creditori primo petenti cum bona conſcientia imò ad id tenetur, & etiam creditor recipere, etiamſi debitor, & creditor ſciant quod debitor ipſe non remanet idoneus alijs creditoribus, vel vult foro cedere, aut fugere, ſecùs tamen quando debitor, ſua ſponte, non coactus, nequè requiſitus ſoluit poſteriori creditori, quia tunc mortaliter peccat. Hæc concluſio deducitur ex Cou. de Sponſal. p. 2. cap 7. § 7 n. 10. Nau. in Man. cap 17. à n. 47. Sylueſt. in Summa verbo Reſtitutio 6. q. 5 cum ſeqq. Mexi. in tract. taſſæ panis concl. 6 à nu. 70. & à num 99. Flores de Mena Vari. lib. 1. q 6. § 2. à n. 1. Ex Theologis D. Thom. 1. 2. q. 96 art. 6. Scot. lib. 4. Sentent. diſt. 15. Petr. Nauar. tract. de Reſtitut. lib. 4. cap. 6 dub. vlt. n. 91. Angel verbo Reſtitutio 2. §. 19. Petr. de Arag. 2. 2. q 62. art 8. concl. 5. & vlt. Ioſeph Angles in Floribus 4. ſentent. p. 2. q. 2. de Reſtit. art. 3. concl. 5 Fr. Lũdou in inſtruct. conſcientiæ p 2 cap. 11. Barthol. Medin. lib. 1. inſtruct. conſc. cap. 14. & 33. Fr. Emman. in Summa p. 2. cap. 46. concl. 12. Sayr. in Claui. Regia lib. 10. tract. 5 cap. 10. à n. 35.

2 In text. ibi (*o que primeiro fizer execução, &c.*) Nota verba huius Ordin. reſpicere præuentionem, etiam per momentum initiatam, vt ex Bald. Tiraq & alijs reſoluit Cald. Pereira de Empt. cap. 4. n. 17.

3 Limita primò, ſi vnus creditor rem habuit in pignore penes ſe ex conuentione partis, nam licet alius creditor poſtea habuerit ſentẽtiã, & fecerit priùs executionẽ, in illa re nõ auditur ad perſequendam rem, niſi oblato ei pretio ſibi debito l. 1. 2. & 3. Cod. Si antiquior creditor pignus vend. nouiſſimè Mendez à Caſtro in Praxi Luſit. lib. 3. cap. 21. nu 58. & 59. Limita ſecundò ſi creditor antiquior erat abſens à loco, vbi lis fuit agitata, nec habuit rationem, aut cauſam ſciendi, & num. 60. limitat etiam quando creditor antiquior, qui præſens erat liti motæ, proteſtatus fuit coram iudice, præſente parte, ſe eſſe præferendum, & n. 61. limitat etiam in fructibus fundi, vel domus locatæ, & num. 68. limitat etiam ſi creditor habuit priùs ſententiam, per confeſſionem partis, & n. 65. quando debitor ſoluit per gratificationem ſecundo creditori, & n. 66. limitat etiam contra dotem, & n 68. limitat quoquè contra creditorem, qui minor ſit, & n. 71. limitat etiam non procedere contra Regem, & cauſam fiſcalem.

A D

In antiq. tit. 69.

Ad tit. 92. Ordin. Regiæ.

Como ſe fará execução nos bẽes do fiador que prometeo em juyzo pagar por o Reo, &c.

Ad Princip. Ordinat. Regiæ.

1 Vide Tiraq. in tract. res inter alios acta pag. 14. latè Bernardin. Muſcatel. de modis fideiubendi p. 1. modo 12. Cald. Pereira de Empt. cap. 33. n. 17. & 122.

2 An fideiuſſor ſoluens pro alio poſsit in eodẽ iudicio illũ conuenire? Vide Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap. 56. n. 12. vbi reſoluit quòd ſic, & nu. 13. idem dicit in ſoluente pro debitore principali fiſci, ſeu emptore alieno nomine rei per fiſcum venditæ, qui poterit conuenire debitores ſuos, & bonorum poſſeſſores coram iudicibus fiſcalibus quemadmodũ poterat fiſcus, quamuis aliàs non eſſent iudices competentes, dummodò pars opponat, & petatur remiſsio; aliàs valebit proceſſus coram iudice ordinario.

3 In text. ibi *(per eſſa meſma ſentença)* Secùs in contractibus per l. Græcè §. Si á debitore ff. de Pignorib. iunctis his quæ Xuar. in l. Poſt rem iudicatam pag. 334. Rebuff. ad tit. ff. de Verbor. ſignif. pag. 537.

4 In text. ibi *(que primeiro ſeja condemnado o principal deuedor, &c.)* Dixi latè in Remiſsionibus ad lib. 4. tit. 59. in Princip à n. 1. & adde nouiſsimè Bernardin Muſcatel. d. modo 12. num. 36.

5 Non procedit in criminalibus, vt per Afflict. lib. 2. conſtit. rub. 10. num. 5. Anton. Gabri. de Fideiuſſor. concl. 1. nu. 95. Idem ſi ſe obligauit tanquam depoſitarius, ex Farin. in Praxi crimin. p. 1. q. 31. n. 87.

Ad tit 93. Ordin. Regiæ.

In antiq. tit. 75.

Como ſe hão de arrematar os bẽes, & rendas dos morgados, &c.

Ad Princip. Ordinat. Regiæ.

1 Vide Molin. de Primog. Hiſpan. lib. 1. cap. 10. num. 1. & 2. Matienſ. l. 6 gloſ. 3. n. 21. titul. 7. lib. 5. nouæ Recopil. Paclad. lib. 2. rerum quotid. cap. fin. p 5 §. 3. nu. 32. Gutier. Pract. lib. 2. q. 53. n. 2. qui etiã tenent procedere, dummodo prius capiantur bona libera, redditusque primogenij, his verò non ſuppetentibus, tunc ad bona maioratus deueniendum eſt, & in cauſam executionis poſſunt capi. Latè P. Molin. de Iuſtit. tract. 2. de Maiorat. diſp. 640. per totam vbi num. vlt. diſputat, an actio in hoc Regno detur aduerſus ſucceſſores in maioratu inſtituto ex quota bonorum? an ex re certa? an verò ſolum aduerſus hæredes eius inſtitutoris? Et in Senatu Supplicationis, anno Domini 1604. iudicatum fuit quòd ſucceſſor non tenetur ad debita inſtituentis maioratum, ſi ea contraxit poſt eundem maioratum conditum in contractu, teſte Melch Phœb. deciſ 84 n. 3. vbi nu. 5. ex Pelaez, & Pereg. tradit in huiuſmodi caſu, non poſſe inſtitutorem maioratum obligare, hypothecare, vel vendere in præiudiciũ eorum, qui in ſecundo loco ſunt vocati.

Succeſſor maioratus tenetur ſoluere debita contracta ab eo, qui maioratũ inſtituit.

Senatus Supplicat. iudicauit.

2 In text ibi *(que procedeſſe da peſſoa do inſtituidor)* Secùs in debitis poſt maioratum irreuocabiliter conſtitutum, & traditũ contractis, reſoluũt

 P. Molin.

P. Molin. d. diſp 640. n 5. Cald. Pereira quæſt. forenſ lib. 1. q. 23. n. 65.

AD §. I.

1 Vide nouiſsimè Mendez á Caſtro in Praxi ſeculari Luſitan. lib. 3. cap. 21. á nu. 18. Parlad. lib. 2. rerum quotid. cap. fin. p 5 § 3. n. 31. vbi reſoluit maioratus redditus creditoribus addici cum poſſeſſorijs tamen prærogatiua, ideſt, habita ratione ne egeat, & n. 32. dicit idem in clerico.

2 In text ibi (*não ſe poderão arrematar, nem vender*) Poterit tamen maioratus commoditas vendi, & pro exequutione ſententiæ capi, durante, dumtaxat, vita poſſeſſoris, ex citatis per Cald. Pereira de Reſolut. emphyt. cap. 5 n 18.

AD §. II.

In text. ibi (*no titulo em que caſos os ſucceſſores, &c.*) Eſt tit. 101. in lib 4. vbi latè dixi pag. 231. ideo dicta non repeto.

AD §. III.

1 In text. ibi (*ſerão vendidos, & arrematados publicamente*) Vide Flores ad Gam. deciſ 5. nu. 1. Cald. Pereira de Reſolut. emphyt. cap 6 faciunt quæ idem Cald. de Poteſtate nomin. cap. 1. n. 58. D Barboſ. in priuatis ſcholijs ad l. Si finita §. Si de vectigali nu. 15. ff de damno infecto. Intellige quando fuerit emphyteuſis nominationis, cum enim nulla certa perſona ſit expreſſa, cui videatur ius quæſitum procedet executio, de qua hîc, cæterum ſi emphyteuſis concedatur pro filio, fiet quidem executio pro vita patris debitoris, ſed eo mortuo filius reuocabit alienationem, quia in iure ſibi quæſito pater præiudicare non potuit, iuxta text. in l. Peto 71. §. Prædium ff. de legat. 2. Vide Tiraq. de Retract. lig. § 1 gloſ 7. nu. 49. Gam. deciſ. 5 nu 8. Auend. reſp. 13. num. 1. D. Barboſ. in priuatis ſcholijs ad d. §. Si de vectigali n 18. & in l. Apud Iulianum §. Fructus nu. 11. ff. de legatis 1. Cald. Pereira quæſt. forenſ. lib. 1. q. 20 à nu. 32 nouiſsimé Mendez à Caſtro in Praxi ſeculari Luſitan. lib 3. cap. 21. n. 22. In re enim prorſus aliena executio fieri non poteſt per l. A Diuo Pio § Si ſuper rebus ff. de Re iudic. l. Ob maritorum Cod. Ne vxor pro marito, etiamſi debitoris bona ſint hypothecata, quia licet in generali hypotheca bonorum comprehendatur, etiam emphyteuſis, vt per Tiraq. de Retract lig. § 1. gloſ 3. & in l. Si vnquam verbo Bona num. 14. Cald. Pereira de poteſt. elig. cap. 4. n. 1 Surd deciſ. 93 nu. 3. & deciſ 160. Bernard. Græuæ. ad Pract. Cameræ Imper. lib. 2. concl. 25. conſid 1. in coronide nu. 2. tamen cum morte hypothecantis reſoluatur eius ius, cenſebitur etiam reſoluta hypotheca ab eo facta per l. Lex vectigali 31. ff de Pignorib. Izerni. in cap. 1. n. 5. de inueſt. de re aliena. Menoch. conſ. 116 n. 33. Valaſc. conſ. 186. Limita tamen ſupra dicta quando pater fuit primus acquirens, quia tunc accedente domini directi conſenſu, poterit filijs præiudicare, iuxta reſoluta per Valaſc. de Iure Emphyt. q 49 n. 6. ad finem, Flores in addit ad Gam. deciſ. 5. ad finem, Cald. Pereira in reſponſo pro Patribus Societatis Ieſu pag. 220. n. 13. & de reſolut. emphyt. cap 20. nu. 4. & n. 15. & de poteſt. elig. cap 15. nu. 14. & vide alleg. iuris pro maioratu de Belas 2. p. art. 5. n. 146.

2 Si emphyteuſis nominationis iuſſu

iuſſu iudicis capta ſit, vt in ea fiat executio, & debitor moriatur ante perfectã executionẽ, an ſaltẽ tũc pôſ ſit fieri executio aduerſus nominatũ? Vide Gam. deciſ. 5. n. 9. & deciſ. 134. nu. 1. Cald. Pereira de Reſolut. emphyt. cap. 20. n. 8. cum ſeqq. Cabed. p. 1. deciſ. 134. à princ. Ego tamen cum præceprore domino meo D. Petro Barboſa dicendum puto exe. cutionẽ fieri nõ poſſe, limitarẽ tamẽ quãdo ramus á præcone traditur parti, viuo adhùc debitore, licet enim per huiuſmodi traditionem, nec transferatur dominium, nec poſſeſſio Hoſtienſ. in Summa tit. de cauſa poſſeſſ. verſ. Sed quid ergò. Guid. deciſ. 22. tamen quia executio iam videtur incæpiſſe habebitur pro perfecta iuxta doctrinam Bart. in l. Is qui Reip. ff quibus ex cauſis maiores n. 3. Aduertas tamen quòd ſi nominatus in emphyteuſi fuerit quoquè hæres nominantis, tunc aduerſus eum poterit fieri executio in emphyteuſi, vt in alijs rebus hæreditarijs, de quo Afflict. deciſ. 240. nu. 10. Cald. Pereira d. cap. 20. n. 11. Gam. d. deciſ. 5. n. 3. Cabed. d. deciſ. 134. n. 2. Cald. Pereira quæſt. forenſ. lib. 1 q. 20. n. 35. verſ Quod tamen limitat, vbi tenet hoc intelligendum, quando hæres adiuit ſine beneficio inuentarij, cæterum ſi inuentarium faciat, cum tunc ex ſuis rebus, nullo modo teneatur ſoluere debita defuncti, nunquam in emphyteuſi, vel eius fructibus tanquam in re, quam hæres aliunde habet, poterit fieri executio.

3 In text. ibi (*não ſendo achados ao cõdemnado outros bẽes*) Quid in bonis, quæ poſsidet debitor cum pacto de retro, ſi habeat alia bona libera? Videtur non poſſe in illis fieri executio argum. eorum quæ Tiraq. de Retract. lig. §. 1. gloſ. 7. nu. 7. & tit. 2. §. 2. gloſ. 1. n. 9. Cald. Pereira de Reſolut. emphyr. cap. 6 n. 2.

4 In text. ibi (*& iſto ſem embargo, &c.*) Vide Cald. Pereira de Reſolut. emphyt. cap. 7. n. 34.

5 In text. ibi (*porque a ditta clauſula não ha lugar na venda, feyta por neceſsidade*) Vide Cald. Pereira quæſt. forenſ. in comment. ad §. Sed hæc Inſtit. de Inoffic. teſtam. cap. 2. nu. 38. nouiſsimè Franciſc. à Souſa in repet. § Actionum Inſtit. de Actionib. p. 4. n. 153. Alienatio enim neceſſaria nõ eſt propriè alienatio, ex Menoch. de Arbitr. caſu 171. n. 72. D. Barboſ. in l. Vſufructu n. 28. ff. Soluto matrim.

6 In text. ibi (*ſerà porem o ſenhorio requerido*) Vide Cald. Pereira in comment. ad d. §. Sed hæc p. 2. n. 45. cum ſeqq. Non exigitur tamen domini directi conſenſus ſi rei emphyteutæ, aut feudalis fructuum commoditas alienetur. Vide D. Barboſ. in l. Vſufructu n. 14. ff. Soluto matrim. Cald. Pereira de Reſolut. emphyt. cap. 5. n. 18. & nu. 22. aſſerit poſſe emphyteutam citra domini conſenſum commoditatem, ſeu fructuum perceptionem cuipiam cedere, non autem ius vſufructus, & vide quid cap. 16. n. 73 Rebuff ad l. 25. de Verbor. ſignif. pag. 151. & allegar. iuris pro maioratu de Belas 2. p. n. 112.

Ad tit. 94. Ordin. Regiæ. *In antiq. tit. 76.*

Como ſe hão de arrecadar, & arrematar as couſas achadas do vento.

Ad Princip. Ordinat. Regiæ.

1 Concordat apud Hiſpanos l. 6 cum ſeqq. tit. 13. lib. 6. nouæ Recopil. Vide Caſſan. in conſuet.

conſuetud. Burgund Rub. 1. §. 3. fol. 107. Conan. commentar. lib. 3. cap. 4. nu. vlt. ad finem. Rebuff. in concordatis titul. de Conſtitut. verſ. Gallicos prælatos pag. mihi 523. Fr. Emman. quæſt. Regul. tom. 1. q. 58. art. 4. & de foro conſcientiæ Couar. in reg. Peccatum p. 3 §. 1. n. 5.
2 In text. ibi (*qualquer gado*) Et an appellatione pecoris comprehendantur ſues? Dic quòd ſic, per text. in l. 2. ff. Ad legem Aquil. & l. Legatis ſeruis §. Pecoribus ff. de legatis 3. Rebuff. ad l. 89 ff. de Verbor. ſignific. pag. 388.

AD §. I.

In text. ibi *qua(tro meſes)* Intellige continuos, non verò interpollatos, vt per Cald. Pereira quæſt. forenſ. lib. 1. q. 3. num. 24.

AD §. II.

In text. ibi (*as cuſtas que fez em a manter, & guardar*) Ergò ſi dominus inueniatur ſoluet expenſas animalis, ex Surd. de Alim. tit. 1. q. 70. nu. 7. & ipſe tit. 6. q. 23. n. 17. reſoluit cum Guid. & Alciat. quem refert, quòd ſi quis alienum pecus vagabundum retinuit in ſuo ſtabulo, & de hoc conſtet, ſtabitur dicto ſuo, ſi afferat ſe feciſſe impenſam.

In antiq. tit. 78.

Ad tit. 95. Ordin. Regiæ.

Das Reuiſtas dos feytos.

1 DE materia reuiſionum, ſeu ſupplicationum agitur in Iure Ciuili l. 1. Cod. de Sentent. præfecti prætor. & l. Si quis, & Auth. Quæ ſupplicatio Cod. de precibus Imp. offer. & apud Hiſpanos l. 1. & 2. tit. 20. lib. 4. nouæ Recopil. Vide Rebuff. tract. de Supplication. Bender. tract. Reuiſion. Soar. de Paz in Praxi tom. 1. p. 7. cap. Vni. Dom. Chriſtoph. de Paz in ſcholijs ad leges ſtyli l. 171. Valaſc. conſ. 51. Cabed. p. 1. deciſ. 144. & 190. & p. 2. deciſ. 67 & Areſto 47. & 95. Bernar. Græuæ. ad Pract. Cameræ Imper. lib. 1. concl. 154. & ſeq. Aloyſ. Ricci. in collect. deciſ. p. 2. collectan. 255. nouiſsimè mendez à Caſtro in Praxi ſeculari Luſitan. lib. 3. cap. 20.
2 An reuiſione pendente ſuſpendatur executio? Vide Magonium Florent. deciſ. 20. n. 15. Menoch. de Arbitr. lib. 1 q. 70. nu 3. & conſ. 992. n. fin. Caualcan. deciſ. 14. nu. 42. p. 1. Alexand. Raudenſ. reſp. 24. vol. 1. Lancelot. de Attent. p. 2. cap. 19. num. 16. & 17. Bander. tract. Reuiſ. concl. 20. num. 58. cum ſeqq. Valaſc. conſ. 51. n. 28. Azeued. l. 14. num. 49. tit. 3. lib. 1. Recopil. Cald. Pereira in l. Si curatorem verbo Per quod n. 32.
3 A ſententijs interlocutorijs vim diffinitiuæ habentibus, vel irreparabile damnum inferentibus datur reuiſio. Vide Bander. d. tract. Reuiſ. concl. 10. num. 28. Rutger. Ruland. de Commiſſar. p. 1. lib. 2. cap. 21. n. 6. & ſeq.
4 Remota, vel prohibita appellatione adhùc locus eſt ſupplicationi, vel reuiſioni. Vide Menoch. remed. 4. Adipiſc. nu. 895. cum ſeqq. Guid. Papæ. deciſ. 50. Vincent. de Franch. deciſ. 148. Capic. deciſ. 144. Tiber. Decian. reſp. 47. vol. 1. Surd. conſ. 277. Bander. d. tract. Reuiſionum concl. 27.

AD §. II.

In text. ibi (*& achandoſe pelos juyzes da reuiſta, &c.*) Vide in regimine Senatorum aulicorum §. 37. Rebuff. tom. 1.

tom. 1. ad leges Galliæ titul. de Supplicat. in præfat. num. 60. Soar. de Paz in Pract. tom. 1. p. 7. cap. Vni à num. 131.

AD §. III.

1 In text. ibi *(requeirão atè dous meſes)* Vide nouiſsimè Mendez à Caſtro in Praxi ſeculari Luſitan. lib. 3. cap. 20. num. 5. De iure communi ſtatutum erat tempus decem dierum ex Auth. Vt ſponſalitia largitas §. Aliud collat. 9. ex quo deſumpta eſt Auth. Quæ ſupplicatio Cod. de precib. Imper. offer. Vide Marant. de Ordine iudic. p. 6. actu 2. num. 16. Lancelot. de Attent. p. 2. cap. 12. limit. 50. à n. 56.

2 In Regno Caſtellæ dantur 40. dies vt per Soar. de Paz in Pract. tom. 1. p. 7. cap. Vni. n. 96. Perez l. 42. tit. 4 lib. 2. Ordin.

3 In Regno Franciæ biennium conceditur, vt per Guillelm. in cap. Rainuntius verbo Mortuo itaquè teſtatore in 1. n. 273. Rebuff. tract. de Reuiſio n. in præfat. n. 75.

4 Minor poſt huiuſmodi duos menſes poteſt reſtitui, & etiam quilibet ex iuſta cauſa, per petitionem Principi oblatam reſtitui debet, prout iudicatum refert Mendez à Caſtro d. cap. 20. num. 6.

AD §. VII.

In reuiſione non admittitur libellus, petitio, nec probatio, niſi tantùm allegatio iuris, vt per Mendez à Caſtro in Praxi ſeculari Luſitan. lib. 3. cap. 20. num. 7. vbi etiam quod vidi diploma Regium impetrari, vt inſtrumenta de nouo reperta recuperentur.

AD §. VIII.

Non admittitur reuiſio, ſi non excedat ſummam centum regaliũ, in rebus immobilibus, & in alijs 150. vt per Valaſc. conſ. 51. num. 39. nouiſsimè Mendez à Caſtro in Praxi ſeculari Luſitan. lib. 3. cap. 20. num. 11. vbi declarat vt æſtimatio ſemper conſiderari debeat tempore actionis, & rei petitæ, etiamſi tempore ſententiæ creuerit valor.

AD §. IX.

1 Deſumitur ex l. Si quis aduerſus Cod. de Precib. Imper. offer. Concordant apud Hiſpanos l. 17. titul. 23. part. 3. vbi gloſ. 5. & l. 2. titul. 19. lib. 4. nouæ Recopil. Vide Bander. in tract. Reuiſ. concl. 10. num. 31. nouiſsimè Aloyſ. Ricci. in collect. deciſ. p. 5. collect. 1518. Dom. Chriſtoph. de Paz in ſchol. ad leges ſtyli l. 171. num. 6. Valaſc. conſ. 51. nu. 49. vbi magiſtraliter docet quando cenſeatur reuiſio ſemel denegata, Cabed. p. 1. deciſ. 12. à n. 7.

AD §. XI.

Vide Valaſc. conſ. 51. n. 52. Cabed. p. 2. deciſ. 67. n. 3. & Areſto 42.

AD §. XII.

Non admittitur reuiſio à ſententia interlocutoria, vt per Valaſc. conſult. 51. num. 50. nouiſsimè Mendez à Caſtro in Praxi ſeculari Luſitaniæ lib. 3. cap. 20. num. 12. vbi declarat etiamſi illa habeat vim diffinitiuæ.

AD

In antiq. tit.7.p.3. Extraua.

Ad tit.97. Ordin. Regiæ.

Das eſportulas.

DE ſportulis vide in iure Ciuili tit. Cod. de Sportulis vbi latè Petr. Gilchen. & Sebaſt. Nzui. Alciat. lib.3. Diſpunct. cap.13. & 17. Kirchou. Viui. Soar. & alios tom.1. Commun. Opin. lib.3. titul.2. pag.397. Carot. de Locato titul. de Sportulis fol.20. Guid. Pancirol. in Theſauro Vari. lection. lib. 2. cap. 195. D. Martam de Iuriſdict. p. 4. cent. 2. caſu 103. Cald. Pereira in comment. ad l. Vni. Cod. Ex delictis defunct. p.4. num.22. cum multis ſequentibus, Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. tom. 3. cap. 561. Petr. Gregor. de Republ. lib.2. cap. 6. à num.16.

LAVS DEO.

INDEX RERVM, ET VERBORVM LOCVPLETISSIMVS.

A.

ABBREVIATVRÆ *quæ dicantur? pag.90. col. 1. num.4.*

Abſens *contra quem fuerunt prolata verba iniurioſa poteſt actione iniuriarum agere. pag.52.n.13.*

Abſens coram quo iudice ſit conueniendus. p.108.col.1.n 9.

A*bſens cauſa Reipubl. non poteſt cogi dicere teſtimonium.p.390.col.2.n.4.*

Abſolutio *ab excommunicatione poteſt probari per vnum teſtem.p.365.n.20.*

Accurſius *fuit Azonis diſcipulus. pag. 421. col.2.n.2.*

Accuſator *non poteſt eſſe teſtis contra accuſatum.p.376.col.2.n.2.*

Acta *facta poſt recuſationem ſunt nulla. p.280.col.1.*

Acta vt reualidentur, á Principe peti poteſt.p.416 col.1.§.2.n.2.

Actoris *contumacia maior eſt, quám Rei. p.430.col.1.§ 3.*

Addictio *facta ſine ſolutione pecuniæ eſt nulla.p.462 col.2.n.1.*

Adoptiones *confirmare ad ſolum Regẽ pertinet, ſeu ad officiales ab ipſo ad id deputatos.p.9.§.1 n.5.*

Aduenæ, *& alienigenæ, qui in his Regnis vendiderint, aut permutauerint gabellam ſoluere tenentur.pag.82. col. 2. num.4.*

Adulterium *eſt mixti fori.pag.154. col. 2. num 1.*

A*dulteriũ probatur per auditũ copulæ, vel cõmixtionis ex tenui pariete, cortina, vel palio in nocte.pag.366.col.1.num.3.*

Adulterium probatur per teſtes ſingulares. pag.370.col.2.n.42.

Adulterij teſtis tenetur reddere rationem dicti ſui.pag.372.col.2.n.19.

Adulterium probatur per teſtes de credulitate pag.375.col.1.n.13.

Adulteri á teſtimonio repelluntur. pag. 377.col.1.n.4.

Aduocatus, *ſeu tabellio gratis cum pauperibus ſe habere debẽt.pag.23.§.43.*

Aduocati equitibus, ſeu militibus comparantur pag.27 n.3.

Aduocatus debet eſſe verax in ſermone, iuſtus in iudicio, plenus in conſilio.ibid. num.4.

Aduocati, & iudices debent habere veſtes. pro grauitate.ibid.n.6.

A*duocati Curiæ Supplicationis potiuntur priuilegijs Doctorum, & illis conceditur homagium etiam in cauſis criminalibus. pag.28.§.1. quod etiam obtinet in aduocatis Curiæ Portucalenſis. ibid.§.2.*

Aduocatus cum cliente pactum de quotta litis facere non poteſt.pag.29 § 11.

Aduocatus vni ex partibus conſulere, & pro altera patrocinari non poteſt. pag. 29. §.12.

Aduocatus reuelans ſecreta clientis tenetur pœna falſi.ibid.§.12.n.2.

Aduocati non poſſunt informare Senatores in domo.pag.29.§.13.

Aduocatus non poteſt eſſe infamis.pag.30. §.25.n.1.

Aduocatus non poteſt eſſe, qui portat Crucem in pœnitentiam, quam nos ſambenito vocamus.ibid n.3.

A*duocare qui non poteſt, poteſt conſulere, & dare in ſcriptis ibid n.5.*

 Aduo-

Digitized by Google

Aduocatus poteſt eſſe decurio. pag. 59. num.4.

Aduocati, qui iuſtè legibus vtuntur multum merentur apud Deum. pag.257. col.1.n.8.

Aduocatus immodicum ſalarium extorquens tenetur ad reſtitutionem. pag. 31. §.27.n.4.

A*duocatus habet tacitam hypothecam pro ſalario.ibid.n.5.*

Aduocatus non tenetur gratis conſulere quando id facit ſine labore, & librorum reuolutione.ibid.n.6.

Aduocatus pro modico aduocans contemptibilis habetur.ibid n.7.

Aduocatus domum exiens debet habere ſumptus á ſuo clientulo.ibid.n.8.

A*duocatus proprijs in cauſis patrocinium ſibimet præſtare non poteſt.ibid. num.9.*

Aduocatus inuitus cogitur patrocinium ſuſcipere etiam pro pauperibus, & miſerabilibus perſonis.p.32.n.3.

Aduocatus inimicus contra ſuum inimicum non patrocinatur.ibid.n.4.

Aduocatus, ſeu procurator accuſatoris in cauſa criminali dicitur accuſati inimicus p.33 n.5.

A*duocati non debent á pauperibus ſalaria extorquere.p.*109*.col.*2.

A*duocatus in propria cauſa ſalarium non meretur. pag.* 110*. col.* 2*. & pag.* 111*. col.*2*.n.*4.

A*duocatus quamuis patrocinetur gratis pro aliquo poteſt pars petere ſalarium illius.p.*110*.col.*2*.n.*3.

*Aduocati peccant ſi ſalarium petant à pauperibus p.*111*.col.*2*.n.*2.

*Aduocato ſalarium in initio litis eſt ſoluendum p.*112*.col.*1*.n.*4.

*Aduocato debetur patrocinium, etiam finita cauſa per concordiam. ibidem, num.*5.

*Aduocato debentur expenſa etiamſi alius aduocatus gratis illi patrocinium præſtiteris.ibid.col.*2*.n.*8.

Aduocatus ſalarium illius anni, quo moritur ad hæredes tranſmittit.ibid.n.9.

A*duocato, & procuratori ſalarium taxatur parte non citata.ibid.*

*Aduocatus non poteſt eſſe iudex in ea cauſa, in qua aduocatus fuit, & poteſt in ea vt ſuſpectus recuſari.p.*269*.col.*2*.n.*11.

*Aduocatus maximè attendere debet neverba aliqua iniurioſa ponat, quæ ſi probare non poterit tenebitur actione iniuriarum.p.*274*.col.*1*.n.*6.

A*duocatus in cauſa, in qua eſt aduocatus propter præſumptam affectionem teſtimonium ferre non poteſt. p.* 376*. col.*1*.n* 3.

A*duocati ſedere debent ſecundùm antiquitatem.p.*255 *col.*1*.n.*2.

Ædificatio *permiſſa non eſt ad æmulationem vicini.p.*72*.col.*1 *n.*2.

Ædificare *de nouo non poteſt vicinus portas, vel feneſtras directò aduerſus ianuas, vel vicini feneſtra p.*72*.col.*1*. num.*3.

Ædificia *non deſtrui intereſt Reipublicæ. p.*70*.§.*22*.n.*1.

*Ædificium ſuum vſque ad cœlum extollere vnicuique licet. p.*71*.§.*24.

Aedificijs factis Reipubl. expenſis non poſſunt priuatorum arma depingi.pag. 36*.§.*43*.n.*2.

Ædiles *poſſunt cogere ſubditos ad vendendum cibaria ſoluto pretio. p.* 197*. col.*1.

*Aedilium electione iudex in Camera votum non habet.p.*66*.n.*10.

Aedilium electio, quo pacto facienda. pag. 68 *tit.*68.

*Aedilium cum vnus eſt ſuſpectus non remanet ſocius recuſatus.pag.*277*.col.* 2*. n.*2.

Æſtimatores *debent eſſe periti in illa arte.p.*249*.col* 1*.n.*1.

Æſtimatores poſſunt cogi ad ſuſcipiendum arbitrium in illis locis, in quibus eliguntur, aut deputantur á magiſtratibus, ſeu decurionibus ciuitatum. ibid.

ibid.col.2.num.2.

Æſtimatio probatur per teſtes de credulitate.p.374.col.2.n.6.

Æſtimationis teſtes tenentur reddere rationem dicti ſui.p.373.col.1.n.24.

Ætas *probatur per teſtes ſingulares.pag. 370.col.2.n.42.*

Ætatis teſtis tenetur reddere rationem dicti ſui p 371.col.1.n.12.

Ætas probatur per teſtes de credulitate. p.374.col.2 n.4.

Ætas probatur per teſtes domeſticos pag. 376.col.2.n.15.

Ætas filiorum per librum parentum ſufficienter probatur.p.393.col.2.n.17.

Affinitas *probatur per teſtes de auditu, p.366.col.2.n.9.*

Alimenta *præſtita pro certo ſalario, vel pretio conſtituto non debent gabellam. p.82.col.2.n.5.*

Alimentis *futuris appellatio non ſuſpendit executionem ſententiæ. pag. 434. col.2.n.8.*

Alimenta vſqué ad quam ætatem ſint præſtanda pupillis.p.101.col.2.n 2.

Alimentorum cauſa non requirit libellum p.301.col.2 n.2.

Alimentorum in cauſis tám ſecularis, quàm Eccleſiaſticus iudex competens eſt.p.156.col.2.n.15.

Alimentorum cauſa, & redemptionis á pari procedunt.p.44.§.41 n.2.

Alimenta poſſunt peti feriatis diebus pag. 254. col.2.n 1.

Alienare *non poteſt bona immobilia minor, qui veniam ætatis impetrauit. p.322.col.1.§.2.*

Almiraldus *quis dicatur? p.7.§.12.n 4.*

Amaſius *pro amaſia deponere non poteſt. p.377.col.2.n.7.*

Amicitia *ſimilis eſt conſanguinitati.pag. 282.col.1.n.10.*

Amicitiæ *teſtis tenetur reddere rationem dicti ſui p.373.col.2 n.23.*

Amicitia *inducit cauſam recuſationis. 271.col.1.n.11.*

Amicus *non poteſt eſſe teſtis in cauſa amici.p.377.col.2.n.6.*

Amiſsio *qualiter probetur. pag. 408.col. 1.n.1.*

Ancilla *non poteſt eſſe teſtis pro domino ſuo.p.377.col.2.n 8.*

Annus *in inſtrumentis apponendus. pag. 93.col.2.n.2.*

Antiqua *probantur per teſtes de auditu. p.366.col.1.n.5.*

Antiqua probantur per teſtes de credulitate.p.374.col.2.n.7.

Antiqua probantur per teſtes domeſticos p.375.col.2.n.7.

Apocham *qui negat á ſe factam eſſe, quæ debeat deducere.p 291 col.2.n.6.*

Appellatio *eſt regulariter in omni caſu permiſſa, niſi reperiatur expreſsé prohibita p.433.col 2.n.1.*

Appellationi in dubio eſt deferendum. p.434.col.1.n.2.

Appellatio extraiudicialis non ſuſpendit executionem, nec cauſat attentatum. p.451.col.1.n 1.

Appellatio in extraiudicialibus intra decẽdiũ interponi debet.ibid.col.2.§.2.n.2.

Appellatio quando concedatur de partitionibus factis p.451.col.2 §.2.n.1.

Appellatio vnius ex conſortibus cæteris prodeſt.p.453 col.1.n.1.

Appellare poteſt tertius ratione ſui intereſſe à ſententia.p.454.col.1.n.1.

Appellare qui poteſt pro ſuo intereſſe. pag. 455.col.1.n.5.

Appellatione ſublata non cenſetur ſublatus recurſus ad ſuperiorem. pag. 53. §.28.

Appellationi quibus caſibus non deferatur p.434.col.1.n 3.4.& 5.

Appellatione non obſtante, quibus caſibus procedatur ad executionem ſententiæ. p.434.col 2 n.6.cum ſeqq.

Appellatio eſt interponenda intra legitima tempora appellationi facienda conſtituta.quæ decem præfiniuntur diebus. p.435.col.1.n.10.

Appellatio non præſumitur intra decendium interpoſita.ibid.n.11.

Appellationis terminus non poteſt prorogari de partium conſenſu. ibid. col. 2. n.12.

Appellationis terminus non computatur in tempore ſex menſium ad proſequendam appellationem.ibid.n.13.

Appellationis terminus non currit pendente cauſa ſuper nullitate ſententiæ. p.436.col.1.n.14.

Appellationis terminus non currit impedito facto iudicis.p.436.col.1.n.15.

Appellationis terminus currit de momento ad momentum.ibid n.16.

Appellationis terminus currit á tempore ſcientia ibid.col.2.n.18.

Appellationis terminus in contumace currit á tempore latæ ſententiæ. ibid. num.19.

Appellationis ſemeſtre currit á die receptæ appellationis per iudicem. pag.437. col.1.§.3.n.1.

Appellationis ſemeſtre non poteſt á iudicibus, vel á partibus tacito, vel expreſſo eorum conſenſu prorogari. ibid. col.2. num 4.

Appellatio in dubio non præſumitur deſerta p.438.col.1.n.7.

Appellationis proſequendæ terminus non currit pendente compromiſſo, nec agenti ſuper attentatis.ibid n.9.

Appellatione pendente ſi appellans diſſipauerit fructus iudices ſuperiores poſſunt illos ſequeſtrare. ibid. col.2. §.2. num 3.

Appellatio an concedatur ab executione ſententiæ.p.450.col.1.

Appellatio conceditur ab executore excedente modum executionis.ibid.§.1.

Appellari poteſt á receptione appellationis ad Senatores. pag. 424. col. 1. num.3.

Appellare licitum eſt parti á declaratione iudicis.p 426.col.1.n.10.

Appellatio ſummé eſt neceſſaria. p. 429. col.1.titul.68 num.1.

Appellationi eſt fauendum, quia appellatio magis eſt fauorabilis, quám ſententia.ibid.

Appellationis iudex condemnando appellantem victum in expenſis præſumitur condemnaſſe etiam in expenſis primæ inſtantiæ.p.430.col.1.n.2.

Appellans deſerta appellatione eſt condemnandus in expenſis.ibid § 7.

Appellatio non conceditur à ſententia interlocutoria.p.430.col.2.n.1.

Appellatio admititur ab interlocutoria vim diffinitiua habente.ibid.n.2.

Appellari poteſt á ſententia ſuper minori ætate lata.p.431.col.1.n.4.

Appellari poteſt ab amiſſione iniuſta articulorum.ibid.n.5.

Appellatio an concedatur quando iudex ſe pronuntiat competentem, vel incompetentem.ibid.col.2.n.6.

Appellatio an concedatur á reiectione probationum.ibid.n.7.

Appellatio conceditur ab abſolutione inſtantiæ.p.431.col.2.n.8.

Appellatio admittitur à delatione iuramenti alteri parti per iudicem factæ. ibid.n.9.

Appellatio conceditur ab expreſſa abſolutione expenſarum.ibid.n.10.

Appellatio admittitur quando datur dilatio breuis.ibid.n.11.

Appellatio ab interlocutoria ſententia eſt odioſa.p.432.col 1 n.13.

Appellatio admittitur ab interlocutoria vbi grauamen reparari non poteſt in definitiua.ibid.§.1.n.1.

Appellatio licita eſt in ſententia interlocutoria, vt quis in carcerem conijciatur.p.433.col.1.n.5.

Appellatio admittitur à ſententia interlocutoria ſuper excommunicatione prolata.ibid.n.6.

Appellatio conceditur á ſententia lata, qua quis excluditur ab aliquo officio publico tanquam infamis.ibid n.7.

Digitized by Google

Appellatio á ſententia poteſt probari per vnam teſtem.p.365.col.1.n.17.

Apoſtata *teſtimonium dicere non poteſt. p.377.col.2.n 9.*

Apoſtata Eccleſiaſtica immunitate non gaudet.p.144.col 2.n.3.

Aqua *ſaluber inquirenda. pag.70. col.1. num.3.*

Arbitri, & *Arbitratores qui.p.245. col. 2. n 2.*

Arbitramenti appellatio non conceditur de iure communi.p.246.col 1 n.3.

Arbiter non poteſt eſſe monachus, niſi concurrente licentia ſuperioris, & monaſterij vtilitate. pag. 248. col. 1. num.2.

Arbiter non poteſt eſſe minor 25. annis. ibid col.2.n.3.

Arbiter poteſt eſſe laicus in cauſis clericorum, ſi in ipſum ſimul cum clerico compromittatur.ibid.n.4.

Arbitratores poſſunt tertium aſſummere ſi à partibus in compromiſſo non nominetur.p.442.col.1 n.3.

Arbiter reppellitur à teſtimonio in pertinentibus ad cauſam, de qua cognouit. p 377.col.1.n.5.

Arbiter non poteſt ſuã ſententiam corrigere, niſi ſit ei ſpecialiter á partibus commiſſum, nec declarare etiam interlocutoriam.p.425.col.2 n.4.

Arbiter iuris poteſt recuſari.p.270. col. 1. n.16.

Argumentum *de recuſatione ad appellationem validum eſt. p.268.col.2.n.2.*

Arbitratores ſuſpecti allegari poſſunt. pag. 270. col.2.n.18.

Arbitrator poteſt ius dicere in cauſa propria ſecùs in arbitrio. pag. 281. col.2. num.4.

Arma *non poſſunt depingi in adificijs factis Reipubl. expenſis.pag 36. §.43. num.2.*

Arma prohibita portans, & confugiens ad Eccleſiam non poteſt ibi illis ſpoliari. p.143.col.2.n.16.

Arma militibus non ſunt capienda pro executione.p.465.col.2.n.3.

Arrogationes *confirmare ad ſolum Regem pertinet p 9 §.1.n.5.*

Artifex *vnius officio alterius vti non poteſt, poteſt tamen vti diuerſis negotiationibus.p.92.§.32.n.2.*

Articuli *impertinentes, qui dicantur? p.352.col.2 § n.1.*

Articuli impertinentes non ſunt recipiendi. p.259.col 2 n.14.

Articuli poſitionales impertinentes á iudice non debent admitti.ibid n.2.

Artis *peritia probatur per teſtes de credulitate.p.374.col 2 n.8.*

Aſſaſsinus *Eccleſiaſtica immunitate non gaudet pag.147.col.2.n 3.*

Aſſeſſor *iudicis non poteſt eſſe aduocatus in cauſa clientuli p.270. col.1.n.12.*

Aſſeſſor repellitur á teſtimonio. pag.378. col.1.n.10.

Attentata *reuocantur ſi aliquid innouetur pendente reductione ad arbitrium boni viri p.250.col.2.n.3.*

Attentata *poſt appellationem á ſententia deſertionis reuocantur, p 437. col. 2. n 6.*

Attentatorum iudicium ordinariũ proceſſum requirit p.443 col.2.n.3.

Attentatum non dicitur niſi lite, vel appellatione pendente.ibid.n.4.

Attentatum non dicitur vbi lis non eſt. ibidem.

Attentare non dicitur tertius.ibid.

Attentati reuocatio ceſſat vbi notoriè conſtat ſpoliatorem ius non habere. ibidem.

Attentatorum remedium excludit concluſio in cauſa.ibid.

Attentatorum iuri ſibi quaſito per deſertionem renuntiaſſe quis non præſumitur.p.444.col 1.n.5.

Attentare *non dicitur ille, qui vtitur poſſeſſione, qua antea vtebatur. ibid. num.6.*

Attentare non videtur continuans ſuam poſſeſ-

poſſeſſionem. ibidem.

A*ttentatorum remedium opponi poteſt in quacunquè parte iudicij. pag.*337. *col.*2 *n.*12.

Auctoritas *Epiſcopi in ædificanda Eccleſia præſumitur ſi locus ab antiquo ſit in forma Eccleſiæ vbi Sacerdotes celebrant.pag.*44.§.43.*n.*3.

B.

B Annitus *teſtis eſſe non poteſt. pag.* 378. *col.*1.*n.*11.

Baptiſmus *poteſt probari per vnum teſtem.pag.*365.*col* 1.*n.*24.

Barba *non eſt membrum.pag* 55.*n.*17.

Bartoli *recepta opinio habetur pro lege in Hiſpania.pag.*421.*col.*2.*n.*3.

Beneficia *non poteſt obtinere exterus in hoc Regno, & in Caſtella, ac Gallia. pag.*199.*col.*2.*n.*3.4.& 5.

*Beneficiorum vacantium fructus venditi per laicum adminiſtratorem, & ſequeſtrum non debẽt gabellam.pag.*82. *col.*2.*n.*6.

*Beneficium dicens ſe habere non ſufficit probare titulum beneficij vt gaudeat fori priuilegio, niſi etiam probet illius poſſeſſionem.p.*131.*col.*2.*n.*1.

Beneficiati eximuntur á tributis.p. 160. *col.*1.*n.*10.

Beneficij viuentis impetratio reprobatur. pag 163.*col.*2.*n.*1.

Beneficiorum vacantium poſſeſſio capi non poteſt abſquè Regis facultate. pag. 168. *col.*1.

Beneficialibus cauſis non defertur iuramentum ad ſupplementum probationis pag 346.*col.*2.*n.*11.

*Beneficiorum vnio probatur per teſtes de auditu.p.*366.*col.*1.*n.*4.

Blaſphemia *eſt mixti fori pag.*156.*col* 1. *n* 10.

Blaſphemus *á teſtimonio repellitur.pag.* 378 *col.*1.*n.*12.

*Blaſphemi Eccleſiaſticâ immunitate non gaudent.pag.*144.*col.*2.*n.*4.

Bona *defuncti, quæ venduntur pro animæ expiatione non debent gabellam. p.*82.*col.*2.*n.*6.

*Bona clerici defuncti vendita eius præcepto in teſtamento debent gabellam. p.*83.*col.*1.*n.*8.

*Bona hæreditatis iacentis clerici vendita vt creditoribus ſatisfiat debent gabellam.p.*83.*col.*2.*n.*9.

*Bona filiorum diſsipans pater adminiſtratione priuatur.p.*98.*col.*2.*n.*4.

*Bona patris quatenus benè adminiſtrat non ſunt hypothecata pro legitima, quam filius habuit á matre defuncta: ſed ſi malè adminiſtrat, tunc incipiunt eſſe hypothecata pro mala adminiſtratione.p.*99 *col.*1.*n.*5.

Bona aduentitia filij quando pater poſſit alienare.p 99.*col.*1.*n* 6.

*Bona Coronæ, & Regalia non poſſunt diuidi.p.*188.*col.*1.

*Bona quando dicantur fiſco incorporata, vel Regiæ Coronæ vnita. p.*189.*col.*2.

Bona vacantia pertinent ad Regem. pag. 177. *col.*1.

Bona condemnatorum pertinent ad Regem. ibid.

*Bona committentium crimen hæreſis, vel læſæ maieſtatis pertinent ad Regem. ibid.col.*2.

*Bona contrahentium inceſtas nuptias pertinent ad Regem. ibid.n.*1.

*Bona damnatorum ad amiſsionem vitæ ſtatus, vel libertatis ſine aſcendentibus, aut deſcendentibus vſquè ad tertium gradum confiſcantur.p.*178.*col.*2.

*Bona fides poteſt probari per vnum teſtem.p.*365 *col.*1.*n.*19.

*Bona bello iuſto capta efficiuntur capientium.p.*182.*col.*1.

Bonus *vir aliás dicitur iudex.p.*47. *tit.* 65.§.2.

Boues *aratorij pro executione capi non poſſunt.p.*466.*col.*1.*n.*1.

Brachij *ſecularis auxilium poteſt implorare*

rare iudex delegatus p 153.col.1.n.2.
Brachij ſecularis auxilium poteſt cogi præſtare iudex ſecularis. ibid col 2.n.2.
Brachij ſecularis auxilium non tenetur impartiri iudex ſecularis quando Eccleſiaſticus nulliter proceſſit, vel ſententia eſt nulla. ibid n.1.

C.

CÆcus *á natiuitate á teſtimonio repellitur pag.378.col 1.n.16.*
Cæmiterium *quod dicatur? pag. 150. col 1.n.1.*
Calumnia *præſumi non debet. pag.428. col.2.§ 1.n.1.*
Calumniator *de calumnia condemnatus repelli debet á teſtimonio.p.378.col.1. n.13.*
Cambij *litteræ poſſunt probari per teſtes. p.401.col.2.n.3.*
Cambij littera habent vim publici inſtrumenti, & paratam executionem, ſi acceptentur.p.285.col.2.n.7.
Cancellariæ *iudex Senatus Supplicationis quam habeat iuriſdictionem. pag. 19 tit 14.*
Cancellarius *dicitur à cancellando. pag. 6. n 2.*
Cancellarius maximus quis dicatur? ibid. num 1.
Cancellarius poſt Rectorem ſecundum locum obtinet. p.12.tit.4.
Cancellarius Senatus Portucalenſis. pag. 25. tit.36.
Cancellarij ſubſtitutus honore ipſius vtitur in his, quæ attinent ad iuriſdictionem cauſarum ad eius tribunal pertinentiū, non illis, in quibus ipſe honoratur reſpectu dignitatis, ordinis, vel gradus. ibid.§.vlt.
Canonicus *probat in fauorem ſui Capituli.p.378.col.1.n.14.*
Canoniſtarum *opinio in dubio recipienda eſt in his, quæ animæ fauorem reſpiciunt.pag.420.col.2.n.15.*
Capi *nullus poteſt quin priùs de corpore occiſo conſtet p.52.n.4.*
Captura *decerni poteſt præcedentibus legitimis indicijs.pag.52.n.3. vbi etiam quod vnus teſtis ſufficit vt quis capi poſſit.*
Carcer *virorum, & mulierum debet eſſe diſtinctus.p.24.§.4.n.1.*
Carceris cuſtos, vide cuſtos carceris.
Carceratus *teſtis eſſe non poteſt. p.396. col.2.§.9.n 1.*
Carceratus retineri poteſt pro ſalario cuſtodiæ, niſi pauper ſit.p.77. tit.77. in Princ.n.1.
Carceratus pro cibarijs datis retinetur. ibid.n.3.
Carceratus exiens de licentia cuſtodis pro confeſſo non habetur, nec datur caſus ælogij ſi inueniatur á Prætore extra carcerem.ibid.n.9.
Carceratus dicitur qui ſub fideiuſſoribus eſt relaxatus.p.239 col.1.n.3.
Carceratus non poteſt citari.ibid n.1.
Carceratus poteſt retineri á carcerario pro alimentis.p.24 §.vlt.
Carcerari aliquem iudex mandans non tenetur iniuriarum actione.p.57.n.9.
Carceratus de crimine quod per ſententiam infamaret teſtimonium non poteſt ferre.p.378.col.1.n.15.
Caſtra *debent per dominos cuſtodiri, & reparari tempore pacis, & belli, & non expenſis communibus. pag.75.tit.74. num.3.*
Cauſæ *cognitio quando dicatur adhiberi.p.450.col.2.§.3.n.2.*
Cauſa continentia diuidi non debet. pag. 309. col 1.n.2.
Cautio *idonea dicitur cum pignora, vel fideiuſſores dantur.p.303.col.1.n.6.*
Cautio à Principe remitti poteſt ex cauſa.p.313.col.1.§ 5.
Cedens *pro ceſſionario teſtis eſſe non poteſt p.378 col.2.n.17.*
Cenſus *ſolutionis probatio non requirit ſcripturam.p.404.col.2.§.14.n.1.*

Cenſus conſignatiui ſuper rebus conſtitutio, vel venditio debet gabellam. pag. 83. col. 1 n. 10.
Chartæ tuitiua quæ? p. 10. §. 6. n. 1.
Chartas tuitiuas concedit ſolus Rex, vel officiales ab ipſo ad id deputati, qui ſunt Palatini Senatores. p. 10. §. 6. n. 2.
Chartæ quas vocant de finta per Regem ſolùm conceduntur. p. 9 §. 5.
Charta inimicitiæ per Regem tantùm conceduntur. p. 9. § 5.
Cicatrix ſiſit notoria ex inſpectione oculorum iudex poterit facere condemnationem de ipſa cicatrice ſine medico. p. 56. n. 7.
Cicatrix in facie graue reputatur delictum ibidem.
Citatio eſt omnium actionum principium p. 205. col. 1. n. 2.
Citatio non poteſt tolli. ibid. col. 2. n. 3.
Citationis legitimæ propter defectum totus corruit proceſſus, niſi citatus compareat, quia tunc validatur citatio. pag. 206. col 1. n. 4.
Citatio non præſumitur. ibid. n. 5.
Citatio ſine iudicis mandato nulla eſt. pag. 207. col. 2 n. 6.
Citatio in dubio non præſumitur facta mandato iudicis ibid. col 2. n. 2.
Citationis neceſſarium eſt requiſitum relatio nuntij. p. 208. col. 2. n. 8.
Citari nemo poteſt extra ſuum territorium. p. 209. col. 2. n. 3.
Citatio ad partis inſtantiam committenda eſt. p. 211. col. 1. n 17.
Citatio eſt nulla deficiente aliquo ex requiſitis neceſſarijs. ibid col. 2. n. 2.
Citatus ad vnam cauſam non cenſetur citatus pro alia. p. 212 col 1.
Citatio per edictum quæ ſit. ibid. n. 1.
Citatio per edictum eſt exorbitans á iure communi, & ideo eſt reſtringenda. ibid. col. 2. n 2.
Citantur per editum incerti. ibid. n. 5.
Citatur per editum vniuerſitas. pag. 213. col. 2. n. 12.
Citatur per editum vagabundus. p. 214 col. 1. n. 13.
Citatur per editum terribilis. ibid n. 14.
Citatur per edictum latitans. ibid. n. 15.
Citatio eſt neceſſaria vt litis pendentia inducatur. p. 455. col. 2.
Citatio non ſeruata forma Ordin. eſt nulla. p. 214. col. 2. n. 22.
Citatio dicitur nulliter exequuta quando non eſt ſeruata forma data in executione. ibid n. 23.
Citatio ad domum qua ſit? pag. 215. col. 1. num. 1.
Citatio debet perſonaliter fieri ſi citandus reperiri poſſit, ſi tamen non poſſit haberi illius copia, ſufficit citatio ad domum. ibid n. 2.
Citatio illegitima ſuſtinetur ex comparatione partis. p. 216. col. 2. n. 12.
Citatio ſine die intelligitur ad primum. p. 217. col. 1.
Citatio vna generalis vſquè ad ſententiã incluſiuè valet. ibid. col. 2. n. 1.
Citatio partis requiritur in receptione teſtium. ibid. n. 4.
Citatio in die in honorem Dei feriato exequi non poteſt. p. 219 col. 1. n. 1.
Citatio clariſsima perſonæ requirit ſcripturam. p 220 col. 1. n. 1.
Citatio prima nunquam fit procuratori, niſi in ſubſidium. ibid col. 2. n. 1.
Citatio concilij quomodo fieri debeat. pag. 233. col. 1. n. 6.
Citatio facta in Eccleſia clerico celebranti, vel laico audienti Diuina non valet. p. 238. col. 1.
Citatio requiritur in ſententia lata ſuper deſertione appellationis. pag. 440. col 1. num. 17.
Citatione nulla non manet præuenta iuriſdictio. p. 39. §. 4. n. 2.
Citatio ad executionem teſtamentorum debet fieri per nuntium laicum. ibid. §. 5.
Citatio ſola facit perpetuare iuriſdictionẽ iudicis. p. 122. col. 1. n. 2.

Citatus *á iudice non ſuo comparere debet allegaturus incompetentiam, niſi ſit notoria. p. 214. col. 2. n. 18.*

Citatus ſemel per edictum licet poſt citationem conſtet eum eſſe in loco certo, non debet amplius citari, ſi á principio non conſtabat. ibid. col. 2. n. 20.

Citatus non dicitur in mora non comparendo quando non comparuit is, qui eum fecit citari, & citatio manet circunducta. p. 220. col. 1. n. 2.

Citatus ad vnam cauſam an ſuper aliam eodem termino reſpondere ſit obnoxius. p. 239. col. 2. n. 1.

Citandus habetur pro citato ſi facit vt ad eum citatio non perueniat. p. 215. col. 2. num. 4.

Citatorium edictum regulariter ſufficit affigi in vno loco. p. 214. col. 1. n. 17.

Ciuis *per priuilegium quando efficiatur. p. 200. col. 1. n. 1.*

Ciuis ex priuilegio creatus niſi habitet in ciuitate, oneraqué ciuitatis ſuſtineat, commodis, & priuilegijs ciuitatis non gaudet. ibid. col. 2. n. 2.

Ciuitati *factam iniuriam non poſſunt Rectores remittere p. 52. n. 9.*

Clauſula *ſi preces veritate nitantur. p 192. col. 1. n. 2.*

Clericatus *teſtis tenetur reddere rationem dicti ſui. p. 373. col. 1. n. 26.*

Clericatus non præſumitur, & incumbit onus probandi ei, qui dicit eſſe clericum. p. 130. col. 1. n. 2. & 3.

Clericatus probatur, vel per litteras Epiſcopi atteſtantis ſe contuliſſe Ordines, vel per teſtes, qui interfuerunt actui. ibid. n. 4.

Clericatus poteſt probari per vnum teſtem quando non agitur de alicuius præiudicio. p. 364. col. 2. n. 7.

Clericatus oppoſitio etiam habet locum poſt ſententiam, & omittens huiuſmodi exceptionem opponere condemnatur in expenſis, quam condemnationem poteſt facere iudex ſecularis. pag. 135. col. 1. num. 12.

Clericus *prouocans ad Ordines ſoluit expenſas. p. 429. col. 1. §. 5. n. 1.*

Clerici breuiarium, vel hora dominica capi non debent pro executione. p. 465. col. 2. n. 3.

Clericus quando dicatur potentior ratione fori. p. 316. col 1. n. 2.

Clericus, qui priuilegio fori gaudere poteſt ſi patiatur ſe condemnari per iudicem ſecularem poteſt obijcere exceptionem incompetentiæ. p. 338. col. 2. n. 22.

Clerici, qui á Rege habent officia illis priuantur, ſi prouocent ad Ordines. p. 138. col. 2. n. 1.

Clerici in officio ſeculari delinquentes á iudice ſeculari puniri poſſunt. pag. 139. col. 1. n. 5.

Clerici delinquentes an gaudeant Eccleſiaſtica immunitate? p. 141. col. 1. n. 2.

Clericus poteſt laicos, qui ſibi iniuriam fecerunt accuſare, vel coram Eccleſiaſtico, vel ſeculari iudice. p. 157. col. 2. n. 1.

Clerici non tenentur ſoluere gabellam de fructibus, & redditibus ſuorum beneficiorum. p. 160. col. 1. n. 8.

Clerici quando dicantur per viam negotiationis fieri mercatores. p. 161. col. 1. num. 2.

Clericorum in bonis poteſt fieri executio per exactores gabellarum. ibid. col. 2. num. 3.

Clerici in ſacris, vel beneficiati habent immunitatem á tributis, vel gabellis. pag. 159. col 1. n. 1.

Clerici in minoribus non ſunt exēpti á gabellis, exactionibus, & tributis. ibid. col. 2. n. 6.

Clericus perturbans Rempubl. & eius pacem poteſt ejci é Regno. pag. 164. col. 1. num. 4.

Clerici, & Eccleſiaſtica perſonæ non poſſunt ſuccedere in bonis regalengis. pag. 165. col. 1.

Clerici licité poſſunt teſtari attentata conſuetudine de bonis intuitu Eccleſiæ quæſitis

Digitized by Google

quæſitis.pag.167.col.2.n.3.

Clericus non ſuccedit in bonis Regiæ Coronæ.p.186.col.2.n.1.

Clericus non poteſt ſuccedere in feudo. ibid.n.2.

Clericus in minoribus ſuccedit in feudo. p.187.col.1 n.4.

Clericus habet domicilium, & eſt ciuis illius diœceſis, in qua ſitum eſt eius beneficium.p.201.col.1.n.4.

Clerici ratione originis, & domicilij vaſſalli ſunt illius Regis, in cuius territorio degunt, & ciues illius ciuitatis, ſeu oppidi, in quo nati ſunt pag.17.§.12.in fine.

Clerici non poſſunt eſſe tabelliones. p.89. col.1.n.2.

Clericus citari poteſt ad cauſam diuiſionis faciendæ coram ſeculari. pag 98.col.1. num.6.

Clericus conueniens laicum coram iudice ſeculari, coram eodem reconueniri poteſt á laico.p.118.col.1 n.1.

Clericorum poſſeſſorij cognitio etiam cauſæ ſpiritualis, vel Eccleſiaſtica pertinet ad iudicem ſecularem.p.119.col.2. n.1.

Clericus citatus coram iudice ſeculari dùm laicus eſſet non mutat forum per clericatum, ſed in ciuilibus tantúm tenetur reſpondere coram illo iudice laico, qui ante clericatum de cauſa cognoſcebat.p.122 col.1.n.1.

Clerici in minoribus, ſiue ſoluti, ſiue coniugati ſint, non gaudent fori priuilegio in cauſis merè ciuilibus. ibid col.2. n.1.

Clericus habens feudum á Principe ſeculari conuenitur, & reconuenitur coram temporali iudice.p 124 col.1. n.2.

Clericus hæres laici defuncti capta iam lite cum eo inſtantia ligatur, tenetur què coram iudice ſeculari eam proſequi. ibid. num.1.

Clericus hæres laici defuncti ſi conueniendus ſit in caſu, quo ſucceſſor conuentus fuerat, tunc coràm iudice Eccleſiaſtico conueniendus eſt.p 125.col.1.

Clericus, cui lis eſt denuntiata vt emptorem laicum defendat tenetur id facere coram iudice ſeculari p.125.col 2.

Clerici in minoribus poſſunt cogi per iudicem ſecularem occurrere ad incendij extinctionem, & ad cuſtodiam ciuitatis pro faciendis vigilijs, alij autem clerici in maioribus per Epiſcopos compelli debent.p.126.col.1.n.1.

Clericus patrimonialia bona á Rege habens pro cenſibus, & tributis ipſorum poteſt coram iudice ſeculari conueniri. p.128.col.2.

Clerici coram iudice ſeculari conueniri poteſt ſuper calumnijs, vulgò, coimas pag. 129. col.1.

Clericus factus, vel beneficium obtinens poſt delictum commiſſum, & poſt infamiam ab eo ortam, & à iudice ſeculari perquiſitus, tenetur coram eo de titulo docere vt ad iudicem Eccleſiaſticum remittatur.p.126 col.1.

Clerici in ſacris conſtituti, vel beneficiati notoriè pro talibus cogniti vbiprimùm capti fuerint, ad ſuos Prælatos remitti debent, ſi tamen de clericatu, aut beneficio notoriè non conſtet poſtquàm coram iudice ſeculari de illo per tituli oſtenſionem, vel neceſſariam probationem certum fecerint, remittendi ſunt remoto grauamine, vel appellatione. pa. 129. col 2 n.1.

Clerici remiſſio quando fit ad iudicem Eccleſiaſticum cum eo remittenda ſunt acta de crimine, de quo inculpatur ibid. col. 2.n.1.

Clericus, & laicus ſi ſimul delinquant, laicus ad ſuum iudicem ſecularem, Eccleſiaſticus verò ad Eccleſiaſticum eſt remittendus p.131.col.1.n.4.

Clerici in ſacris, vel beneficiati poſſunt ſpoliari armis per iudicem ſecularem ſi ea deferant prohibita, vel tempore non permiſſo p.132.col 1.n.1.

Clerici in minoribus gaudent priuilegio fori in cauſis criminalibus, ſiue criminaliter

naliter, ſiue ciuiliter intentatis. p.132. col.2.n.1.

Clerici in minoribus coniugati, vt gaudeant fori priuilegio requiritur quod duobus temporibus habitum gerãt, & tonſuram clericalem, tempore ſcilicet delicti patrati, & tempore capturæ. ibid. col.2.n 6.

Clericus in minoribus vt gaudeat fori priuilegio debet probare ſe eſſe addictũ per Epiſcopum ſeruitio alicuius Eccleſiæ. p.134.col 2.n.11.

Clericus in ſacris, vel beneficiarius repertus in flagranti delicto poteſt capi, & incarcerari á iudice ſeculari, vt ad ſuũ iudicem ducatur. p.135.col.2.n.1.

Clericus non poteſt eſſe procurator. p.299. col.1.n.1.

Clericus in minoribus poteſt eſſe aduocatus, dũmmodo non ſit beneficiatus. ibid. col.2.n.2.

Clericus poteſt eſſe aduocatus in Curia Romana in quibuſcunque cauſis, & pro quibuſcunque perſonis. ibid n.3.

Clericus pauper non habens patrimonium, aut beneficium poteſt eſſe aduocatus. ibid.n 4.

Clericus poteſt in camera conſulere, ibiqué conficere iuris allegationes. pag. 300. n.7.col.1.

Clericus poteſt eſſe aduocatus in vna cauſa. ibid n.8.

Clientulus *non poteſt eſſe teſtis pro ſuo aduocato. p.378.n.19.*

Collecta *non imponitur, niſi de licentia Principis. p.62. §.40. & p.101. col.2. num 3.*

Collectas imponendi poteſtas eſt reſeruata Principi. p.166.col.2.n.1.

Collecta non poteſt imponi à ciuitatibus ac communitatibus pro ſalario medici, ſeu aduocati abſqué Regia licentia. pag. 64 n.3.

Colonus *non admittitur in teſtem pro domino ſuo. p.378.n 20.*

Compromiſsum *nõ poteſt fieri in cauſis pertinentibus ad Regiam Coronam. p.26.tit.40.in Principio.*

Compromiſſum non debet gabellam. pag. 83. col.2.n.11.

Compromittere poſſunt partes valide in ſuum iudicem ordinarium, vel delegatum. p 247.col.1.n.1.

Compromiſſum morte vnius ex arbitris ſoluitur p.247.col.2.n.1.

Compromiſſum nullum non eſt compromiſſum. p.249.col.1.n.2.

Concluſio *in cauſa quando ſit de proceſſus ſubſtantia p.415.col.1 n.8.*

Comes *quis dicatur? p.8.n.8.*

Commendatarij *poſſunt ſuper iuribus ipſius Commendæ lites mouere abſqué vxoris conſenſu. p.332.col.2.n.18.*

Compater *pro compatre an poſsit eſſe teſtis? p.379.n.24.*

Concubinarij *laici, vel ſolati poſſunt per Prælatos, ſuosqué officiales tribus concurrentibus admonitionibus diſtinctis temporibus excommunicari, incarcerari, vel ablatis pignoribus mulctari. p.126.col.2.n.1.*

Concubinatus *eſt mixti fori. pag.155. col.1.n.2.*

Coneſtabilis *quis dicatur? pag.7.§.12. num.1.*

Conditionalis *contractus pendente conditione non debet gabellam, qua conditione impleta ſoluetur primo gabellario. p.83.n.12.*

Confeſsio *ſi fiat præcedente libello, & litis conteſtatione requirit ſententiam condemnatoriam. p.426.col.2.n.2.*

Confeſsio ſupplet defectum ſcripturæ. pag. 401.col.1.n.4.

Confeſsio pœnitentialis poteſt probari per vnum teſtem p.365.col.1.n.13.

Confeſſus qui non eſt peccata ſua, nec recipit Corpus Domini in quadrageſima non eſt idoneus teſtis. p 379.n.21.

Confeſsio facta coram tabellione ſine iudicis mandato non nocet confitenti. p.21.col.2.n.2.

Confeſsio

Digitized by Google

Confeſſio criminis per viam exceptionis oppoſiti, vel aliás incidenter emanata an ad condemnandum ſufficiat. p.22. §.20.
Conſeſſio *vt valeat debet redigi in ſcriptis, & ſignari per partem confitentem* p 22.§. 20.n.2.
*Confeſſus debitum ante datum libellum non ſoluit Regi decimam condemnationis.*p.426.col.2.n.2.
Confeſſio poſt terminum, & concluſionem in cauſa, ac contra præſumptionem iuris, & de iure admittitur. p.410. col.2. num.3.
Confiteri *non videtur aduerſarij agentis intentionem, qui ad excludendum ius actoris exceptionem opponit.* pag.334. col.2.n.2.
Confinia *in antiquis probantur per teſtes de auditu.*p.366.col.2.n.6.
Confinia probantur per teſtes ſingulares. p 370.col.1.n.30.
*Confinium teſtis tenetur reddere rationem dicti ſui.*p.372.col.2.n.18.
Confratriæ *quando dicantur Eccleſiaſticæ?* p.44.§.42.
Coniugati *præferuntur non coniugatis.* p.67.n.7.
Conſanguinitas *probatur per teſtes de auditu.*p.366.col.2.n.9.
*Conſanguinitas probatur per teſtes ſingulares.*p.369 col.2.n.23.
*Conſanguinitatis teſtis tenetur reddere rationem dicti ſui.*p.371.col.2.n.4.
Conſecratio *Eccleſiæ poteſt probari per vnum teſtem.*p.365.col.2.n.25.
Conſilia *ſunt lecturis anteferenda.* pag. 422. col.2.n.6.
Conſiliarius *Regis non poteſt recuſari.* p 269.col.1.n.7.
Conſilium *præbere diebus feſtiuis licitum eſt.*p.253.col.2.n.13.
*Conſilium præbere non tenetur gratis aduocatus quando id facit ſine labore, & librorum reuolutione.*p.31.§.27.n.6.
Conſortes *in eádem cauſa teſtes eſſe non poſſunt.*pag.379.col.1.num.25.
Conſuetudo *eſt ſeruanda.*pag.419. col. 1.n.11.
Conſuetudo concernens ordinatoria iudicij ſeruanda eſt.ibid.col.2.
Conſuetudo in quo differat ab ſtylo. ibid.
Conſuetudo non inducitur ex ſententijs difformibus.ibid.
Conſuetudo eſt optima legum interpres. ibidem.
Conſuetudo eſt interpretatiua contractuũ. ibidem.
Conſuetudo facere poteſt quod facere poteſt pactum.ibid.
Conſuetudo actuum frequentiam exigit. ibidem.
Conſuetudo debet eſſe vniformis, non autem diuerſimodè obſeruata, vel diuerſis actibus facta.ibid.
*Conſuetudine probanda non defertur iuramentum in ſupplementum probationis.*p.347.col.1 n.15.
Conſuetudinis teſtis tenetur reddere rationem dicti ſui p.373 col.2.n.29.
Contractus *appellatione non comprehenditur quaſi contractus.* pag 401.col.2. num.8.
Contractibus conficiendis inſpiciuntur leges, & conſuetudines locorum, in quibus fiunt. p 402.col.1.§.1.
*Contractus ab vxore celebratus ſine conſenſu mariti nullus eſt.*p.331.col.6.
*Contractus valere non debet, niſi quandiù ius cõcedentis durat.*p.189.c.2.n.2.
*Contractus non aſſumit robur á nominatione partium.*p 46.§.53.n.3.
Contractus conditionalis pendente conditione non debet gabellam, quæ conditione impleta ſoluetur primo gabellario p 83 col.2.n.12.
Contractus factus inter cuſtodem carceris, & carceratum non valet. p.77. col.1. num.4.
Contumacia *eſt delictum.*p.244.col.2. num.1.
Contumacia non cauſatur ex citatione nulla.

Digitized by Google

nulla.pag.245.col.1.num.1.

Contumacia pœna quæ ſint?p.244.col.2: n.2.

Contumax *non videtur in iudicem conſentire, nec iuriſdictionem prorogare. p. 245.col.1.n.3.*

Contumax verus quis dicatur? pag.452. eo. 2.n.2.

Contumax verus non auditur appellans. ibid.§.3.n.1.

Conuentiones *partium per ſententiam confirmantur.p.81.§ 12 n.2.*

Conuerſi *verè religioſi ſunt.p.137.col.2. n.6.*

Conuerſi gaudent priuilegio fori, & exemptionis á poteſtate ſeculari, & á tributis, & priuilegio Canonis p.137. col.2.n.7.& 8.

Creditor *tempore prior an á poſteriori rẽ condictione repetere poſſit? p.472.col. 2. tit.91.n.1.*

Criminalibus *in cauſis ſemper eſt ponenda clauſula quòd fiat ſolutio in carceribus.p.429.*

Criminalibus in cauſis poſſunt teſtes poſt publicationẽ examinari p.411.col.1.n.8.

Criminalibus in cauſis teſtis debet reddere rationem dicti ſui p.373.col.2 n.32.

Criminalibus in cauſis criminaliter intentatis locum non habet iuramentum in ſupplementum probationis.pag. 347. col.2 n.32.

Culpa *in omittendo leuior eſt quàm in committendo.p.55.n.22.*

Curia *quæ dicatur?p.14.tit.7.*

Curia ſemper intelligitur cum quinque leucis in circuitu.ibid in Princ.& pag. 217.col.1.

Curiæ Supplicationis aduocati potiuntur priuilegijs Doctorum, & illis conceditur homagium etiam in cauſis criminalibus p.28. §.1. quod etiam obtinet in aduocatis Curiæ Portucal.ibid.§.2.

Curialis practica ſeruanda eſt. pag. 5. in princ.§.37.

Curiæ ſtylus: vide Stylus Curiæ.

Curator *datus bonis non poteſt mouere actiones non tempore perituras p.108. col.1.n.7.*

Curator datur illi, cui pater eſt apud hoſtes.ibid.n.8.

Cuſtos *carceris curialis quis ſit? pag.23. tit.33.*

Cuſtos carceris æquiparatur depoſitario. ibid.n.2.

Cuſtos carceris punitur ex omni eo quod imittitur in carcerem.p.24.§.2.

Cuſtodis culpa præſumitur ſi mulier pragnans repertatur in carcere. ibidem, n.3.

Cuſtodis culpa præſumũtur inuecta in carcerem p.24.§.5.

Cuſtos dicitur negligens, & in culpa quando poſuit carceratum contra mandatũ iudicis in aliquo loco non tuto, & ex eo poſtea aufugit, quia ſemper præſumitur ſua culpa.ibid.§.3.n.1.

Cuſtos non eſt in aliqua culpa, vel negligẽtia ſi carcerati aufugerint ex carcere aliquo fortuito caſu ibid.n.2.

Cuſtos excuſatur ex fuga carcerati, ſi nobilis, & bonæ opinionis carceratus pro paruo debito, & leui cauſa criminali detentus ab illo ſit in latioribus ſtantijs, & carceribus, á quibus aufugit. ibid.n.3.

Cuſtos non tenetur ex fuga præparata á carcerato aliquo proditorio modo, qui non poterat á cuſtode præuideri. p.78. col.1.n.5.

Cuſtos carceris non poteſt relaxare captum ſine bulletino relaxationis.ibid.§ 8.

D.

DAmnum *irreparabile affert tormentis aliquem ſubiacere. p 432. col 2.n.4.*

Damni irreparabilis plures caſus. p. 433. col.1.n.8.

Dardanarius *non dicitur vẽdens propria frumenta, vel vina.p.20.tit.18 §.1.*

Datio *in ſolutum voluntaria ſoluit gabellam.p.*84.*col.*1.*n.*13.

Debitor *ex cauſa ciuili Eccleſiaſtica immunitate non gaudet.p.*146.*col.*1.*n.*1.

*Debitor condemnatus per ſententiam, ſi in executione non reperiantur bona, quibus ſoluat poteſt in carcerem conijci, & interim dum reperiuntur bona non eſt deueniendum ad capturam. p.*464.*col.*2.*n.*1.

*Debitor pro ſuo creditore idoneus teſtis nõ eſt.p.*380.*col.*1.*n.*31.

*Debitores falliti immunitate non gaudent.p.*147.*n.*4.

Decimarum *in ſolutione vterque iudex tám ſecularis, quám Eccleſiaſticus competens eſt, & datur locus præuentioni. p.*125.*col.*1.*n.*2.

*Decimales fructus conducti á clericis debent gabellam.p.*84.*col.*1.*n.*14.

*Decima condemnationis non ſoluitur ab eo, qui confeſſus eſt debitum ante ſententiam.p.*416.*col.*2 *n.* 2.

Deciſiones *Doctorum lege deficiente plurimum valent.p.* 419.*col.*1.*n.*8.

Deciſiones Rotæ Romanæ magiſtrales ſunt adinſtar particularium deciſionum.pag. 418. *col.* 2. *n.*7.

Decretum *iudicis præcipit anter emiſſum non præſumitur rité factum.pag.* 104. *col.*1.*n.*4.

Decocti *á teſtimonio repelluntur. pag.* 380. *col.*1.*n.*30.

Decuriones *repræſentant totam ciuitatem.p.*58 *in Princ.n.*1.

Decuriones habent poteſtatem ſtatuendi, ſed non exequendi.ibid.

Decurio electus maior in ætate eſt præferendus in prærogatiua ſedendi alij, qui priùs fuit adeptus poſſeſſionem. ibid.

*Decurionibus tradi debent claues ciuitatis.p.*59 *n.* 2.

*Decurionibus imputatur negligentia in officio.ibid.n.*3.

*Decurio poteſt eſſe aduocatus.ibid.n.*4.

*Decurio non poteſt eſſe mechanicus. ibid. n.*5.

*Decurio habitans ruri poteſt cogi redire ad ciuitatem.p.*59.§.1.

*Decuriones non poſſunt pœnam minuere, niſi data cauſa.p.*60.§.19.

Decuriones de iure communi poterant taxare ſalaria ſuis legatis.ibid.§.21.

*Decurionum intereſt in ciuitate ſtatuere in his omnibus, quæ ciues, & incolas dirigant ad benè, beatequé viuendum, præſertim circa victualia, & opera mechanica.p.*61.§.28.*n.*2.

*Decurio antiquior tenetur congregare ſenatum.ibid.n.*3.*in fine.*

*Decuriones iniuſtam litem proſequentes tenentur iudicati.ibid.n.*5.

*Decuriones ſtatuto poſſunt augere pœnam. p.*69.*in princ.n.*4.

*Decuriones poſſunt taxare numerum cauponarum.p.*69.§.12.*n.*3.

Defunctorum *voluntates inuiolabiliter exequi publicé intereſt.p.*40.§.8.

*Defunctorum voluntatum exequutio quando ſit mixti fori.p.*39.§.4.*n.*11.

Degradatus *á teſtimonio repellitur.pag.* 380. *col.*1.*n.*32.

Delictum *non confitetur, qui illius veniam petit.p.*11.§.10.*n.*1.

Delictum graue reputatur vulnus in facie, ſi ex eo remanſura ſit cicatrix.pag. 56. *n.*7.

Delictis eſt ſequenda mitior opinio. pag. 422. *col.*2.*n.*7.

*Delicti forus tanquam principalis debet attendi.p.*230.*col.*2.*n.*3.

*Delicti loco poteſt quis accuſari, etſi in eo non inueniatur.p.*231.*col.*2.*n.*1.

Delinquens *in Eccleſia immunitate Eccleſiaſtica non gaudet. pag.*145. *col.* 1. *n.*1.

Dementia *probatur per teſtes ſingulares. p.*369.*col.*1.*n.*17.

Denuntiatio *non requiritur ſi offenſus præueniat in accuſando maleficium. p.*75.*col.*1.*n.*2.

Denun-

Denuntiare omittens quando tenetur ex officio peccat.p.75.col.1.n.3.

Denuntiationis cauſa probatur per teſtes de auditu.p 368.col.2.n.10.

Depoſitarius *non poteſt ſe nominari iudex.p.105.col.2.*

Deputatus *ad certa bona diſtribuenda inter pauperes, poteſt in ſe ipſum vti pauperem diſtribuere p.41.n.4.*

Dies *in inſtrimentis apponendus. p. 93. col.1.§.7.*

Dies termini non computatur in termino. p.243.col.2.n.1.

Diffamatus *pro Reo habetur.p.241.col. col.2.n.1.*

Digitus *non eſt membrum.p.55.n.16.*

Dignitatis teſtis tenetur reddere rationem dicti ſui.p.371.col.2.n.8.

Dignioribus *magis creditur, quám minus dignis.p.363.col.2.n.7.*

Dilatio *moratoria non conceditur in cauſis Regijs.p.313.col.1.n.1.*

Dilatio moratoria non conceditur in depoſito.ibid.n.3.

Dilatio moratoria non conceditur in ſalarijs.ibid col.2.n.4.

Dilatio moratoria non conceditur in cauſa alimentorum.p.313.col.2.n.6.

Dilatio moratoria non conceditur in cauſa dotis.ibid.n.7.

Dilatio moratoria conceſſa debitori non prodeſt fideiuſſori.p.314.col.2.n 5.

Dilatio probatoria in cauſa Ciuili eſt peremptoria.p.359.col.1.§.1.

Dilatio omnis probatoria de iure communi eſt peremptoria.p.360.col.1 §.1.

Dilationum materia iudici arbitraria eſt. ibid.col.2.§.3.

Dilatione pendente nihil innouandum. p.361.col.2.§.15 n.1.

Dilatione finita probatio facta eſt nulla. p 362.col.1.n.3.

Dimiſsio *ſimplex, vel refutatio non ſoluit gabellam.p.84 col.1.n.16.*

Diſtributio *facienda ab executore in virgines maritandas non poteſt erogari in ingredientes monaſterium.p.40.§.16.*

Diſtributor *deputatus ad certa bona diſtribuenda inter pauperes poteſt in filios ſuos pauperes fraude ceſſante diſtribuere.p.41.n.4.*

Diuiſiones *ſi fiant per viam refutationis de illis non debetur gabella.pag.84. col.1 n 15.*

Diuitiæ *reddunt quem potentiorem pag. 316. col.1.n.3.*

Diſcipulus *in cauſa magiſtri teſtis eſſe non poteſt.p 380.col.1.n.33.*

Doctoris *inſignis pragmatici ſcripto prolata atteſtatio ſuper ſtylo, & vſu ordinario ſibi cognito fidem facit.p.418. col.1.n.5.*

Doctorum reſolutiones lege deficiente plurimum valent.p.419 col 1.n.8

Doctori aſſerenti conſuetudinem vigere in loco,in quo verſatur credendum eſt. p.420.col.1.n.12.

Doctor non poteſt atteſtari de conſuetudine totius orbis.ibid.

Doctor non poteſt fundare opinionem cōtra Eccleſiam.p.422.col.1 n.5.

Doctor debitor ob æs alienum non carceratur.p.465.col 1.n.2.

Dolus *præſumi non debet niſi clare probetur.p 428.col.2.n.1.§.1.*

Dolus probatur per teſtes ſingulares. pag. 369. col.2.n.19.

Doli teſtis tenetur reddere rationem dicti ſui.p.372.col.1.n.13.

Domeſtici *á teſtimonio repelluntur. p. 375.col.1.n.1.& p.380.col.1 34.*

Domeſtici in quibus caſibus non repellantur á teſtimonio.p.375. col 2.n.2. cum ſeqq.

Domicilium *quotuplex ſit. p.200. col. 1. n.1.*

Domicilium originis eſt immutabile.ibid. num.2.

Domicilium eſt habitatio animi deſtinatione perpetua, in qua quis rerum ſuarum magnam ſummam conſtituit. ibid col.2.n 2.

*Domicilium principalitus inſpiciendum eſt vbi quis diuerſis locis habet domicilium.p.*201*.col.*1*.n.*3.

*Domicilij, vel originis iudex poteſt ad requiſitionem partis inquirere de delicto alibi commiſſo.p.*55*.n.*20.

*Domicilium non contrahit Caſtellanus, ſcholaris.ibid.p.*201*.col.*2*.n.*2.

*Domicilium habet clericus, & eſt ciuis illius diœceſis, in qua ſitum eſt eius beneficium ibid.col.*1*.n.*4.

Dominium *probatur per teſtes ſingulares.p.*368*.col.*2*.n.*10.

*Dominium in antiquis probatur per teſtes de auditu.p.*366*.col.*2*.n.*8.

*Dominio in probando non defertur iuramentum ad ſupplendam probationem. p.*347*.col.*1*.n.*22.

Dominus *iniuriarum actione agere poteſt ſi iniuria fiat ſeruo, vel famulo eius contemplatione.p.*51*.n.*5.

Donati *Sancti Ioannis non potiuntur fori priuilegio.p.*153*.col.*2 *n.*1.

Donatio *bonorum Regia Corona non cenſetur feudum.p.*185*.col.n.*1.

Donatio gratuita, niſi in fraudem gabellæ fiat, non ſoluit gabellam. pag. 84. *col* 1*.n.*17.

*Donationum confirmationes, quæ requirunt inſinuationem per Regem ſolùm conceduntur in Senatu Palatij p.*9*.§.*5.

Donans *pro donatario teſtis eſſe non poteſt.p.*380*.col.*1 *n.*35.

Dos *etiam æſtimata non ſoluit gabellam p.*84*.col* 1*.n.*18.

*Dotis cauſa probatur per teſtes ſingulares. p.*370*.col.*1*.n.*37.

*Dos promiſſa filio ante matrimonium probari poteſt per teſtes.pag.*404*.col.*1*. num.*4.

Dux *quis dicatur? p.*7*.§* 12*.n.*7.

E.

EBrietatis *teſtis tenetur reddere rationem dicti ſui.p.*372*.col* 2*.n.*17.

Ebrius *non poteſt eſſe teſtis.p.*380*.col.*2*. n.*36.

Eccleſia *non poteſt emere bona immobilia ſine licentia Regis.p.*165 *col.*2*.n.*1.

*Eccleſia ex diuturnitate temporis præſumitur ædificata auctoritate Ordinarij. p.*43*.§* 39 *n* 3.

*Eccleſiæ factam iniuriam non poteſt Epiſcopus, vel Prælatus remittere.p.*52*.n.*10.

*Eccleſia non conſecrata, interdicta, vel polluta gaudet Eccleſiaſtica immunitate. p.*141 *á n.*1.

Eccleſia petens per reſtitutionem in integrum reſciſionem contractus debet illam petere in foro Rei conuenti. pag. 123*. col.* 1 *n.*3.

*Eccleſia, Eccleſiaſtica perſona, ac monaſteria patrimonialia bona, vel quidquid aliud á Rege habentes, ſuper eiſdem bonis coram iudice ſeculari Regis ſunt conueniendi.p.*128*.col.*1*.n.*1.

*Eccleſia reſtituitur ad probationem omiſſam.p.*318*.col.*2*.n.*2.

Eccleſia ad teſtes poſt publicationem examinandos reſtituitur. pag. 411*. col.* 2*. n.*17.

Eleæmoſyna *debet dari priùs illis, qui ſunt de ſanguine.p.*42*.n.*7.

Electionem *non rite factam de aliquo officiali ad inſeruiendum Reip. poteſt quilibet de populo impugnare.p.*65 *n.*7

Electionibus quando dantur pares voces ſorte dirimenda eſt quæſtio. pag. 66*. n.*10.

Electi á Rege non poſſunt ſe excuſare niſi coram Senatoribus Sacri Palatij. pag. 65*. n.*6.

*Eligere nemo poteſt ſeipſum. ibidem num.*5.

*Eligendi non ſunt ad officia publica, & honores deſcendentes ex conuerſis iudæis p.*65*.n.*3.

Eligibilis de iure communi fit ineligibilis de conſuetudine.p 65*.n.*2.

Eligi ad officium procuratoris concilij poteſt nobilis, quando conſuetudine introductum

ductum fuit vt huiuſmodi perſonæ ad hæc minus eligantur p.65 n.6.

Eligi poſſunt viles perſonæ quoties Reſpublica, vel Eccleſia idoneorum hominum penuria laborat.pag 66.in Princ. num 4.

Elogia *non probant ſine citatione partis. p.413 col.1.n.2.*

Emancipationes *filiorum expediuntur per eorum patres apud iudices. pag. 10. §.7.n.1.*

Emancipationis inſtrumentum probat patriã poteſtatẽ præceſsiſſe.p.10.§.7.n.2.

Emancipationis cauſa eſt inæſtimabilis. p 442.col.1.n.6.

Emphyteuſis *bonorum Regiæ Coronæ regulantur ſecundùm emphyteuſes priuatorum. p.186.col 2.*

Emphyteuticum ius venditum, ſiue proprietario ipſi, ſiue cuicunquè altero gabellam debet, ſecùs ſi detur pecunia tempore conceſsionis pro ingreſſu.pag.84. col.2.n 20.

Emphyteuta *pro domino ſuo teſtificare non poteſt quando agitur de re emphyteutica.p 380.col.2.n.37.*

Emphyteuſis nominationis ſi iuſſu iudicis capta ſit quando in ea poſsit fieri executio.p.476.§.3.

Emphyteuſis ſolutionis probatio non requirit ſcripturã p.404.col.2.n.1.§.14.

Emptor *debet litem motam venditori nuntiare, vt poſsit contra eum agere de euictione p.327.col.1.§.2.n.1.*

Epiſcopus, *vel prælatus remittere non poteſt iniuriam factam Eccleſiæ. p.52. n 10.*

Epiſcopus in cauſis ſuæ Eccleſiæ, vel Epiſcopatus poteſt ius dicere, ſecùs quando cauſa eſt perſonalis. pag. 281. col.2. num.5.

Eremitæ, *qui nullam profitentur religionem non ſunt exempti à poteſtate ſeculari.p.137.col.1.n 3.*

Eremitæ à collectis, & gabellis non ſunt immunes.ibid n.4.

Eremitæ profeſsionem emittentes à tributis eximuntur.p.159.col.2.n.3.

Euictione *dominus citari debet non procurator.p.327.col.2.n.8.*

Euictio habet locum in beneficialibus. p.328.col.1.n.3.

Euictio habet locum in emphyteuſi. ibid. num.4.

Euictio habet locum in feudo. ibid. col.2. num.5.

Euictio *ceſſat cum quis ſcienter rem emit alienam p.329.col.1.n.5.*

Excommunicatus *ad iudicia procurator eſſe non poteſt ſecùs ad negocia pag. 30. §.25 n.4.*

Ex*communicatus maiori excommunicatione agens non habet beneficium l. Diffamari p.241.col.1.n.2.*

Ex*communicatus maiori excõmunicatione in iudicio aſsiſtere nequit vt actor, nec vt iudex, & aduocatus notarius, aut teſtis. p.339.col.1.§.4.n.1.*

Ex*communicationis cauſa non defertur iuramentum ad ſupplementum probationis p.347.col.2.n.14.*

Ex*communicatus minori excommunicatione non repellitur à iudicio. ibid. col.2.n.3.*

Ex*communicatus non eſt hodie vitandus donec ſit publicatus, & denuntiatus à iudice.ibid.n.4.*

Ex*communicatus non poteſt eſſe arbiter, bene tamen arbitrator.p.340.col.1.§. 5. n.2.*

Ex*communicatus non poteſt eligi ad officia etiam ſecularia ibid.*

Executoris *officium voluntarium. pag. 38.tit.62.in Princ.n.1.*

Executor *teſtamenti etiam præſens, & tacens non videtur acceptare officium, dummodo non ſit coniunctus. ibid.n.2.*

Executor *quod ſalarium habere debeat. ibid.n.4.*

Executoribus *ignorantibus non currit annus.p.39.§.2.n.1.*

Executores teſtamentarij, etſi facultatem vendendi rem alij habeant, ipſi tamen emere ſibi directè, vel per interpoſitam perſonam non poſſunt ibid. §.7.

Executor eligere non poteſt filium ſpurium teſtatoris. p.42.n.5.

Executor poteſt eligere pauperes ſibi coniunctos. ibid. n 6.

Executio fieri non poteſt ex exemplo exempli producto etiam iudicis auctoritate. p.264.col.2.n.3.

Executor teſtamenti non poteſt eſſe teſtis in negotijs per ipſum exequendis. pag. 380. col.2.n.39.

Executio *debet fieri citata parte.* pag. 450.col.2.n.2.

Executio ſententiæ poteſt impediri à tertio. p.460.col 2.n.2.

Executio ſententiæ impeditur per exceptionem nullitatis. p.461.col.1.n.8.

Executio an ſit nulla ſi priùs fiat in rebus immobilibus, quàm in mobilibus. pag. 462. col.1.n.2.

Executio an poſſit fieri in actionibus? pag. 463. col.1.§.12.

Executione ſententiæ in immobilibus, an requiratur citatio vxoris? ibid. col.2. num 3.

Executio poteſt fieri contra tertium, qui acquiſiuit lite pendente. pag.464. col. 1. §.16.

Executio fieri non poteſt in diſtributionibus quotidianis clerici. pag.464. col.2. num. 3.

Executione an ſufficiat quòd mulier condemnati ſit præſens, vel habeat illius notitiam? p.468.col.1 nu.7. cum ſeqq.

Executionem volens retractare tenetur offerre debitum. p 462. col 2.n.3.

Exceptio *ſuſpicionis debet allegari ante litem conteſtatam.* p.335.col.1.§ 1.

Exceptio dilatoria opponenda eſt ante litis conteſtationem ibid col.2.§.2.nu.1.

Exceptio excuſſionis ante litem conteſtatam eſt opponenda. ibid n.2.

Execeptio ſpoliationis ante litem conteſtatam eſt opponenda. p 336.col.1.n.3.

Exceptio continentiæ cauſæ non diuidendæ ante litem conteſtatam eſt opponenda. p.336.col.1.n.4.

Exceptio litis pendentis debet opponi ante litem conteſtatam. ibid.n.5.

Exceptio ſubreptionis ante litem conteſtatam opponi debet. ibid.col.2.n.6.

Exceptio dilatoria in continenti poſt litem conteſtatam opponi debet. p.337. col.1.n.8.

Exceptio defectum perſonæ iudicis reſpiciens opponi poteſt poſt litem conteſtatam. p.377.col.1.n.9.

Exceptio falſi procuratoris in quacunque parte iudicij opponitur. ibid n.10.

Exceptio vt quis non conueniatur niſi in quantum facere poteſt poſt litem conteſtatam opponi poteſt. ibid.col 2.n.11.

Exceptio attentatorum opponi poteſt in quacunque parte iudicij. ibid n 12.

Exceptio non confecti inuentarij opponi poteſt poſt litem conteſtatam. ibid.n.13.

Exceptio ineptitudinis libelli opponi poteſt poſt litem conteſtatam. ibid n.14.

Exceptio quòd debent dari alimenta opponi poteſt poſt litem conteſtatam. ibid. n.15.

Fxceptio rei iudicatæ eſt peremptoria. pag. 340. col.2.n.1.

Exceptio per quam concluditur ius agendi non competere actori de ſui natura litis ingreſſum impedit. p.341.col.1.nu.5.

Exceptio ſolutionis in executionis actu opponi poteſt. ibid.col 2.n.6.

Exceptio pretij non ſoluti eſt peremptoria, & opponi poteſt etiam poſt ſententiam p.342 col 1 n.8.

Exceptio rei non dùm traditæ eſt peremptoria ibid.n.9.

Exceptio non numeratæ pecuniæ, in quacunque parte litis opponi poteſt, & litis conteſtationem impedit. ibid. col. 2. n.12.

Exceptio peremptoria non poteſt opponi ante litis conteſtationẽ. p.343.col 1.§. 2.

Exceptiones contra ſententiam debet condemnatus allegare intra ſex dies, à die, quo in eius bonis facta eſt captio pignorum.pag.469.col.2.titul.87. in Princ.n.1.

Exceptio falſitatis aduerſus teſtes obijci poteſt etiam poſt ſententiam.pag.470. col.1.§.1.n.2.

Exceptio nullitatis ratione incompetentia impedit executionem.p.470.col.1. num.3.

Exceptio retentionis melioramentorum poteſt opponi etiam poſt ſententiam,& illius impedit executionem. ibid.col.2. n.6.

Exceptiones impeditiuas poteſt executor remittere ad iudices, qui ſententiam tulerunt, vel de illis cognoſcere. p.471. col.2.§.14.

Excuſsionis *exceptio ante litem conteſtatam eſt opponenda.p.335.col.2. §.2. num.2.*

Exemplum *non amittit vires ſuas protocollo non apparente.p.79.§.2.n.3.*

Exemplis iudicandum eſt. pag.419.col.1. n.10,

Expenſæ *facta preſente corpore antequam ſepultura mandetur ex communi aceruo ſunt deducenda. p.40. §.13. num.1.*

Expenſis condemnandus eſt victus victori.p.427.col.1.n.1.

Expenſarum condemnatio non fit dum quis ex probatione ſemiplena, & ob delationem iuramenti obtinuerit.ibid.

Expenſis condemnare non poteſt iudex victum parte non petente. ibid. col. 2. num.2.

Expenſarum condemnationem omittens an videatur iudex ab illis abſoluere. ibid.n.3.

Expenſis condemnare poteſt iudex, à quo grauamen fuit interpoſitum, quando iudex, ad quem condemnationem omiſit ibid.n.4.

Expenſis quando quis condemnatur propter præſumptam calumniam, ſi non habet in bonis luat in corpore.pag.428. col.2.n.2 §.1.

Expenſis non condemnatur fiſcus. ibid. §.3.

Expenſas *ſoluit clericus prouocans ad Ordines.ibid n. 2.*

Expenſis eſt condemnandus appellans deſerta appellatione.p.430.col.1 §7.

Expenſis condemnando appellantem victum iudex appellationis præſumitur condemnaſſe etiam in expenſis prima inſtantia.ibid.n.2.

Expenſa iuxta qualitatem perſonæ miniſtrantur.p.111.col.1.

Expreſſum *dicitur quod ſub ratione legis comprehenditur.p.194. col. 2.*

Extraiudicialia *facta tranſeunt in rem iudicatam.p 451.col.1.n.1.*

Exulatus *ad locum incertum tranſacto tempore poteſt liber exire.p.11. §.12.*

F.

FAmam *reſtituere pertinet ad Regem.p.9 §.2.n.1.*

Fama probatur per teſtes ſingulares. p.369 col.1.n.4.

Fama in probatione non defertur iuramentum in ſupplementum probationis p.347.col.1 n.16.

Fama teſtis tenetur reddere rationem dicti ſui.p 372.col 1.n.9.

Famam reſtituere delinquenti,& iuris infamiam ex delicto incurſam tollere poteſt Rex,non tamen remouere infamiā facti p.9 §.2.n. 2.

Familiares *alicuius non admittuntur pro eo ad teſtificandum. pag.380.col.2. n.40.*

Famulus *pro domino non admittitur ad teſtificandum p 381 col.1.n.41.*

Fatuus *eſt iudex qui vltra petita iudicat p.424.col.2.§.1.n.1.*

Feriæ *ruſticales tacitè,& expreſsè renuntiari poſſunt p.254 col.1.n.1.*

Feriatis diebus tutor dari poteſt.ibid.

Feriatis diebus de alimentis poteſt contendi.ibid.col.2.n.1.

Feriatis diebus poteſt contendi de expulſione domorum ibid.n.2.

Fideicommiſſarius *vniuerſalis non poteſt eſſe teſtis in teſtamento.p.381.col.1.n.42.*

Fideiuſſor *idoneus dicitur qui habet immobilia pag.290.col.2.n.6. & p.303.col.2.n.8.*

Fideiuſſor in cauſa, in qua fideiuſſit teſtis eſſe non poteſt contra creditorem debitoris, pro quo fideiuſſit. pag.381.col.1.n.43.

Fideiuſſor ſoluens pro alio an poſſit in eodem iudicio illum conuenire. pag.475.col.1.tit.92 in Princ.n.2.

Filiatio *probatur per legitimationem petita á Principe.p.9.§.1.n.4.*

Filiatio probatur per teſtes de auditu.pag.367.col.1.n.13.

Filiationis quaſi poſſeſſio probatur per teſtes ſingulares.p.369.col.2.n.27.

Filiatio probatur per teſtes de credulitate.p 374.col.2.n.5.

Filius *poteſt accuſare patrem propter mortem matris, quam ipſe pater occiderat.p.51.n.7.*

Filius tenetur ſoluere pecuniam creditori, qui patri mutuauit ad alendos filios, & vxorem p.99 col.1.n.7.

Filius per matrimonium eximitur á patria poteſtate.p.99.col.2.n.9.

Iuyz de India, & Mina não pode conhecer dos ſeguros que ſe fazem para a India. p. 33 §. 3.
Iuyz da India, & Mina não pode paſſar carta para fora de ſeu limite, nem cartas, & mandados para ſerem citados Sacerdotes ibid.
Iuyz de fora não tem voto na eleição dos Almotaces. p. 66. col. 1. n. 10.
Iuyz recuſado, ou julgado de ſoſpeito pode cometer em audiencia a hum aduogado os requerimentos que ſe fizerem ſobre a cauſa em que eſtà recuſado. pag. 272. col. 2. n. 7.
Iuyz em quem as partes ſe louuarão por ſer ſoſpeito o que conhecia da cauſa, ainda que depois venha outro ſem ſoſpeito, não ſe lhe ha ja de tirar a cauſa de poder p. 275 col 2. §. 6 n. 2.
Iuyz dos reſiduos que procede executiuamente nas contas dos teſtamentos, & obrigação dalma ſe não pode tentar de ſoſpeito. p. 279 col. 2. n. 3.
Iuyz não pode conſtranger teſtemunhas de outro termo, & juriſdição a que venhaõ teſtemunhar diante de ſy pag. 387. §. 6. num. 2.

L.

Libello antes da demanda conteſtadaſe pode mudar offerecendo outro em ſeu logar, & deſeſtindo do primeiro. p. 261. col. 1. n. 3.
Liquidação em que ha artigos, & contrariedade admitte ſuſpeiçaõ pag. 281. col. 1. n. 3.
Liquidaçaõ de algũa ſentença quando ſe trata vindo com embargos de concerto ſe naõ ſobreſtará na liquidaçaõ, & os embargos correraõ em auto apartado. p. 470. col. 2. n. 5.
Licença para ſe articular de nouo sò pode dar o ſupremo Senado hindo a cauſa per appellação. p. 265. col. 2. §. 28.

M.

Mendicantes ſe entende sòmente quanto aos priuilegios de miſeraueis aquellas Religiões que não poſſuirem em commum, como he São Franciſco, & a caſa profeſſa de São Roque de Lisboa, & outros ſe os ouuer ſemelhantes. p. 227. col. 2. n. 15.
Mempoſteitro mòr dos captiuos aſsi como ſe lhe entregaõ os bẽes do defuncto que morre abinteſtado ſem herdeiro, da meſma maneira ſe lhe entregaõ os bẽes dos abſentes, de que ſe não ſabem nouas. pag. 108. col. 2. §. 1. n. 3.
Menores orfaõs podem eſcolher juyz, & os R. R. tem obrigação reſponder diante delle. p. 228. n. 21.
Menor na ſuſpeição que intentar não

 pode

pode depois de nomear hũas teſtemunhas nomear outras por reſtituição. p.274.n.7.

Meſtre em artes goza dos priuilegios de Doutor.p.63 §.42.n.2.

Mulher que demanda os deuedores de ſeu marido, não como herdeira, mas como companheira o pode fazer per aução de dez dias.p.294.col.1.n.7.

Mulher que eſtá em cabeça de caſal baſta citarſe para cauſa noua não hauendo ainda petição, mas para habilitação em cauſa começada com o marido he neceſſario citaremſe os filhos, & herdeiros todos p.298.col.2.n.14.

O.

Officios pode elRey prometer ſem eſtarem vagos p.115.col.2.n.2.

Officiaes, & miniſtros do Sancto Officio da Inquiſição gozão inteiramente dos priuilegios que lhe ſaõ concedidos, tirando nas cauſas tocantes á fazenda de ſua Mageſtade, porque eſtas ſe tratão no juyzo della pag.136. col.1. n.2.

Officiaes que ſaõ requeridos, ou chamados, ou per obrigação de ſeus officios vém dar conta á Corte não podem nella ſer citados p.222.col.2.n.4.

Officiaes da Alfandega não eſtão ſogeitos ao Corregedor para poder deuaſſár delles, por ſe não poder entrometer em couſas della p.35.col.1.§.34.

P.

Rezos que ſe liurão pella miſericordia não pagaõ mais que meyo ſalario, ainda que no meyo da demanda ſejaõ aceitados pelos irmãos da Miſericordia.pag.94 col.2.tit.83.§.17.& p.111.col.1.§ pen.

Pobres que a caſa da ſancta Miſericordia liura por ſua pobreza ſer notoria, ſem outra juſtificação, nas ſoſpeições que poem não depoſitaõ caução, nem a caſa da Miſericordia que corre com o liuramento dos dittos pobres.p.280. in princ.n.2.

Prouedores das Comarcas não podem mandar fazer inuentarios, & partilhas de bẽes de orfãos. pag.97. col. 2. num.3.

R.

Reguengos bẽes ſe podem alhear liuremente ſem conſentimento do direito ſenhorio.p.181.col.2

Reualidação dos autos concedida aos Deſembargadores do Porto. p.13.col.1. §.12.n.1.

Reualidar ſe podem os autos que vierem á Relação por algum modo, & tiuerem defeito na ſolemnidade, & não os que forem ſentenceados.ibidem. num.3.

Rendeiros do verde não ſaõ officiaes de juſtiça para ſe deuaſſar delles nas deuaſſas geraes.p.58 col.1.n.3.

S.

Sacerdotes não podem ſer citados por cartas, & mandados do juyz da India, & Mina. pag.33. col. 2. §.3. n.2.

Sentença ſobre habilitação não admitte mais que aggrauo per petição. pa.431. col.1.n.3.

Sentença ſobre artigos de attentado admitte sòmente aggrauo no auto do proceſſo.p.432.col.1.n.14.

Sentença que ſe dá ſobre reformação de autos perdidos admitte aggrauo per petição. ibid n 15.

Siza ſe paga da tranſaução em que ouue tranſlação do dominio & poſſe. p.85. col.2.

Siza ſe paga da venda de bẽes de rayz feita

feita por aſsinado na ſoma em que ſe pode fazer. p. 86. n. 38.

Siza ſempre ſe ha de pagar no lugar da venda. ibid. n. 39.

Siza ſe paga da compra feita em almoeda, & a certidão ſe ha de incorporar na carta de arrematação. pag. 87. col. 2. n. 46.

Soſpeição primeiro que ſe ponha por eſcripto ſe ha de auerbar, & não ſe fazendo aſsi hirá o juyz por diante, & valerá ſeu procedimento. pag. 274. in princ.

T.

Teceloẽs ſaõ eſcuſos de tér pezos. p. 20. col. 2. § 3.

Tempo conueniente, & conforme a diſtancia do lugar ſe ha de dar para virem os papeis que eſtão fora do Reyno, & entretanto ſe manda ſobreſtar na cauſa até que venhão dentro no tempo que ſe aſsina, jurando a parte que não pode contrariar ſem elles. pag. 265. col. 2. §. 26.

Teſtemunhas pode o Corregedor da Corte mandar vir a ella nos feitos que ſe proceſſaſſẽ diãte delle. p. 388. col. 1. n. 5.

Teſtemunha pode ſer nas ſoſpeições a parte per cujo meyo ſe poem a ſoſpeição ao julgador. p. 375. col. 1. n. 11.

Tranſaução podem fazer os Vereadores, ou outro official da Camara para quitar coima quando pendião demandas. p. 60. col. 2. §. 21.

Tranſaução de que ſe não pagou ſiza hauendo tranſlação de dominio, & poſſe he nulla. p. 85. col. 2.

V.

Vedores da fazenda podem trazer ſeus contadores á Corte, ainda que eſtejão abſentes. p. 224. col. 1. n. 6.

Vereadores, ou outro official da Camara podem per tranſaução quitar coima quando pendião demandas. p. 60. col. 2. §. 21.

Vereador que for mais velho em idade ha de ſer preferido ao que primeiro tomou poſſe. p. 67. col. 1. in princ.

Vezinho quando ſe queixa do outro dizendo que inquieta a vizinhança, ou com ſeu mao falar demaſiado, & eſcandaloſo, ou com ſeu mao viuer, & proceder, como ſe ha de lançar da vizinhança. p. 255. col. 1.

Viuua por razão do priuilegio de viuua pode trazer citados ſeus contendores, á Corte, ainda que foſſe em caſos de partilhas, & ouueſſe menores. p. 229. col. 1. n. 27.

LAVS DEO.

Digitized by Google

CASTIGATIONES
ET
ADDITAMENTA
AD REMISSIONES LIBRI QVARTI ET QVINTI ORDIN. REGIARVM.

IN QVIBVS PRÆTERMISSÆ Doctorum reſolutiones, & nonnullæ rerum ciuilium, & criminalium in Senatu Supplicationis tractatarum deciſiones dilucidè continentur, & ſuis in locis ſuccinctè addaptantur.

AD ILLVSTRISSIMVM ET REVERENDISſimum D. D. Alphonſum Furtado de Mendoça Archiepiſcopum, & vrbis Bracharæ Dominum, Hiſpaniarum Primatem digniſsimum, &c.

PER P. AVGVSTINVM BARBOSA Presbyterum Vimaranenſem.

Cum facultate Sanctæ Inquiſitionis, Ordinarij & Regis.

VLYSSIPONE.

Ex officina Petri Craeſbeeck.

Anno Dñi 1620.

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO, AC REVERENDISSIMO DOMINO D. ALPHONSO FVRTADO DE MENDOÇA Archiepiſcopo, & vrbis Bracharæ Domino, Hiſpaniarum Primati digniſsimo, &c.

PRætermiſſas Doctorum reſolutiones, Illuſtriſſime Domine, & nonnullas rerum ciuilium, ac criminalium in Senatu Supplicationis tractatarum deciſiones breuiter, & ſuccinctè collegi, eaſq; noſtris Remiſſionibus in quartum & quintum Regiæ Ordinat. libros addendas curaui. Conceptis his fœtibus, quos difficili ſanè parturiens puerperio, obſtetricante tandem labore pepereram tibi conſecrandos duxi, qui inter omnes Chriſtianorum Dinaſtas ſolus es mihi viſus, cui omnia mea opera, & me ipſum iure optimo deuoueam, & ad te ipſum perexiguo hoc, & qualicunque munuſculo veneraturus accedam. Per te enim elaboratiſsimas Pontificij, & Cæſarej iuris Remiſsiones prælo committere exopto, vt ſi quid parum doctè, & circunſpectè dictum fuerit, tu, qui es norma & canon, quē Iuriſconſulti inſpicere debent, corrigas & emendes. Noui ego propenſiorē tuum in litteratos animum, tuarū laudum præconem optimū, quo omnes ſub tuo præſidio & clientela benignè refoues, cuius monitu & impulſu non parum etiam ad mētem meam adieci, vt humanitati iſti tuæ in his dicandis laboribus non diffiderem, nec ſpes animū fallit, nec fallet certè, à te enim vno ſperare quicquam non licet, quod ſpem ipſam non vincat.

Et

Digitized by Google

Et ſanè hoc ipſum debitum eſt virtutis tuæ & ſingularis prudentiæ, qua iuſtitiæ, & iuris participas miniſteriũ, tantamq; molem ſuſtines & moderaris. Hîc verò præteritorum malorum non nihil attingam, vt tua beneſitia recognoſcas, nam etiam medicos morborũ, quos ſanarunt meminiſſe iuuat. In magna verſabamur viuendi libidine, & deprauatiſsima morũ licentia, vetus illa Eccleſiaſtica diſciplina penè deſerta, quippè remoto ſupplicij metu, non gradu, ſed præcipiti curſu à rectis deſcitũ, ad praua tranſcurſum. Sed vbi primùm clauo aſſediſti, eradicato, profligatoq; faſcinore, ſuffocata peccandi audacia, ita remediorũ celeritate vitia extinxiſti, vt à ſcelere ad meliorẽ frugem, colendamq; iuſtitiã, mutatis moribus vberrima virtutũ ſeges incipiat pullulare. Ita enim tota vi ingenij, & animi alacritate, conſiliorũ ratione, ſtudio vehementi, indefatigabili patientia, tuorũ ſubditorũ dignitati, incolumitatiq; proſpicis, vt ſperare liceat breui veterẽ illam viuendi innocentiam, & diſciplinã, quæ olim apud nos feliciſsimè viguit, ad nimiã iam ſenectutem productã, reddita iuuentute, vires recuperaturam, ad priſtinumq; florem reuerſuram. Quod non tam pœnæ mètu effeciſti, quã virtutis amore. ita tamen vt iuſtitia clementiæ permixta, & veniæ & ſupplicio ſuus ſit locus: proniorem te tamen ad miſericordiam, & admiſsi criminis abolitionem præbes, quàm ad ſeueritatem, & punitionem. Si ergò nimis fortaſsè apud te audax videri potero ſolita, qua fulgès, miſericordia vtere, meq; in tuorum numerum vt cooptes, quod vnum oro obteſtorq; begnitati impera tuæ, impera & humanitati. Benè diuq; vale in Chriſto Ieſu, Primas ornatiſsime, quem ipſe prouehendis bonis litteris inſtaurandæq; pietati quàm diutiſsimè ſeruet incolumem.

Veſtræ Illuſtriſsimæ Dominationis

Minimus, ſed obſequentiſsimus ſeruus

P. Auguſtinus Barboſa.

CASTIGATIONES, ET ADDITAMENTA AD REMISSIONES ORDINAT. REGIÆ LIBRI QVARTI, ET QVINTI COLLECTÆ.

PER AVGVSTINVM BARBOSA Preſbyterum Vimaranenſem, & Auctoris filium.

Incipit liber quartus.

Tit. 1.

1 AD *tit.1.§.1.nu.3.* adde. Pinel. in Rub. l. 2. Cod. de Reſcind. vendit.p.2.cap.1.nu. 7. Bernard. Græuæ. ad Practicam Cameræ Imper.lib.1.concl.108. num.6. reſoluit quòd in mutuo vbi probata fuerit numeratio per teſtes, quantitas, ſeu ſumma mutuò datæ pecuniæ iureiurando ſuppletiuo per ipſummet agentem probari poteſt, & Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap.144.num.45. reſoluit iuramentum in ſupplementum ſolùm dati circa probationem quantitatis, ſi priùs conſtâret de ſubſtantia debiti, & reus qui ſubſtantiam doloſè negauit cõuictus de mendacio probata poſtea per actorem dicta ſubſtantia, poterit probare quantitatem per iuſiurandum, ex Menoch.conſ.81.n.19. aſſerit Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap. 109. nu.59. Vnde iuramentum in litem deferendum eſt, quando actor dicit mutuaſſe certam quãtitatem, putà mille, non tamen illam probat, ſed teſtes deponunt vidiſſe numerare reo pecuniam, neſcire tamen illos quantitatem, Ioſeph. Ludou. Peruſ. deciſ.100.nu.2. & 3. Pereg. conſ.71. n.11. vol.1. Borrel. in Summa deciſ. tit.54.n.35.

2 *Add §.1.n.7.* adde: emptio, & vẽditio valet, ſi pretium in alterius certæ perſonæ arbitrium conferatur, veluti quanti Titius rem æſtimauerit tanti ſit empta, & huiuſmodi cõtractus propriè non dicitur conditionalis, ſed ſimpliciter eſt abſolutus, nondùm completus, atquè perfectus, eoquòd nullum ſit pretium quouſquè à tertia illa perſona definiatur, ſed ſi ille qui nominatus eſt, vel noluerit, vel non potuerit pretium definire, nullius momenti intelligitur venditio, quaſi nullo pretio conſtituto. Ita l.vlt.Cod.de Contrah.empt. §. Pretium Inſtit.eod.l.2. ff.eod. Cardin. Mantica de tacitis, & ambig.conuent.lib.4.tit.19. n.19. P.Molin. de Iuſtit. tract.2. diſp.337. n.8. & 9. reſoluit hinc ſequi non ſolùm non deberi gabellam antequám pretium conſtituatur, ſed etiam conſtituto pretio non retrottahi debitum tributi illius ad tempus, in quo

Digitized by Google

facta fuit conuentio. Et nota quòd ſi declaratio fuerit in Titium collata, declaratio fieri poteſt, etiã poſt mortem contrahentium, quia tanquam pactum tranſit ad hæredes; vt per Card. Mantica d. tit. 19. n. 43. & n. 44. tenet quod fructus percepit ante declarationem pretij debent in ſortem imputari.

3 *Ad d. §* 1. *ibi (o preço certo)* Adde quòd ſufficit vt pretium ſaltem pro aliqua parte ſit certum, quamuis pro altera ſit incertum l. Hæc venditio §. vlt. ff. de Cõtrahenda empt. Card. Mantica d. tit. 19. nu. 45. cum ſeqq. & n. 50. tenet quòd etiam pretium ex futuro euentu poteſt declarari, veluti ſi aliquis vẽdiderit frumentum eo pretio quo valebit menſe Maij.

4 *Ad* §. 2. adde P. Molin. d. diſp. 337. n. 12. vbi n. 13. reſoluit validã eſſe emptionem quando ſtatuitur certũ pretium relatione facta ad aliquid aliud, vt ſi dicatur, emo à te hanc rem, quanti eam emiſti.

Tit. 2. 5 *Ad tit.* 2. *in Princ. n.* 7. adde Mendez à Caſtro in Praxi Luſitana lib. 4. cap. 8. nu. 2. & dic vſumfructuarium vendentem rem tanquam dominũ teneri ad intereſſe, vt per Gam. deciſ. 248. n. 3. Surd. deciſ. 326. n. 48.

Tit. 3. 6 *Ad tit.* 3. adde quòd venditor regulariter tenetur rem liberã tradere l. Si in emptione §. Vacua ff. de acti. empti. Tiraq. de Retract. lig. §. 1. gloſ. 9. n. 57. & §. 32. gloſ. Vni. n. 6. Surd. deciſ. 253. n. 7. & deciſ. 264. n. 9. & res ſemper videtur vendita libera Cald. Pereira de Empt. cap. 22. nu. 7. Et venditor tenetur exprimere omnes rei qualitates, & conditiones l. Si vina verſ. Plane ff. de periculo, & cõmodo rei vend. Surd. d. deciſ. 253. n. 12. & deciſ. 265. n. 7.

7 *Ad tit.* 3 *in Princip. n.* 3. adde quòd faciens melioramenta in re hypothecata pro illis habet retentionem vt per Cald. Pereira de Emptione cap. 27. num. 78. cum ſequenti.

8 *Ad §.* 1. *ibi (moradores em hũa Comarca)* Prouintia dicitur illa, quæ gubernatur ſub vno, & eodem regimine, & ſub vno præſide. Vide Felin. in cap. Rodolphus nu. 15. & ſeqq. de Reſcript. Gregor. l. 19. verbo De la prouincia titul. 19 part 3. Caſſan. in Catalogo gloriæ mundi p. 7. conſid. 19. ad finem. Morales de antiquit. Hiſpaniæ p. 2. fol. 34. Balb. de Præſcript. 1. p. 4. principalis q. 4. num. 5. Xuar. tit. de los emplazamientos §. Vlterius quæritur nu. 13. Molin. de Primog. lib. 4. cap. 4. n. 14.

9 *Ad tit.* 4. §. 1. *n.* 1. *pag.* 7 *col.* 2. *(juſto preço)* Venditionem fuiſſe factam iuſto pretio præſumptio iuris eſt, gloſ. in l. Si fundus ff. de rebus eorũ, notant Menoch. conſ. 358. num. 23. Maſcard. de Probat. concl. 1225. & concl. 1400. Burg. conſ. 4. num. 24. Surd. deciſ. 248. n. 7. Ex quo conſequitur teſtes pro venditione deponentes eſſe præferendos cum pro illis ſit iuris præſumptio, Maſcard. concl. 1396. nu. 12. & eſt doctrina Innoc. recepta in cap. Auditis nu. 4. de Præſcript. vbi dicit illos teſtes eſſe præferendos, qui iuri communi conſonant, quaſi veriſimiliora deponentes, & ideo licet pauciores ſint, præferuntur. Vide Rebuff. de Reprob. teſtium n 120. Menoch. conſ. 1. nu. 417. cum ſeqq. Valaſc. conſ. 145. n. 16. Et teſtes qui dicunt rem valere centum, ſi non dicunt non valere plus, non excludunt probationem, quæ dicit rem valere plus. Vide Maſc. concl 656. num. 9. 21. & 23. Matienſo l. t gloſ. 2. num 49. & ibi Azeued. n. 23, tit 11. lib. 5. Recopil. *Tit.* 4.

10 *Ad tit.* 5. *in* §. 1. *nu* 7. *pag.* 10. *col.* 2. adde Farin. nouiſſ. Rotæ deciſ. 50. n. 1. *Tit.* 5.

n.1.& deciſ.61.& deciſ.101.num.3.& deciſ.247.n.5.&.6.

11 *Ad d.§.1. n.8.* adde Surd. deciſ. 305. nu.39.& 40. Bernard. Græuæ. d. lib. 2. concl 3. conſid.1. Galganetto de Condit. & demonſtrat. p. 2. cap.1.q.96.n.2.

12 *Ad §.2.pag.11.col.1.* adde Galganet.d.q.96.n.5.& rem alteri vendere poteſt Menoch.conſ.381.n.19.

Tit.7. 13 *Ad tit.7.in §.3.* adde iudicatum fuiſſe in ſupremo Senatu quòd venditor, qui accepto pretio promiſit emptori de venditione ſcripturam facere, & poſtea antequám fieret ſcripturam ipſam rē alteri vendidit poteſt illi tradere ſine metu huius Ordin. & infra lib 5. titul.65. vt per Phœbos deciſ 99.

Tit.9. 14 *Ad tit.9.n.7.in fine pag.18. col.2.* adde Gutier.de Iuram. confirm p.1. cap.39.nu.7. Farin. nouiſſ.Rotæ deciſ.229.n.3.

Tit.12. 15 Ad *tit.12.poſt n.10.* Limita tertiò, quando adeſt aliquod factum cum præſentia,& taciturnitate,quia tunc filius videtur conſentire, vt per Cal.Pereira de Reno.q.16.n.49.

16 Limita quartò, in venditione à patre facta filio ſui iuris palàm, & bona fide coram amicis, vt per Gam. quem ſequitur licet corruptè citet Cardoſo in Praxi iudicum verbo Emption 66.& iudicatum refert in ſupremo Senatu Melch. Phœbos Areſto 80. Sed contra prædicta facit, quia lex iſta nullam conſtituit diſtinctionem generaliterquè loquitur, ideó generaliter eſt intelligenda iuxta vulgaria iura, ratioquè poſita in principio illius militat tàm in filio emancipato, quàm in poteſtate ad euitandas fraudes, quas præſentia amicorum,& conſanguineorū multoties tollere non poteſt,niſi alij fratres,quibus præiudicium ex tali alienatione infertur adſint,vel Regi ſupplicetur pro conſenſu præſtando,& habita informatione, & cauſæ cognitione ab eo præſtetur,& non ſufficit dicere quòd hæc Ordin. non procedat niſi in filijs, qui ſunt ſub patria poteſtate,nepos enim non eſt in poteſtate aui, ex Ordin.lib 4.tit. 87. §.7.& nullo modo ab auo emere poteſt per Ordin. in præſenti, ideoquè in terminis huius Ordin. ceſſat Bart.doctrina in l.Frater á fratre 51. ff.de condict. indebiti,de qua Menoch.lib.3. de Præſumpr. q.128. & conſ.22.nu.19.& remed.1. Recuper. n.266.

17 *Ad tit.13. in §.5 nu.1. in fine verſ.* *Tit.13.* *Nihilominùs pag.28. col 2.* adde quod enormiſsimè læſus perpetuo agere poteſt,vt reſoluit Cabed.d.deciſ.70. n.3. Fallit tamen in hærede emptoris poſsidente per tempus longiſsimum, quia præſcriptione ſe tuebitur, & hanc ſententiam dicit veriorem cum alijs, quos citat Stephan. Gratian.Diſcepr.Forenſ.cap.52. nu. 25. licet contrarium aſſerat ſeruandum in vtroque foro Cou. in reg. Poſſeſſor.p.2.§.9.à n.1.

18 *Ad d.§.5 n.2.*Exceptionē huius legis longiſsimi tēporis præſcriptione non excludi aſſerit Bern. Græuæ. ad Pract.Cameræ Imp. lib.2. concl. 47. n.10. vbi etiam reſoluit quòd remediū huius legis,vel agēdo,vel excipiēdo,vel replicādo opponi poteſt.

19 *Ad §.6.n.8.pag.30 col.1.* Quæſtio eſt hîc addenda quomodo emphyteuta poſsit contra dominum directum agere remedio huius legis, ob immodicàm penſionis impoſitionē, & verior eſt ſententia vt reſpectus non habeatur ad fructus ex fundo prouenientes, ſed ad pēſiones in illa [illegible]gione imponi ſolitas ita Cremenſ. in l.2.Cod.de.Reſcind.vend. Qua-

Digitized by Google

ranta in Summa bullarij verbo Alienatio pag.13. Flores ad Gam. deciſ. 258. faciunt quæ Menoch conſ.358. n.15. Maſcard.concl.1396.nu.34. Et quod non debeant attendi reditus fundi in emphyteuſim conceſsi reſoluunt Ruin.conſ.50. num.8. lib.1. Brun. in tract. de Augmento concl. 14. nu.11.vol.17.tract. Bero.in cap.1. de in integrum reſtit.n.48.Maſcard. concl.603.num.25. Cald.Pereira de Nominat.q.7.n.25.& de Empt.cap. 2. n.8. Quando enim magna penſio conſtituitur,non dicitur emphyteuſis, ſed potiùs locatio Soccin.in l.Gallus §.Etiamſi nu.6. ff.de liberis, & poſth. Alciat. in l. 2. in princip. n.22.ff Si certum pet.Cagnol in l.2. n.203. Cod de Reſcind.vendit.Valaſc.de Iure Emphyt. q.11 ad finem, & q 27.nu.11.col.2. Surd.deciſ.198. n.1. & ſicut in locatione fit remiſsio penſionis l.Si merces §.Vis maior ff. Locati, cap.Propter ſterilitatem de locato, ita etiam in emphyteuſi, in qua impoſita penſio fructibus reſpondens ſecundùm communem ex Valaſc.de Iure Emphyt.q.29. n.24. & q.27.num.7 & 11.& 13. Maſcard. concl.1333.n.10. D. Barboſ.in l. Diuortio §.fin p.1 n.70. ff.Soluto Matrim. Surd.d.deciſ.198.nu.1.& n.20. Cald.Pereira de Extinct cap.2,n.8.

20 *Ad tit.17.n.4 pag.35 n.2.* adde
Tit. 17. Mendez à Caſtro in Praxi Luſitana lib.4.cap.8 n.16.& n.17.

21 *Ad d. tit 17. in Princip.* adde iudicatum fuiſſe hoc anno 1619. *que eſta Ordenação ſe entendia em eſcrauos de qualquer parte que vieſsem, que não foſſem de Guinè, porque o § 7. sò neſtes procedia*, teſte Phœbos Areſto 35.

22 *Ad d.tit.17.in Princip n.2 pag 36. col.1.* adde Mendez à Caſtro in Praxi Luſitana lib.4.cap.8.num.14.

23 *Ad d. tit. 17. §. 4. in fine.* adde hanc legem non habere locum quãdo vitium fuerit manifeſtum, vel probetur emptorem de vitio fuiſſe certiorem, vt per Mendez à Caſtro in Praxi Luſitana lib.4.cap.8.n.14.

24 *Ad d.tit 17.in § vlt.pag.38. col.1.* adde quod redhibitoria competit etiam in libris ſi propter vitium latens expediat eos non habere, vt multum impediatur eorum vſus, vt per Farin. nouiſſ. Rotæ deciſ. 833. num.1.

25 *Ad d.§.vlt.ibi(quer de rayz)* Deſumitur ex l. Si prædium Cod. de Aedilit.action.exempla ponit Mendez de Caſtro in domo,in qua phantaſmata reperiuntur, in Praxi ſeculari Luſitan.lib 4 cap.8.nu.12. vel ſi ædes malos habeant vicinos,& venditor non denuntiauit redhiberi poſſe tradit idem Caſtro vbi ſupra n.13. & de malo vicino vide multa per Tiraq. de Pœnis temper. cauſa 23. n.6.Gemin.de Vſuris commento 2. § 5.num.131. Viui.tom.1. Commun. Opinion.pag.637.nu.28. Menoch. de Præſumpt.lib.3.q.83.n.9. Pineda in vita Diui Ioannis Baptiſtæ lib.1. art.1.cap.4.pag.56.

26 *Ad d §.vlt.* aduerte quòd quãdo promiſſum reſpicit qualitatem, ſeu bonitatem rei eſt locus redhibitoriæ l. Redhibere ff. de Aedilit. edicto Farin. in nouiſſ. Rotæ deciſ. 362. n 5.

27 *Ad tit.19.in Princip. n.3. pag. 39. col.1.* adde quòd ad præſumendum Tit. 19.
titulũ emphyteuſis ſecularis, requiritur tempus triginta annorum, in emphyteuſi verò eccleſiaſtica quadraginta annorum, vt per Maſcard. de Probat. concl. 603. Gam. deciſ. 127. 244. 276. 297. Camill.Borrel. in Summa deciſ.tit.33.n.371. & longiſsimo temporis curſu omnia ſolẽniter interueniſſe præſumuntur Mich.

Digitized by Google

Mich. Graſſ. tom. 1 Commun. Opin. lib. 4. tit. 9. n 348. pag 511. Surd. deciſ. 231. n. 19. Flores Vari. lib. 3. q. 23. nu. 40. & 89. Auend. ad l. 42. Tauri gloſ. 2. n. 7. etiamſi expreſſus requiratur conſenſus de ſolẽnitate, vt per Maſcard. concl. 2. n. 9. & concl. 154. Valdeſ. ad Xuar. p. 2 pag. 43. D. Barboſa in l 2 ff. Soluto Matrim. §. fin. n 30. & 31. Solemnia tamen requiſita non præſumuntur interueniſſe ex temporis diuturnitate, quando ex inſpectione inſtrumentorum apparet ea non interueniſſe, aliàs ſecùs, vt per Bellacomb. tom. 2. Commun. Opin. lib. 7. tit. 14. n. 229. pag. 274. Menoc. d. q. 131 n. 79. Anton. Gabri. lib. 1. de Præſumpt. concl. 1. nu. 57. Maſcard. concl. 1140. à nu. 25. & concl. 1316. à n. 33 Auend. ad l. 41. Tauri gloſ. 3. n. 5. Pereg. de Iure fiſci lib 6. tit 8. nu. 25. Valaſc. conſ. 162. n. 20. Steph. Grat. Diſcept Forenſ cap. 268. n. 4. Cald. Pereira de Empt. cap. 35. n. 40. Nec etiam præſumitur ſolemnitas extrinſeca quando eſt talis, cui partes renuntiare non poſſunt Surd. de Alimentis tit. 8. priuil. 56. n. 112.

28 Titulus præſumptus induci nõ poteſt vbi conſtat de initio tituli, quod fuit ex locatione, & ſimplici colonia ex Iulio Clar. §. Emphyteuſis q. 1. verſ. Sed pone. Ruin. conſ. 63. n. 21. lib. 1. Pariſ. conſ. 23. nu. 11. lib. 4. Et præſumptio cedit veritati l. Ille aut ille §. Cum in verbis ff de Legatis 2. l. Continuus §. Cum ita ff. de Verborum, & quando tempus concurrit cum titulo, non attendimus, niſi ad vires tituli, Paul. conſ. 424. n. 2. lib. 2. Aym. de Antiquit temporum §. Materia iſta nu. 3 Molin. de Primog. lib. 2. cap 6. nu. 65. Mexi. in tract taſſæ panis q 1. n 137.

29 Forma articulandi pro titulo præſumpto tradit Cald. Pereira de Renouat q. 15. n. 11. Nec ſolutio penſionũ probata cenſetur ex ſolutione trium annorum præcedentiũ, vt per Cort. in Memorab. verbo Solutio pag. 766.

30 *Ad tit. 20. in Princ.* ad hoc quod *Tit. 20.*
fructus conſumpti intelliguntur, qui non præſumuntur amplius extare, cũ triennium tranſactum fuerit, vt per Farin. nouiſſ. Rotæ deciſione 837. num. 2.

31 *Ad tit. 21. n. 1. pag. 40. col. 2.* adde *Tit. 21.*
quod creditori inuito aliud pro alio ſolui non debet ex Farin. in nouiſſ Rotæ deciſ 682. n. 1. & quod ſolutio debeat fieri in monetis currentibus, & ordinarijs tempore contractus, ſi illæ tempore ſolutionis reperiantur, maximè cum ea cenſeatur mens contrahentium, vt de currentibus tempore contractus intelligatur facta promiſsio, Farin. in nouiſſ. Rotæ deciſ 759 n. 1. & 2. Et ſpecies vbi certæ monetæ eſt promiſſa, quæ exiſtat tempore fiẽdæ ſolutionis, ita ſolui debet Farin. deciſ. 761. & deciſ. 683. n. 2. Et ſpecies certæ monetæ vbi eſt promiſſa, quæ extet tempore, quo fieri debet, vel illa ſpecies ſoluenda eſt, vel eius æſtimatio, vt per Farin nouiſſ. Rotæ deciſ. 899. n. 1. & deciſ. 903.

32 *Ad tit. 21. n. 6 pag. 41. col. 2.* adde Menoch de Arbitr. caſu 316. nu. 47. Cabed. p. 2. deciſ. 45. à n. 5.

33 *Ad tit. 21. nu* 13. Vide *Damião de Goes na Chronica delRey Dom Manoel* p. 4. cap. vlt.

34 *Ad n* 15. adde *que os cruzados ſe começarão a laurar em tempo delRey Dom Affonſo o V. anno de* 1453. *por Dom Aluaro Gonçaluez Biſpo de Lamego alcançar do Papa Nicolao V. a Cruzada contra os Mouros de Africa conforme o que diz o Padre Ioão de Mariana na hiſtoria de Heſpanha* p. 2. lib. 22. cap. 13 *no fim.*

Digitized by Google

35 *O valor das moedas em Caſtella he differente, porque hum eſcudo de ouro val agora là treze reales menos dous marauedis, que ſaõ* 440. *marauedis.*

36 *Dous eſcudos em hũa moeda, a que chamão dobla, ou doblon, val vinte & ſeis reales, menos hum quarto.*

37 *Quatro eſcudos em hũa moeda, que chamão dobla, ou doblon de a quatro, val cincoenta & dous reales, menos oito marauedis.*

38 *Dez eſcudos em hũa moeda que chamão dobla, ou doblon de a diez, ainda que deſtes ha poucos, val agora cada hum dos que ha, cento & trinta reales, menos vinte marauedis.*

39 *Nas moedas de prata, ha em Caſtella hum real, que val trinta & quatro marauedis.*

40 *Meyo real que val dezaſete marauedis.*

41 *Dous reales em hũa moeda valem ſeſenta & oito marauedis.*

42 *Quatro reales em outra moeda, val cento & trinta & ſeis marauedis, a eſte chamão real de a quatro.*

43 *Oito reales, a que chamão real de a ocho, val duzentos ſetenta & dous marauedis.*

44 *Hum ducado de onze reales, val trezentos & ſetenta & quatro marauedis.*

45 *Ad tit.* 23. §. 2. adde Menoch. de Præſumpt. lib. 3. q. 85. Stephan. Gratian. Marchiæ deciſ. 119. Relocatio enim operarum medici, & aduocati dicitur repetita cum eiſdem qualitatibus, de quibus in prima cõductione. vt per Stephan. Gratian. d. deciſ. 119. n. 3. & 4. Cardin. Mantica de tacitis, & ambig. conuention. lib. 5. tit. vlt. n. 12. & fin.

Tit. 23.

46 *Ad* § 3 *n.* 1. Iudicatum fuit in ſupremo Senatu anno Domini 1619. *que o alugador que he achado na caſa, he obrigado a pagar o aluguel de todo o anno, poſto que não viueſſe nas caſas mais de quinze dias,* teſte Melch. Phœb. Areſto 34.

47 Hypotheca tacita datur in bonis inuectis, & illatis in domũ conductam, tàm in prima, quám in tacita reconductione l. Certi iuris, & l. Legem quidem 16. Cod. Locati. Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap. 68. n. 1. Cald. Pereira de Empt. cap. 33. num. 69.

48 Beneficium hypothecæ in bonis inuectis, non competit ceſsionario, vt per Stephan. Gratian. cap. 117. n. 16. & cap. 149. n. 14. & 15.

49 Inuecta, & illata ab emphyteuta etiam ſunt hypothecata, vt per Valaſc. de Iure Emphyt. q. 20. nu. 17. Cald. Pereira d. cap. 33. nu. 70. & 97. Maſcard. concl. 210. n. 8.

50 Inuecta, & illata in prædium ruſticum non ſunt ipſo iure tacite obligata, niſi dominus prædij ſciat res eas inductas, vt per Bellacomb. tom. 1. Commun. Opinion. lib. 4. tit. 43. nu. 36. pag. 656. in fine. Cald. Pereira d. cap. 33. n. 98 cũ ſeqq. eoquòd indiſtinctè inuecta in fundum ruſticum conductum ſint hypothecata reſoluit Maſcard. d. concl. 210. n. 14. Vide latè Mench. Vſufreq. cap. 57. Menoch. remed. 3. Adipiſc. num. 34. cum ſeqq.

51 In bonis illatis coloni partiarij datur eadem hypotheca, vt per Maſcard. concl. 210. nu. 12. Menoch. remed 3. Adipiſc. nu. 83. Neguzant. de Pignorib. 4. membro 2. partis n. 138. quod videtur intelligi quando aliqua penſio, aut aliquid ad eam ſpectans ſuper fundo imponitur, ex quo inſurgat locatio, vel alia conuentio ei ſimilima, quãdo verò nulla cõſtituta eſt merces, & incertiſsimum debitum, quia neſcimus quot fructus, qualeſuè naſci debeant, nullam ſimilitudinem locationis hæc conuentio

Digitized by Google

uentio habet, ſed magis ſocietatis l. Si merces 28. §. Vis maior in fine ff. Loeati, Ozale. deciſ. 8. n. 5. Menoch. d. remed. 3. Adipiſc. n. 87. Valaſc. de Iure Emphyt. q. 30. nu. 3. cum ſeqq. Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap. 149. n. 2. vbi nu. 4. reſoluit quòd partiarius colonus tanquàm ſocius debet alijs præferri.

52 Fructus qui proueniunt ex prædio ruſtico remanent tacitè obligati domino illius prædij ruſtici, l. In prædijs ff. In quibus cauſis pignus, vel hypoth. & quamuis fructus iam collecti ſint, ſi tamen adhuc ſunt intra fundum, poterit dominus eos fructus extantes retinere, & prohibere, ne colonus exportet quin prius ſibi ſolutũ ſit, vt per Bonacoſ. d. tit. 43. nu. 36. Valaſc. q. 20. num. 15. col. 1. Stephan. Gratian. cap. 25. nu. 14. Conductor enim fructus ſuos non facit, niſi ſoluta penſione, ex Bald. in l. 2. Cod. de rerum permut. per text. in l. Si ſeruus §. Locaui ff. de Furtis. Soar. de Paz in Pract. tom. 3. cap. 2. §. 4. num. 9. Cald. Pereira de Empt. cap. 33. nu. 106. Et etiam emphyteuta non facit fructus ſuos, niſi ſoluta penſione, vt per Cald. Pereira de Empti. cap. 23 num. 13. nouiſsimè Mendez á Caſtro in Praxi Luſitana lib. 3. cap. 21. n 61. & lib. 4. cap. 4. n. 9. Farin. deciſ. 783. Et ex fructibus perceptis ex ipſo fundo locato dominus præfertur anterioribus creditoribus, cum illi ſint tacitè obligati ipſi domino pro penſione, Surd. deciſ. 97. n. 4. Stephan. Gratian. d. cap. 25. n. 9. Et aduerte quód decimã priùs debet ſoluere emphyteuta, & poſt penſionem, Gam. deciſ. 150. num. 1. Capic. Neapol. deciſ. 20 nu. 14. & 15. Camill. Borrell. in Summa deciſ. tit. 19. num. 75.

53 In hypotheca generali, quæ compræhendantur? vide Menoch. remed. 3. Adipiſc. n. 125. cum ſeqq. & n. 134. & 144. Mench. quæſt Vſufreq. cap. 56. Et an venalia comprehendantur? Strach de Mercat. tit. Mandati verſ. Reliquum eſt n 1. Pinel. in Rub. Cod. de bonis mater. p. 1. n. 49. Neguzant. de Pignorib. p. 2. memb. 4. n. 153. vbi quid in libro debiti, & de mercibus Menoch. d. remed. 3. n. 130. Matãta de Ordine Iudic. p. 4. nu. 109. cum ſeqq. pag. 154. Farin. in nouiſſ. Rotæ deciſ. 230. nu. 1. vbi reſoluit quòd hypotheca generalis omnium bonorum etiam merces venales comprehendit in tantum, vt licet ſuper diuenditis extinguatur, remaneat tamen in ſubrogatis.

54 *Ad tit. 23. §. 3. n. 7.* adde quòd inuecta, & illata in domum conductam per minorem ſunt tacite obligata pro penſione, quamuis non interceſſerit decretum, aut ſolemnitas vt per Suar. tom. 1. Commun. Opin. lib. 4. tit. 43. n. 35. pag. 655. Tiraq. l. 16. connub. gloſ. 3. nu. 189. Surd. de Alimentis tit. 9. q 44. n. 15. & deciſ. 287. n. 25. Ceuall. Communium contra communes q. 132. in fine, D Barboſ. in l. Si conſtante in princip. nu. 132. ff Soluto Matrim. Morl. in Emporio iuris p. 1. q. 10. titul. 4. Stephan. Grat. Diſcept. Forenſ. cap. 27. nu 44. cum ſeqq. & cap. 68. n. 5 quamuis contrarium teneant Menoch. remed. 3. Adipiſc. n. 66. & 82. Cald. Pereira ad l. Si curatorem, verbo Cum non abſimilis n. 39. verſ. Et ideò contrariam ſententiam per gloſ. in l. Item quia, verbo Illata, ff, de Pactis.

55 Bona minoris ſunt tacitè obligata pro dote, vt per Viui. tom. 1. Commun. Opinion. lib. 5. tit. 12. nu. 26. pag. 740. Cald. Pereira d. verbo Cum non abſimilis nu. 38. & verbo Contractum num. 13. ad fin. Ludou.

Peruſ. deciſ. 75. Menoch. de Præſumpt. lib. 3. q. 6. Stephan. Gratian. d. cap. 68. n. 7. Valaſc. de Partit. cap. 15. num. 23.

56 *Ad d. §. 3. n. 2. pag. 47. col. 1.* addo quòd locator in bonis inuectis, & illatis præfertur anterioribus creditoribus, vt reſoluit Mench. lib. 3. quæſt. Vſufrequent. cap. 57. n. 7. nouiſsimè Mendez á Caſtro in Praxi Luſitan. lib. 3. c. 21. n. 61. Licet hoc tātū procedere quando locatur domus pro cōſeruatione rerum, quaſi dictus locator non præferatur anterioribus creditoribus, quando principaliter domus datur ad inhabitandum, aſſerant Ioſeph. Ludou. Peruſ. deciſ. 84. p. 2. & Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap. 68. n. 4.

Tit. 24. 57 *Ad tit. 24. in Princip. n. 5. pag. 49. col. 2.* adde nouiſsimè Benedict. Ægid. in tract. de Iure, & priuil. honeſtatis art. 9. n. 8. Vnde infero quòd ſi conductor inducat in domum meretrices, aut malos homines, qui ibi inhoneſtos actus exerceant, ex quibus damnum aliquod honeſtis vicinis inferatur, vel ſi aliquod detrimentum ex hoc generetur locatori, vel ipſi domui, conductor expelli poterit, ex Valaſc. de Iure Emphyt. q. 23. in princip. Menoch de Arbitr. caſu 78. n. 9. Limita tamen ſi domus eſſet iuxta lupanar, vel ad talia conſueta, quia etiamſi conductor in eam meretrices inducat non poteſt expelli prout poſt Valaſc. reſoluit P. Molin. de Iuſtit. tract. 2. diſp. 499. n. 12. & poſt illos Benedict. Ægid. d. art. 9. n 8. in fine.

58 Meretrices etiam á vicinia expelli poſſunt, vt per Viui. tom. 2. Commun. Opinion. lib. 9. tit. 12. n. 11. ver Eſt benè verum pag. 488. Cou. de Sponſal. p. 2. cap. 8. §. 11. num. 5. Anton. Gom. tom. 3. Vari. cap. 6. n. fin. verſ. Et ex ſuperioribus, & l. 62. Tauri nu. 3. verſ. Item adde Peguer. deciſ. 12. Menoch. de Arbitr. caſu 78. n. 11. & caſu 328. n. 1. & caſu 535. n. 16. Rebuff. tom. 1. ad leges Galliæ tract. de Sentent. prouiſ. nu. 135. pag. 149. & in comment. ad titul. ff. de Verbor. ſignif pag 627. & ſeq. Vincent de Franchis deciſ. 316. Maſcar. de Probat. concl 1066. n. 8. Bened. Ægid. d. art. 9. à n. 4. plures Doctores ex antiquioribus refert Cened. ad Decretal collect. 140. n. 4. quibus adde Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap. 135. n. 20.

59 Amplia primò vt etiam dominus domi propter vitæ turpitudinē à domo propria, ac vicinia ſit expellendus, vt per Menoch. d. caſu 535. n. 17. Bened. Ægid. d. art. 9. num. 10. vbi etiam contra Valaſc. d. q. 23 ante fin. idem reſoluit in emphyteuta.

60 Amplia ſecundò, in muliere coniugata, quæ meretricio more viuit, cuius maritus eſt vilis, & ipſius vxoris leno, vt tradit Menoch. d. caſu 535. nu. 19. & Benedict Ægid. d. art. 9. n. 11. Auendan. de Exequendis mand. p. 2. cap. 6. nu. 4. cum ſeqq. vbi etiam extendit ad vxoratam habentem domum propriam. Et aduertendum eſt quòd ad hoc vt expellantur huiuſmodi meretrices, vel homines vicinias perturbantes ſcādaloſis loquelis, & inhoneſtis actibus debet præcedere monitio, & pœna vt ab his actibus ſe abſtineant, prout iudicatum fuiſſe in ſupremo Senatu refert Phœbos Areſto 161. Ita etiam emphyteuta, ſi re emphyteutica malè vtatur, expelli nō poteſt, ſed moneri, quòd benè vtatur, vel illam derelinquat, vt per Camill. Borrell. in Summa deciſ. tit. 33. n. 210.

61 Amplia tertiò, in ea quæ non quæſtus gratia, ſed captá alicuius amore

Digitized by Google

amore illi ſui copiam facit, cum inhoneſta dicatur prout reſoluit Bened. Ægid. d. art. 9 n. 6. in fine, & n. 7. quamuis hanc mulierem non poſſe á vicinia expelli teneant Menoch. caſu 328. n. 14. Maſcard. concl. 1066. n. 8 Farin. in Praxi crimin. p. 3. q. 98. nu 6. Et vnico tamen actu meritricio non poſſet quis expelli de vicinia honeſta, vt nouiſsimè tenet Aloyſ. Ricci. in deciſ. Curiæ Archiep. Neapol. deciſ. 63. n. 6. p. 1.

62 Aduerte tamen quòd non peccat mortaliter, qui facit, vel locat domum meretrici, dummodò nec principaliter, nec etiã minus principaliter meretricium vſum in domo conducta exercendum intendat, vt per Fr. Emman. in Summa p. 1. cap. 203. concl. 1. Beja reſponſorum caſuum conſcientiæ p 1. caſu 27. plures Doctores refert Cened. ad Decretal. collect. 140. nu. 5. quibus adde Petr. Ledeſm. in Summa p. 2. tract. 27. cap. 9. concl. 6. dubit. 3. verſ. *Digo lo ſegundo*. P. Molin. diſp. 500. nu. 3. P. Azori. Inſtit. Moral. p. 2. lib. 12. cap. 18. q. 3. P. Rebello de Obligat. Iuſtit. lib. 14. q. 17. n. 8. in fine p. 2. P. Sanch. in Præcepta Decalogi lib. 1. cap. 7. nu. 20. nouiſsimè Benedict. Ægid. d. art. 9 n. 4. in medio, P. Leſſ. de Iuſt. tom. 1. lib. 12. cap. 14. dubit. 8.

Tit. 28. 63. *Ad tit. 28. in Princip. pag. 56. col. 1.* adde quod famulus infirmus durante infirmitate ſalarium non meretur vt per Cou. lib. 3. Vari. cap. 13. num. 8. Greg. l. 7. verbo *El ſeñor* tit. 2. part. 5. Viui. tom. 1. Commun. Opin. lib. 4. tit. 43. n. 84. cum ſeq. pag. 659. Auiles ad cap. 1. Prætorum fol. 56. n. 20. Flores de Mena Vari. lib. 1. q. 7. §. 2. n. 17. Surd. de Alimentis tit. 4. q. 23. n. 33. Cald Pereira quæſt. forenſ. lib. 1. q. 3. n. 3. nouiſsimè Aloyſ. Ricci. in deciſ. Curiæ Archiepiſ. Neapolit. p 2. deciſ. 220. numer. 11.

64 *Ad tit. 29. in §. Vni. pag 56. col. 2.* adde quod in cauſa mercedis fit exequutio non obſtante appellatione Stephan. Gratian. Marchiæ deciſ. 53. n. 2. Et ſalarium promiſſum pro labore ſolui debet in fine Rebuff. de Sentent. prouiſ art. 5. gloſ. 7. n. 3 quẽ refert Stephan. Gratian. deciſ. 201. n. 6. Perez l. 1. verſ. Quæro tit. 2 lib. 1. Ordin pag. 38. Tit. 29.

65 *Ad tit. 27. in Princ. n. 4.* adde nouiſsimè etiam pro numeris ſeqq. Benedict Ægid. ad l. Ex hoc iure ff. de Iuſtit. & iure cap. 9 de Locato, & conducto n. 48. cum multis ſeqq. vbi ſemper domino meo citato materiam huius Ordin. proſequitur. Tit. 27.

66 *Ad tit. 30. in princ.* ibi comittendo, lege cõittando, & ad n. 2. adde Surd. de Alimentis tit. 8. priuil. 55. n 10. & ad n. 3. ibi præſtitutus, lege præſtitit. Tit. 30.

67 *Ad tit. 31. §. 5 pag. 58. col. 2.* adde P. Azori. Inſtit. Moral. p. 2. lib. 2. cap. 39. q. 9 pag. 247. Tit. 31.

68 *Ad tit. 31. §. 10. pag. 59. col. 2.* adde quod excuſabitur etiam prælatus à ſymonia ſi beneficium conferat famulo propter obſequium exhibitũ, dummodò ſoluta ſit merces pecuniaria. ita Sot. de Iuſtit. lib. 9 q. 7 art. 3. ad 1. Rebuff. in Praxi benefic. tit. quot modis beneficia acquir. nu. 5. Fr. Emman. in Summa tom. 2. cap. 59. nu. 9. Cardin. Tolet. in Summa lib. 5. cap. 90. n. 4. Nauar. in cap. Inter verba 11 q. 3. concl. 5. corol. 2. nu. 24. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. §. 4. procem. num. 51 & 52. Sayr. in Claui Regia lib. 10. tract 5. cap. 7. nu. 9. P. Soar. de Religione lib. 4. de Symonia cap. 39.

69 Iudicatum fuit in ſupremo Senatu, *que as moças que entrão em moſteiro, para ſe recolherem, & ſeruirem o*

conuento

conuento como recolhidas, não podem pedir ſeruiço, por aſſi eſtar em cuſtume immemorial, teſte Phœb. Areſto 49.

Tit. 34. 70 *Ad tit. 34. in Princip. n.* 2. adde ibi (*deuelhe tornar*) Concordat l. 8. tit. 4. lib. 4. fori legum, & vide multa per Gutier. de Tutelis p. 3. cap. 14. n. 28. cum ſeqq.

Tit. 35. 71 *Ad tit. 35 in Princ. n. 4. in fine pag. 63. col. 2.* adde P. Azori. Inſtit. Moral. p. 2. lib. 2. cap 39. q. 5. Surd. de Alimentis tit. 4. q 23. nu. 35. Et aduertte quòd modicas impenſas tenetur dominus facere in curatione famuli, immodicas autem tenetur famulus ſoluere, ſi habeat vnde ſoluat P. Azori. d. cap. 39. verſ Vnde quæritur pag. 246. Surd. d. tit. 4. q 5. n 5.

72 *Ad d. tit. 35. in Princip. n* 5. adde Farin. in Praxi crimin. p. 1. tit. 1. q. 2. n. 20. & p. 6. q. 176. n. 14. Et aduerte quòd famulo infirmo non debetur ſalarium, ſolùm tamen tenetur dominus illi dare cibaria, ac modicas, & leues expenſas nempe per octo, vel decem dies, prout pluries reſolutum fuiſſe refert nouiſsimè Aloyſ. Ricci. in deciſ Curiæ Archiep. Neapol. deciſ. 220. n. 11. p. 2.

73 *Ad tit. 36. in Princip. pag. 64. ibi* (*poſſeſſaõ algũa de foro*) Aduerte quòd emphyteuſis non poteſt fieri de manſo, ſeu paſſalibus Eccleſiæ, neq præſcriptio, aut præſumptus titulus admitti poteſt, vt optimè reſoluit Cald. Pereira de Renouat. q. 15 n. 15. & Menoch. de Præſumpt. lib. 3. q. 108. n. 9. & faciunt quæ idem Menoch. conſ. 143 nu. 22. Maſcard. de Probat concl. 1371. n. 108 & Extraua. Paulinam facere ius commune, & in dubio præſumi vſu receptam aſſerit nouiſsimè Aloyſ. Ricci. in Praxi rerum fori Eccleſ. deciſ. 95.

Tit. 36. 74 Res tamen conſueta emphyteuticari, vel infeudari poteſt iterum cõcedi in emphyteuſim, ſi ad Eccleſiam reuerſa ſit, ſine ſolemnitate requiſita in alienatione rerum Eccleſiaſticarum, vt probat text. in cap. 2. de Feudis, & refert plures Doctores Cened. ad Sextum collect. 32. nu. 3. quibus adde Menoch. de Arbitr. caſu 81. n. 5. cum ſeqq. & conſ. 66. n 31. & conſ. 79. n. 1. cum ſeqq. & conſ. 90. n. 22. Gam. deciſ. 24. & deciſ. 36. n. 6. Stephan. Quaranta in Summa bullarij verbo Alienatio rerum Eccleſiæ nu 39. & 40. pag. 29. Zerol. in Praxi Epiſc. p. 1. verbo Alienatio §. 3. pag. 11. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloſ. 6. n. 194. Ceuall. Communium cõtra cõmun. tom 4. q. 897 à n. 899. Phœbos deciſ. 82. nu. 34. nouiſsimè Camill. Borrell. in Summa omnium deciſ. tit. 33. de Iure Emphyt. nu. 129. cum ſeqq. Aloyſ. Ricci. in Praxi rerum fori Eccleſiaſtici deciſ. 125. & in bonis Eccleſiaſticis in emphyteuſim ſemel conceſsis quod poſsint in poſterum concedi tradit Cald. Pereira de Renouat. q. 16. n. 71. Et vt bona in emphyteuſim concedi ſolita dicantur, ſufficit vnica conceſsio, & eſſe elapſos quadraginta annos, vt per Rebuff. de rebus Eccleſiæ non alien n 33. Gam. deciſ. 342. n. 4. Camill Borrell. d. tit. 33. n. 136.

75 Emphyteuſis renouatio facta lite pendente nulla videtur per text. in Auth. in medio litis ſacras iuſsiones non fieri §. 1. ibi vacantibus, & nullam vim habentibus, & toto titulo, vt lite pendente, & in terminis eſt conſilium Pauli de Caſtro conſ. 72. vol. 2. incip. In Chriſti nomine. Menoch. conſ. 2. nu. 290 cum ſeq. & conſ. 79. nu. 5. Lancelot. de Attent. p. 2. cap. 4. limit. 20. num. 22. fol. 137. Sed contrarium ſequitur Cabed. p. 1. deciſ. 120. n. 6. cum ſeqq. & faciunt quæ Flamin. de Reſignat. lib. 2.

q. 3.

q.3.n.35. Menoch. conſ.79. num.5.

76 Emphyteuſis accepta pro ſe, & vxore, & filijs poteſt deuenire ad filios ſecundi matrimonij ex Bald. in Auth. qui rem n.5. Cod. de Sacroſ. Eccleſ. quem ſequuntur Gam. deciſ. 351. Menoch. conſ.40. n.25. & lib.4. de Præſumpt. q.21. num.8. Camill. Borrell d. tit.33. nu.37. Sed quando conceditur, pro filijs vtriuſquè reſoluit contrarium idem Gam. deciſ. 233. n.2. & 13. Cald. Pereira de Nominat. q.15. n.25. cum ſeqq.

77 *Ad d. tit. 36. in §. 1. nu. 6. pag. 65. col. 1.* adde. In hac Regione Interamnenſi emphyteuticos fundos diuidi poſſe de generali conſuetudine, tradunt Gam. deciſ. 78. & deciſ. 268. num. 2. Valaſc. de Iure Emphyt. q. 13. n.1. verſ. Hoc autem, & de Partit. cap.25. nu.31. Cald. Pereira de Extinct. Emphyt. cap.8. n.18. & 19. Molin. de Iuſtit. tract.2. diſp.483. n.4. In conceſsione enim emphyteuſis attenditur conſuetudo, ex Anton. Gabri. lib. 6. Commun. tit. de Conſuet. concl.1. nu.9. Et diuiſio fit per ſepes, & foſſata gratia vberioris culturæ, & ita ſuſtinetur in hac Regione, ex Cald. Pereira d. tract. de Extinct. Emphyt. cap.5. nu.34. licet dicat emphyteuſim diuidendam inter hæredes per æſtimationem Camill. Borrell. in Summa deciſ. tit.33. n.260. vbi citat Gam. deciſ.50. n.1. & deciſ.233. n.4. & deciſ.286. n.1. Ego tamen diuerſimode iudicatum vidi, cum prædicti Doctores non poſſent atteſtari de conſuetudine huius Regionis, quia nunquam in ea ſunt morati, ex Rebuff in commentar. ad tit. ff. de Verbor. ſignif. pag. mihi 502. ſed propter auctoritatem doctiſsimi Cald. Pereira in hac Regione commorantis, & illius pleniſsimam in diſcutiendis emphyteuticæ materiæ quæſtionibus diligentiam, contra atteſtatam conſuetudinem non ſum auſus conſulere.

78 *Ad d. tit. 36. in § 1. ibi (ſatisfazendo aos outros)* Facta ſcilicet æſtimatione, quæ debet fieri de toto, & non de ſingulis rebus in particulari, ex Bald. in l. fin. §. Præterea n.6. in fine ff. de Iure dotium l. Mæuius §. fin. vbi gloſ. verbo Partes ff. Familiæ herciſc. Bart. in l. Vxorem §. Agri plagam ff. de Legatis 3. Roland. à Valle conſ. 71. nu.16. vol 3. Pinel. in l.2. Cod. de Reſcind. vendit. p.3. cap.4. num.36. Garci. de Expenſis cap. 24. num.6. Surd. deciſ.155. nu.4. Res enim minus valet cum non tota, ſed pars venditur, & prædia vnita ſunt maioris valoris Tiraq. de Retract. lig. §. 23. gloſ.1. n.17. Menoch conſ.358. n.29. Et vera rei æſtimatio diminuitur propter onus quod habet annexum. Vide Pinel. in l.2. Cod. de Reſcind. vendit. p.3. cap. vlt. nu.19. Cou. lib.2. Vari. cap.3. n.4. verſ. Quinto, Tiraq. in Præfat. retract. lig num.27. Viui. tom. 2. Commun. Opin. pag 644. n.6. Menoch. conſ 358. nu.26. Surd. deciſ.155. num.10. Gam. deciſ.87. nu. 3. & deciſ. 138. nu.2. & deciſ. 256. Valaſc. conſ.43. & conſ.70. nu.4. Cald. Pereira in l. Si curatorem verbo ſua facilitate nu.8. ad finẽ, & de extinct. emphyt. cap.4. nu.2.

79 *Ad d. tit. 36. in §. 2.* pag 65. col. 2. adde quæ in argum. tradit Cabed. p.2. deciſ. 23. nu. 31. vbi tenet quod ille, qui habet à Rege facultatem nominandi vnum ex filijs in officio, ſi decedat nullo filio nominato, cẽſetur nominatus natu maior.

80 *Ad d. §. 2. ibi (ſempre o mayor dos filhos aja o foro.)* Adde quod filio maiori repudiante erit locus ſequẽti vt per Cald. Pereira de Nominat. q.13. nu.3. facit in confirmationem quod

quod hærede proximiore repudiante admittitur ſequens, ex l. 3. ff. de acquir. hæred. Srephan. Gratian. Diſcep. Forenſ. cap. 63. num. 6. cum ſeqq. vbi etiam idem reſoluit in tutela legitima, de qua Surd. deciſ. 230. n. 4.

81 *Ad d. tit. 36. §. 4. n. 2. pag. 66. col. 2.* adde, ſpurij, & alij filij illegitimi non ſuccedunt in Eccleſiaſtica emphyteuſi. Vide Clar. in §. Emphyteuſis q. 30. Paleoth. de Nothis, & Spur. cap. 30. Vincent. Carot. caſu 8. nu. 7. Gam. deciſ. 2. n. 1 & deciſ. 37 nu. 5 & deciſ. 72. n. 6. & deciſ. 206. num. 16. & deciſ. 377. n. 2. Barnab. Cornaz. Lucenſi deciſ. 67. n. 1. P. Molin. de Iuſt. tract. 2. diſpur. 475. n. 7. Cald. Pereira de Nominat. emphyt. q. 7. n. 39 & q. 19. à n. 28. Cardin. Mantica de Tacitis, & ambig. conuent. lib. 22. tit. 11. Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap. 218. à n. 35. nouiſsimè Camill. Borrell. in Summa deciſ. titul. 33. de Emphyteuſi n. 41. cum ſeqq.

82 Limita primò, ſi à principio Eccleſiaſtica emphyteuſis capta ſit pro ſe, & filio ſpurio, quia tunc admittitur quaſi in vim alimentorum, vt per Gam. deciſ. 2. n. 8. & deciſ. 149. nu. 2. Surd. de Alimentis tit. 2. q. 15. n. 1. & 2. Camill. Borrell. d. tit. 33. nu. 42. vbi n. 43. ſublimitat non procedere hanc limitationem in ea quantitate, quæ alimentorum quantitatem excederet, quia in illo exceſſu agnati ſuccedent, & ſpurium poſſe vocari ſi concedatur emphyteutæ facultas libere nominandi quem voluerit tenet Phœbos deciſ. 30. n. 6.

83 Limita ſecundò, in legitimato ab habente poteſtatem delendi hac maculam. Vide Gam. deciſ. 72. n. 6. & deciſ. 387. nu. 4. Paleoth. de Nothis, & ſpur. cap 31. ſub n. 3. Cardin. Seraphin. nouiſſ. Rom. deciſ. 151. n. 1. p. 1. vol. 1. Stephan. Gratian. d. cap. 218. à n. 38. Camill. Borrell. d. tit. 33. à num. 46. nouiſsimè Aloyſ. Ricci in Praxi rerum fori Eccleſ. deciſ. 128. vbi n. 4. reſoluit quamuis ſint inceſtuoſi, vel ſacrilegi, putà nati ex Sacerdote, vel moniali profeſſa, & Gratian. d. cap. 218. n. 44. tenet quòd debet eſſe ſpecialiter legitimatus, vt in dicta em phyteuſi poſsit ſuccedere.

84 Emphyteuſis Eccleſiæ tranſit ad extraneos hæredes, vt per Afflict. deciſ. 386. n. 7. Clar. §. Emphyteuſis q. 28. verſ. Sed aduertendum. Vincent. de Franchis deciſ. 235. num. 2. Alexand. Raudenſ. Vari. lib. 1. cap. 14. n. 49. & cap. 16. nu. 31. & 50. & de iure huius Regni hanc opinionem veriſsimam putat Gam. deciſ. 50. n. 5.

85 Contrariam tamen opinionē imo emphyteuſim Eccleſiæ non tranſire ad extraneos hæredes tenet Menoch. conſ. 129. n. 26. & remed. 9. Recup. n. 82. Emman. Soar. in Theſauro recept. ſentent. verbo Emphyteuſis n. 65. Pereg. de Fideicommiſ. art 32 n. 53. Hieron Magon. Lucenſi deciſ. 12. nu. 7. & Florent deciſ. 117. n. 21. Cuall. Commun. contra commun. q. 194. Surd. deciſ. 11. num. 8. Camill. Borrell. d. tit. 33. nu. 15. Aloyſ. Ricci in Praxi deciſ. 132.

86 Filiæ fœminæ ſicut, & filij admittuntur ad ſucceſsionem emphyteuſis Eccleſiaſticæ, licet ſit facta cōceſsio pro ſe, & liberis, ita Vincent. de Franch. deciſ. Neapol. 30. Surd. Mantu. deciſ. 95. n. 14. & 31. Andræ. Fachin. controuerſ. iuris lib. 8. cap. 97. Menoch. conſ. 111. n. 57. Camill. Borrell. d. tit. 33. n. 29. vbi n. 30. ſecùs dicit in caſu ſtatuti excludentis fœminas exiſtētibus maſculis. Quamuis contrarium, ex eo quia filiorum appellatione in conceſsione emphyteuſis maſculi tantum admittuntur, teneant

tenéant poſt Clar. Ioſep. Ludou. Lucenſi deciſ. 29. n. 26. Hieron. Magon. Lucenſi deciſ. 7. n. 14 & nouiſſimè Aloyſ. Ricci. deciſ. 127.

87 Emphyteuſis Eccleſiaſtica quando eſt conceſſa pro ſe, & hæredibus, ac ſucceſſoribus quibuſcunque cum placito Sedis Apoſt. tranſit ad hæredes extraneos, Vincent. de Franchis deciſ. 235. n. 2. Hieron. Magon. Florent. deciſ. 117. nu 45 & 46. Matta in votis nouiſſ. deciſ. voto 207. n. 3 Camill. Borrell. d. tit. 33. n. 17. Aloyſ. Ricci. in Praxi. deciſ. 132. n. 2. & nouiſsimè in deciſ. Curiæ Archiep. Neapol. p. 1. deciſ. 136. à n. 11.

88 Emphyteuſis Eccleſiæ conceſſa patri ſimpliciter abſquè mētione filiorum cenſetur pro ſe & filijs non vt hæredibus, vt per Verall. Roman. deciſ 302. n. 1. lib. 1. quē refert Aloyſ. Ricci. in collect. deciſ. p 4 collect. 777. verſ. Dico ſecundo, nouiſsime Camill. Borrell. d. tit. 33. nu. 12. Si tamen conceſſa ſit pro hæredibus, & deſcendentibus non comprehendit deſcendentes, qui etiam hæredes nō ſint, vt per Valaſc. de Iure Emphyt. q. 44. n. 18 & q 48. n 4. Cald. Pereira de Nominat. q. 22. n. 35. Et Emphyteuſis conceſſa pro ſe, & filijs comprehendit etiam filios naſcituros nō dùm natos, Gam. deciſ. 233. n 7. quē refert Camill Borrell. d. tit. 33. nu. 35. quæſita pro ſe, & filijs poteſt vni filiorum aſsignari, ex eod. Borrell. d. tit. 33. nu. 36. Gam. deciſ 233. num. 7. Surd deciſ. 209. n. 16.

89 *Ad d. tit 36. in §. 2. num. 2. pag. 65.* ibi quia vtile dominiū eſt quid prophanum, & ſuper eo poſſunt Principes ſeculares ſtatuere, adde Gam. deciſ. 50. num 2. & deciſ. 387. num. 7. Camill. Borrell. d. tit. 33 num. 360. vbi dicit hoc intelligendum non ita ſimpliciter, ſed tantùm ſi Eccleſiæ vtilis eſſet, & non aliter.

90 *Ad tit. 37. in §. 4. num. 3. pag 70. col. 2.* adde quòd nominatio tacta in teſtamento nullo, ex quo nec legata, nec aliquid in eo relictum valet, nō eſt valida, vt per Melch. Phœb. deciſ. 30. n. 17. vbi etiam tenet quòd de teſtamento prorſus nullo loquitur Ordin. in præſenti.

91 *Ad d. titul. 37. in § 6. pag. 71. col. 2.* adde quòd emphyteutico titulo nō dùm finito poteſt res alteri in emphyteuſim concedi, dūmodo ſecunda inueſtitura prima durante facta, extincta prima conualeſcat, vt per Gam. deciſ. 36. nu. 1. Cald. Pereira de Nominat q 15. n. 20. & de Emptione cap. 10. n. 8. Surd. deciſ. 230. n. 11. licet aliter Cabed. p. 1. deciſ. 138.

92 *Ad §. 6. n. 3. pag. 71 col. 2.* Ad illud quod ibi dixit dominus meus, patrē ſcilicet non poſſe præiudicare filio quoad emphyteuſim non hæreditariam, ſed ex pacto, & prouidentia conceſſam, adde Gam. deciſ. 8 à n. 1. & deciſ. 151. n. 1. Steph. Grat. March. deciſ. 65 Camill. Borrell. d. tit. 33. nu. 295. & n 300. Et ſi pater huiuſmodi emphyteuſim alicui tertio venderet, reſcindi poterit venditio à filio, quāuis filius teneretur emptori pretiū pro ſua parte reſtituere, ſi patris hæres ſit, prout iudicatum dicit Gam. d. deciſ. 8. n. 4. quem refert, & ſequitur P. Rebello de Obligat iuſtit. p. 2. lib. 13 q. 15. n 6 propè finem. In dubio tamen ſi pater vendat videtur vendere ius ſuum, & non filiorum, Surd deciſ. 172. nu. 7. Valaſc de Iure Emphyt. q. 49. nu. 6. col 6. Cald. Pereira de Renouat. q. 16. nu. 38. & de Poteſtate eligendi cap 3. n. 38. & cap. 19. nu 22. Et alienatio durabit tantùm in vita alienantis per ea quæ reſoluit Flamin. de Reſignat. lib. 6. q. 2. n. 90. & 91.

Digitized by Google

93 Limita primò, ſi emphyteuſis ex re, vel pecunia patris acquiſita ſit, tunc enim poteſt pater filijs alienādo nocere. Vide alleg. iuris pro maioratu de Bellas p.2.art.5.nu.146. Valaſc.q.49.n.70. Flores ad Gam.deciſ.5.ad finem. Cald.Pereira in reſponſo pro ſocietate Ieſu nu.13.& de Extinct.cap.20.nu.4.& 15.& in comment.ad §.Sed hæc Inſtit.de Inofficioſo teſtam.cap.2.n 27.

94 Limita ſecundò, quando pater fuit primus emphyteuſis acquiſitor, tunc bene poteſt eam alienare in præiudicium comprehenſorum, vt per Ambroſin.Epiſc Peruſ.14.quam refert Aloyſ.Ricci. in collect. deciſ. p.3. collect 690. verſ. Limita 2. P. Rebello d.lib.13.q.15.n.6. Præcipuè accedente domini conſenſu Valaſc. d.q.49.num.6. Surd.deciſ.11.in fine. Pereg.de Fideicom.art.6.n.24. Stephan. Gratian.d.deciſ.65 à num.8. Borrell.d tit.33.n 298.

95 Emphyteuſis per aliquē capta pro ſe,& fratre abſēte quæritur eidē fratri eius ſubſequuta ratificatione, vt per Surd.deciſ.159 n.12.quem refert Camill.Borrell.d tit.33.n 336.

96 Poſſeſſor rei emphyteuticæ tenetur ad ſolutiones præteritorum, vt per Surd deciſ 32.nu.5. & 9. Camill.Borrell.d.tit.33.nu.228. etiamſi ſit pro illo tempore, quo ille nō poſſidebat, vt nouiſsimè tenet Aloyſ. Ricci. in collect. deciſ. p.5. collect. 1538. Vnde tertius poſſeſſor conuentus pro cenſu rei emphyteuticæ non poteſt opponere exceptionem excuſsionis reſoluunt Surd. d.deciſ. 32. nu.15. Carot. in tract. de excuſſ. bonorum p 2 q 94. Camill.Borrell, d.tit.33.nu.346. vbi num 415 aſſerit quod emphyteuta dicitur perſonaliter obligatus ad ſolutionē canonis.

97 Emphyteuta non poteſt recedere á tenore cōtractus emphyteutici Gam. deciſ.234. incip.Accepta n.13. Corbul.in tract.ex quibus cauſis amittatur emphyteuſis cap. de cauſis priuationis ob non obſeruationem pactorum, Molin. de Primog.lib.1.cap.2.n.24. Cald. Pereira de Nominat.q 7. n.7. & ſeq. Steph. Gratian.Diſcept.Forenſ.cap.88.n.1. nouiſsimè Aloyſ.Ricci.deciſ.Curiæ Archiepiſ.Neapol.p.1.deciſ.25. n. 2. & tenor inueſtituræ ſpectandus eſt Menoch. conſ.148. nu.20. Et pacta omnia in conceſsione emphyteuſis poſita ſeruanda ſunt, etiamſi contra emphyteuſis naturā eſſent,& illa nō obſeruans cadit in cōmiſſum prout tenet Borrell.d.tit.33.n.283.

98 *Ad tit.*38 *in Princ. nu* 2. *pag* 72. *col.*2. adde Brauum nouiſſ.Rom. deciſ.466.nu.2.p.1.vol.1.D.Garci.Maſtrillo Siciliæ deciſ.71.nu.6. Camill. Borrell.d.tit.33.n.246. *Tit.*38.

99 *Ad n* 8.*pag.*73.*col.*1. adde Amadæ.de Ponte laudem.q.38.nu.3. Camill.Borrell.d.tit.33.n.78.

100 *Ad n.*13.*pag.*73.*col.*2. adde Stephan.Grat.Marchiæ deciſ.56.n.2.

101 *Ad n.*11. adde Gam. deciſ.342. n 4.Camill.Borrel.d tit.33.n.126.

102 *Ad n.*14. adde Stephan. Grat. Diſcept. Forenſ. cap. 377. & Marchiæ deciſ.56.n.3. Camill.Borrell. d. tit.33.n.342.

103 *Ad n.*17.*pag.*74 *col.*1. adde poſſe emphyteutam conſtituere cenſum ſuper re emphyteutica ſine directi domini conſenſu, vt per Cot.in memorab. verbo Emphyteuta non poteſt. Franc. Milanenſ.Siciliæ deciſ.17.n.2.lib.2.Camill.Borrell.d.tit. 33. n.170.vbi nu.172. declarat quód quando reddit emphyteuſis ad dominum reſoluta dicentur omnia iura emphyteutæ, & ceſſabit ius cenſus ſuper emphyteutica re conſtituti,&

alle-

Digitized by Google

allegat Pettum de Gregor. Siculum de Cenſib.q.6.n.33.cũ multis ſeqq.

104 *Ad n.*18. adde quòd emphyteuta inuito domino emphyteuſim renuntiare non poteſt, vt per Franc. Marc. Delphin.deciſ.325.nu.3. 6. 7. vol.1. Theſaur.Pedam.deciſ.20.n.2. Camill.Borrell.d. tit.33.nu. 137. vbi num.139. limitandum cenſet ſi caſu emphyteuſis eſſet capta per matrem pro ſe,& filijs,quia niſi filiorum ratificatio ſubſequatur, filij illam renuntiare poterunt, & allegat Stephan. Gratian.Marchiæ deciſ.88.n 3.

105 *Ad n.*19.adde Cald.Pereira de Empt.cap.8.nu.46.ad finem, & relatos per Cened.ad Decretal.collect. 144. n.10.

106 *Ad n* 20.ad hoc quod per alienationem nullam non caditur in commiſſum adde Redoan.de rebus Eccleſiæ non alien.tit.de caducitate ob alienat.cap.2.incip.Emphyteuta quoquè nu.45. Corbul. tit.de cauſ. priuat. ob alienat. irreq. dom. limit. 22.n.1.Camill.Borrell.d.tit.33.n.91.

107 *Ad num.*22.*pag.*47. *col.*2. adde Cald.Pereira de Extinct cap.7. nu. 18. P.Molin.de Iuſtit.diſp.459.n.21. Valaſc.q 38.n.15.

108 *Ad nu.*25.*pag.*75. *col.*1. ad hoc quod ſeruitutem emphyteuſi poteſt emphyteuta etiam inuito domino imponere, adde Gam deciſ.214 n.1. Octau.Cacher.Pedam.deciſ.156.n.8. Flamin.Charrar.Genuenſi deciſ.87. n.10. Camill.Borrell.d.tit.33. nu.51. vbi n.52.declarat hoc procedere donec emphyteuſis durauerit apud ipſum emphyteutam,ſed ſtatim quod apperiretur domino,& apud illũ reuerteretur,ſeruitus impoſita dominũ non afficit,nec ei præiudicat,& allegat Surd.deciſ.286. nu.12. & Marc. Anton. de Amattis Marchiæ deciſ. 92.n.5.& 6.& idem Camill.Borrell. vbi ſupra nu.53. poſt Boeri.Cacher. & alios ſublimitat hanc declarationem procedere ſi iure dominij ob ius prælationis, vel ob caducitatem canonis non ſoluti, ſecùs verò ſi perueniret ad manus domini tanquàm ad priuatum alio titulo, putà emptione, donatione, vel legato ab ipſo emphyteuta, quia ſeruitus ex modo impoſito durabit.

109 *Ad n.*27.ad hoc quod pignori dare, vel rem emphyteuticam hypothecare emphyteuta poteſt,adde ibi citatis Gam.deciſ.5.n.8.& deciſ.28. n.2. Emman. Soar. in Theſauro recept.ſentent. verbo Emphyteuta n. 105. Aurel.Corbul.tit. de cauſa priuat. ob rei alienat. limit.33. Redoan. de rebus Eccleſiæ non alien.titul.de caducit. ob rei alienat.cap.2. incip. Emphyteuta quoquè nu.31. Surd. deciſ.93.n.10 & 11. & deciſ.160.nu.1. & deciſ.173.n.12. Octau.Cacheran. Pedam.deciſ.156.n.8. & 13. Cened. ad Decretal.collect.144.nu 59. Camill.Borrell.d.tit.33.n.116. Cald.Pereira de Empt.cap.8.n.32. Et huiuſmodi hypotheca non præiudicat domino,niſi eidem hypothecationi, & pignorationi conſenſiſſet, Gam. deciſ.214.n.4. Camill.Borrell. d.tit. 33.n.117.& 118. Et in generali obligatione bonorũ facta expreſsione rerũ emphyteuticarum eadẽ emphyteuſis includitur,Surd.deciſ.160.à num. Anton.Gabri.commun.tit.de regugulis iuris concl.12.n.19.Camill.Borrell.d.tit.33.n.120. cũ ſeq. vbi n.123. reſoluit quòd tũc hypothecatio, vel pignoratio abſq; domini conſenſu nulla eſt quãdo emphyteuſis pro tãta quãtitate hypothecata,vel pignorata eſt,vt nulla ſit ſpes luitionis.

110 Morte autem hypothecantis finitur hypotheca iuxta reg.l.Lex vectigali fundo ff. de Pignorib. & tra-

dita per Stephan. Grat. Diſcept. Forenſ. cap. 88. n. 40. domino vero directo conſenſum præſtante durabit hypotheca vltra vitam hypothecantis, ex Ordin. Regia lib. 4. tit. 95. §. 1. ad finem. Farin. in nouiſſ. Rotæ deciſ. 183. n. 13. vbi n. 12. reſoluit quòd ſi res emphyteutica cedeat ad dominũ non vti priuatum ex acquiſitione habitâ ab emphyteuta, omnes obligationes, & onera per emphyteutã impoſita extinguitur, & res reddit libera ad dominum, de quo etiam Camill. Borrell. d. tit. 33. à n. 121.

111 *Ad n. 28. pag. 75. col. 2.* adde Cened ad Decretal. collect. 144. nu. 10. Quando enim emphyteuſis tranſit ad comprehenſos in inueſtitura in ea trãslatione non requiritur domini conſenſus, nec ſoluitur laudemiũ, Valaſc de Iure Emphyt. q. 18. n. 28. & conſ 71. num. 16 Cald. Pereira de Nominat. q. 10. n 30. D. Barboſa in l. Vſufructu n. 28. ff. Soluto Mat. Gam. deciſ. 116. n. 5. Cab deciſ. 103. in fin. p 1.

112 *Ad n. 29* adde Camill. Borrell. d. tit 33. n. 88. cum ſeqq.

113 *Ad n. 30* adde Gaſp. Anton. Theſaur. quæſt. Forenſ. lib. 1. q. 34. nu. 36 Cened. ad Decretal. collect. 144. n. 39. Camill. Borrell. d. tit. 33. á num. 70.

114 *Ad n. 32. pag. 76. col. 2.* vbi citauit l. vlt. lege l. 1. & adde Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap. 36. nu. 33. & ſupple ſecùs eſſe ſi in titulo emphyteutico alienatio reperiatur.

115 Ob deteriorationem rei emphyteuticæ poteſt ſtatim emphyteuta expelli, vt per Doct. in Auth Qui rem Cod. de Sacroſ. Eccleſ. Clar. §. Emphyteuſis q 25. Franciſ. Milanen. Siciliæ deciſ 17. n. 44. & 45 & 52. cũ ſeqq. lib. 2. Barnab. Cornaz. Lucenſ. deciſ. 65. nu 2. Ioſeph. Ludou. Peruſ. deciſ. 22. & 94. D. Barboſ. in l. Diuortio §. Si fundum n. 15. cum ſeq. ff. Soluto Matrim. latè Aurel. Corbul. in tit de cauſa priuat. ob rei deteriorat. plures Doct. refert Cened. ad Decretal. collect. 144. num 23. Camill. Borrell. d tit. 33 à n. 192.

116 Amplia primò, procedere ſi ſit notabilis deterioratio, vt per Gam. deciſ. 17. n. 1. & deciſ. 342. nu. 1. Surd. deciſ. 102 nu. 7. & deciſ. 286. num. 9. Stephan. Gratian. Marchiæ deciſ. 174. á nu. 5. Ex modica enim deterioratione, iuramento etiam non obſtante, de æquitate canonica com miſſum non committitur, ex Ioſeph. Ludou. Peruſ. deciſ. 22. num. 19. Seraphin. de Priuilegijs iuram. priuil. 84. n. 11. Stephan. Gratian. d. deciſ. 174. n. 13. Quamuis ex minima deterioratione cadat in commiſſum ille, qui promiſit rem meliorare, & non deteriorare, vt per Surd. deciſ. 102. nu. 9. Franciſc Milanenſ. deciſ. 17 n. 31. lib. 2. Camill. Borrell. d. tit. 33. n. 201. & 202.

117 Amplia ſecundò, vt in pœnã commiſsi cadat emphyteuta, qui rẽ deteriorauit in arboribus, & ædificijs, quas ipſe plantauerat, ac ædificia conſtruxerat, cum cedant ſolo, & dicantur pars rei, & ſpectent ad dominum, quo inuito nõ poſſunt tolli, vt per Surd. deciſ. 78. nu. 10. & deciſ. 300. à n. 1. Stephan. Grat. Diſcept. Forenſ. cap. 21. nu. 33 & ſeq. Camill. Borrell. d. tit. 33. n. 208.

118 Amplia tertiò quod deteriorans vnã tantùm rem emphyteuticã cadit à tota, vt per Gam. deciſ. 291. n. 2. Camill. Borrell. d. tit. 33. n. 195. & n. 194. declarat deteriorationem debere eſſe ad perpetuum rei emphyteuticæ detrimentum, & citat Stephan. Gratian. d. deciſ. 174. n. 14.

119 Limita in deterioratione quam

emphy-

emphyteuta facit euellens arbores à re emphyteutica, & illarũ loco alias plantans, quia tunc non incidit in commiſſum, vt per Ioſeph. Ludou. Peruſ.deciſ.94.n.13 Gam.deciſ.147. n.5. Alexand.Raudenſ. Vari.reſolut. lib.1.cap.27.ſub nu.10.plures refert Cened. d collect.144. n.24. Valaſc. conſ.50.nu.5.cum ſeqq. vbi reſoluit non incidere in commiſſum, qui euellit oliuas,& loco illarum plantat vineas,cui tamen in hoc ſe non ſubſcribit Camill.Borrell.d.tit 33 num. 197. ſed tantùm in euellente vineã, & plantante oliuas, cum vineæ durent modico tempore, oliuæ verò ad quingentos,& plus annos.

120 *Ad d.tit.38.in Princip.n.36.pag.* 77.*col.*1. ad hoc quod emphyteuta ſecundus alienare volens non primi emphyteutæ conſenſum, ſed directi domini habere debet, adde Gam. deciſ.244.n.7.& deciſ.329. n.t. Camill.Borrell.d.tit.33. nu.126. Aloyſ. Ricci. in deciſ. Curiæ Archiepiſ. Neapol.p.1.deciſ.27.

121 *Ad n.*39.*pag.*77. *col.* 2. ad hoc quod alienatione rei emphyteuticæ facta per emphyteutam ipſam vendendo dominus directus iure prælationis poteſt illam capere adde Rebuff.tom.2 ad leges Galliæ titul de Conſtit.redit.art.1. gloſ.17. num.15. Octau.Cacheran.Pedam. deciſ.156. n.1.Vincent.de Franch.Neapol.deciſ.226.n.2. Surd. deciſ.39.n.10. Camill.Borrel.d.tit.33.n.106.vbi n.107. limitat in donatione,& num.109. in permutatione, de quo etiam nouiſſimè Aloyſ. Ricci. in deciſ. Curiæ Archiep.Neap.p.2.deciſ.58.in fine.

122 Dominus tamen directus ſuũ dominium directum vendere poteſt non requiſito emphyteuta, vt tradunt Bald n.13. Salicet & Iaſ.n.17.in l.vlt. Cod.de Iure Emphyt.Cardin. q.11.& Imol.9. in cap Potuit de Locato Greg.l.55.titul.5. part.5. verbo Communalmente,Pute.deciſ.39. p. 1. Menoch.conſ.116.n.5. Perez l.14. tit.11.lib.4. Ordin. Surd.de Alimẽtis tit.8.priuil.42.& tit.9.q.22.n.29. D. Barbol. in l.2. ff.Soluto Matr p 2.in princ.n.41 cum ſeqq.& hoc licet in materia feudali ſit dubium, in emphyteuſi tamen de plano procedit, fallit tamen quando emphyteuta ex venditione à domino directo facta damnum ſentiret in iugationibus,& ſimilibus, à quibus immunis erat propter dominum directum, quibus carere debet apud emptorẽ,vt probat text in cap.1 §.Ex eàdem,de lege Conradi,& eſt recepta ſententia ex Grato conſ.147.à n.5.lib.2.Duenh. reg.215 Menoch conſ.32 à n.22.

123 Poteſt maritus ſine vxore his alienationibus conſenſum præſtare ptout reſoluit Cald. Pereira de Extinct.emphyt.cap.12.n.10.

124 Idem in Prælato Eccleſiæ collegiatæ, vel monaſterij, qui abſquè Capitulo poterit conſenſum præſtare alienationi rei emphyteuticæ ad Eccleſiam pertinentis,cum ante cõſenſum res non dicatur radicata penes Eccleſiã, iuxta tradita per Iaſ.in l.2.Cod.de Iure Emphyt.n.127. Vnde merito ſubiacet diſpoſitioni ſolius prælati arg. gloſ. vlt. in cap. vlt. 16.q.6.receptæ per Hippol ſing.194. Palat.in rep.rub.§ 47.n.5. Cald. Pereira in l.Si curatorem verbo Aduerſarij dolo n.82.P.Sanch de Matrim. lib.6.diſp.4.n.13.cum ſeqq.

125 *Ad tit.*43.*pag.*77.*col.*2. ad hoc quod emphyteuta abnegans domino emphyteuſim illa priuatur adde Camill.Borrell.d.tit.33.n.215. & nu. 217. ampliat etſi à principio iuſtam cauſam dubitandi habuerit, an rem emphyteuticam poſſideret,& demũ

B 3 factis

factis probationibus conſtito de negotio, & ipſis prælatis, perſeueret, nec liti cedat, ſi tamen ante litis cōteſtationem veniam petierit, & pœniteat emphyteuſi non priuabitur ex eod. Camill. Borrell. d titul. 33. nu. 216. Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap. 109. à n. 27.

126 *Ad n.* 44. *pag.* 78. *col.* 1. ad hoc quod dominus non eſt præferendus ſi vellet emphyteuſim pro alio amico, vel ſimili, adde Cacher. Pedam. deciſ. 156. num. 1. Antonin. Theſaur. deciſ. 170. ſub nu. 2. Camill. Borrell. d. tit. 33 n. 108. Prælatio enim domino directo tantummodò competit, etiamſi conſenſiſset alienationi ex Aloyſ. Ricci. d. deciſ. 58. nu. 1. & 2. vbi nu. 3. reſoluit quòd ius prælationis cedi non poteſt.

127 *Ad n* 45. adde quòd emphyteuta volens melioramenta vendere, & alienare, dominis potiuſquàm alijs vendere cogitur, vt per Surd. deciſ. 19 n. 10. & deciſ. 78. n. 16. Camill Borrell d. tit. 33. nu. 219. Et dominus directus præfertur creditoribus in meliorationibus Aloyſ. Ricci. d. deciſ. 58. n. 6.

128 *Ad n* 47. adde quòd in emptione directi dominij emphyteuta, alijs non pręfertur Cald. Pereira de Extinct. emphyt. cap. 12 n. vlt. Aloyſ. Ricci. d. deciſ. 58. n. 4.

129 *Ad n.* 48. *pag.* 78. *col.* 2. adde quòd dominus debet concedere aſſenſum emphyteutæ alienanti, ſi is in quem fieret translatio ſit habilis, & non ſit inimicus domino, vt per Surd. deciſ 55. n. 109. Camill. Borrell. d. tit. 33 n. 281.

130 *Ad n.* 49. adde quòd emphyteuſis poteſt ſine conſenſu filiæ in dotem dari, vt per Gam. deciſ. 127. n. 2. Camill Borrell. d. tit 33. nu. 352. Flamin. Chartar. Genuenſi deciſ. 78. n. 11 & 12. & faciunt quæ Surd. deciſ. 160. num. 3. & 4. Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap. 159. n. 34. cum ſeqq. D. Barboſ. in l. Vſufruct nu. 25. ff. Soluto matrim.

131 *Add. tit.* 38 *num.* 51. *pag* 79. *col.* 1. adde de laudemijs tractatum editū à Franciſco Salſona Hiſpano, & de illis latè agentem Camill. Borrell. in Summa deciſ. tit. 35. de Laudemijs.

132 *Ad num.* 57 *pag* 79. *col.* 2. adde Camill. Borrell. d. tit. 33. n. 345.

133 *Ad n* 58. ad hoc quod laudemium debetur ex datione in ſolutū adde Camill. Borrell. d. tit. 35. n. 37. & n. 38. ampliat procedere etſi datio in ſolutum mediante iudicis decreto ordinaretur, & n. 39. limitat in datione in ſolutum neceſſaria.

134 De vendione cum pacto de retrouendendo ſoluitur laudemium vt per Gerard. Maynard. Tholoſ. deciſ. 38. lib. 4. Antonin. Theſaur. Pedam. deciſ. 75. ſub nu. 2. & 3. Camill. Borrell. d. tit. 35. n. 72.

135 De diuiſione rei emphyteuticæ debetur laudemium, vt per Tiraq. de Retract. lig. §. 1. gloſ. 14. n. 77. Camill. Borrell. d. tit. 35 n. 41.

136 Limita tamē in diuiſione hæredum neceſſaria, vt per Baptiſtam Coſt. in tract. de facti ſcientia, & ignor. cent. 1. diſt. 11. nu. 23. Surd. deciſ. 305. nu. 30. Mathi. Coleri. German. deciſ. 33 n. 43. Camill. Borrell. d. tit. 35. nu. 42. & nu. 43. ſublimitat ſecùs eſſe ſi res fuerit toti vni applicata, & alteri pecunia.

137 *Ad num.* 59. *pag.* 79. *col.* 2. adde quòd donec exiſtit conditio ex venditione conditionali laudemium nō debetur Camill. Borrell. d. tit. 35. nu. 70. Et ex contractu nullo nullum debetur laudemium Theſaur. Pedam. deciſ. 75. nu. 4. Camill. Borrell. d. tit. 35. à n. 27.

Ibi,

Digitized by Google

138 Ibi, nec ex venditione facta cũ pacto legis commiſſoriæ adde Camill. Borrell. d. tit. 35. n. 87. quia non operatur contractus alienationis ante impletam conditionem Cacher. Pedam. deciſ. 5. n. 9. Triuiſ. Venetiæ deciſ. 46. nu. 18. lib. 2. Magoni. Florent. deciſ. 128. n. 8.

139 Ibi, non debetur ex retrouenditione, intellige ſi pactum de retrouendendo, vel retroemendo ſtatim ſit factum in eodem inſtrumento, in eodem loco, menſe, die, notario, & teſtibus, ſecùs ſi præfecto primo alienationis contractu, & facta rei venditæ traditione, factum ſit. Vide Antonin. Theſaur. Pedam. deciſ. 75. num. 3. Gerard. Maynard. Tholoſ. deciſ. 38. lib. 4. Hieron. de Laurent. Auenion. deciſ. 123. in fine, Camill. Borrell d. tit. 35. n. 73. vbi nu. 74. reſoluit quòd quando perfecta venditione, & communi voluntate venditor, & emptor ab emptione diſcedunt debetur nihilominùs laudemium domino, cui non fit per ipſorum voluntatem præiudicium, quando res non eſt integra. Ex diſtractu tamen cum ſit caſſatio, & cancellatio primi contractus laudemium non debetur, ſi de eo non fiat nouus contractus, ex eodem Camil. Borrell. d. tit. 35. á n. 75.

140 Ibi, nec ex venditione vſusfructus, adde Cald. Pereira de Extinct. emphyt. cap. 16. n. 73. D. Barboſ. in l. Vſufructu nu. 14. ff. Soluto Matrim. Vſufructus autem differt à commoditate fructuum vt nouiſsimè deciſum refert Aloyſ. Ricci. in deciſ. Curiæ Archiep. Neapolit. p. 1. deciſ. 118.

141 Ibi, nec ex diuiſione, addidi ſupra in verſ. De diuiſione, cum ſeq.

142 Ibi, nec ex tranſactione, adde Cald. Pereira de Extinct. cap. 13. nu. 25. Farin. in nouiſſ. Rotæ deciſ. 765. n. 1. Camill. Borrell. d. tit. 35. à nu. 89. Debetur tamen laudemium de illa pecunia, quam emptor venditori dedit in ſupplementum pretij iuſti, quia læſio contingit vltra dimidiam, & emptori lis mota fuit á venditore, & lis per tranſactionem ſopita, reſoluit Cald. Pereira de Extinct. cap. 16 n. 52. Quid ſi tempore venditionis fuerũt diuerſi locatores laudemiorum, vnus tempore venditionis, & alter tempore ſupplementi, an primo ſit ſoluendum laudemium dicti ſupplementi? Dic quòd ſecundo, ex Cald. Pereira d. cap 13. nu. 26. & faciunt quæ Tiraq. de Retract. lig. §. 1 gloſ. 18. n. 55. & de Retract. conuent. ad finem tit. n. 168.

143 Ibi, nec ex permutatione, adde quòd ex permutatione rei immobilis, cum immobili non debetur laudemium, vt per Camill. Borrell. d. tit. 35. n. 78. vbi n. 79. limitat ſi permutatio fiat de immobili cum rebus mobilibus, vel ſpeciebus conſiſtentibus, pondere, numero, & menſura, & n. 84. declarat quòd quando fit cõmutatio rei immobilis cum immobili, & datur tamen ex vna parte quantitas aliqua pecuniæ, pro æquãdo valore alterius partis, tunc ſi eſt maior pars pecuniæ cenſetur emptio, & venditio, ſin autem minor erit permutatio, & primo caſu laudemium exigetur, ſecundo vero non.

144 Ibi, nec ex alienatione voluntaria per donationem debetur laudemium, adde Gerard. Maynard. Tholoſ. deciſ. 41. lib. 4. Camill. Borrell. d. tit 35. n. 61. dummodò huiuſmodi donatio non fiat animo fraudandi laudemium, & gabellas Ioſeph. Ludou. Peruſ. deciſ. 8. n. 1. Amplia primó etiamſi fieret donatio matrimonij fauore, & fuerit æſtima-

ta, vt nec pro ea laudemium debeatur, ex eod. Borrell. d tit. 35. nu. 63. & & n. 64. ſecùs reſoluit in donationibus ab extraneis factis etiam fauore matrimonij. Amplia ſecundò in donationibus quas faceret pater, aut mater filijs, & ècontra filij in patrē, aut matrē, ex Borrell. d. tit. 35. nu. 66. vbi n. 67. laudemium deberi aſſerit quando facta eſt bonorū omniū donatio cum onere alimentandi, vel quod donatarius donantis debita ſoluat, cum non ſit pura donatio.

145 Ibi, nec ex venditione nulla, adde Tiraq. de Retract. lig. §. 1. gloſ. 2. nu. 7. & de Retract. conuent. §. 6. gloſ. 2. n. 6. Cald. Pereira de Extinct. cap. 16 nu. 67. & ſeq. & intellige ſi nullitas ſit ex cauſa præcedente Camill. Borrell. d. tit. 35. n. 28. Et reſciſo contractu ex remedio l. 2. Cod. de reſcind. vendit. reſtituere debet dominus laudemium ſibi ſolutum. vide Lazarte de decima vendit. cap. 14. n. 13. Parlad. lib. 1. rerum quotid. cap. 3. § 5. num. 5. Pinel. l. 2. Cod. de Reſcind. vend. p. 2. cap. 3. n 35. P. Molin. de Iuſtit. tract. 2. diſp. 349. verſ. Dubium eſt. Gutier. de Gabellis q. 12. Quid ſi inter emptorem, & venditorem fuit mota lis ſuper læſione contingente in venditione, & iudicatum fuit interueniſſe enormiſsimam læſionem, quæ facit contractū nullum, & per arbitros iubeatur ſuppleri pretium, eo tempore quo iam datur alius directus dominus, qui nō erat tempore primi contractus? Dic ſoluendum fore laudemium ſecundo domino, ex Cald. Pereira de Extinct. cap. 16. n. 6. & 51 & faciunt tradita per eundem cap. 13. n. 26. Secùs ſi detur læſio vltra dimidiam iuſti pretij, & ſuppleatur, quia de ſupplemento ſolui debet ſecundo domino vt tradit Pinel. in d. l. 2. p. 2. cap 3. n. 42. iuncta additione poſita à fratre ipſius in initio libri.

146 Quæſtio eſt non vulgaris in dotibus ruſticorum ſæpè cōtingens, quam in praxi vidi deductam, ſolent enim collocantes filias, & prædia iuris emphyteutici dotantes aliquas pecunias exigere à generis, vel ab eorum parentibus, vt ex his pecunijs alijs filiabus, vel filijs ſatisfaciant partem æſtimationis debitæ per obitum parentum in prædijs, vel melioramentis, domini enim directi contendunt ex iſtis pecunijs ſibi laudemia deberi, quia pro pretio ſoluto prædia data ſunt. Quod ex huiuſmodi contractibus laudemium non ſit ſoluendum iudicauit Senatus Portucal. in cauſa Emmanuelis Delgado, qui à Canonicis Regularibus D. Auguſtini conduxerat reditus, & prouentus monaſterij de Villela, contra quoſdam agricolas emphyteutas illius monaſterij: non enim contractus iſte emptionis, & venditionis appellari poteſt, aliàs non ſubſiſteret attenta prohibitione leg. Regiæ hoc lib. tit. 12. erit potiùs quidam contractus do vt des, nec enim pecunia datur à genero, vel à parente illius aliam ob cauſam, quam vt liberum fiat prædium in dotem datum ab obligatione aliorum filiorum, quibus per obitum parentum æſtimatio debetur, vel aliquo debito à poſſeſſore contracto, vtpote ſi domino directo pēſiones ſolutæ nō ſint, vel ære alieno pater grauatus ſit, vel filiā velit collocare cum onere debita ſoluendi. Contrarium tamen dicendum fore arbitror ſi aliquis conſanguineus prædium emphyteuticum donaret, vel in dotem daret alij conſanguineo pro aliqua magna pecuniæ quantitate, quæ dimidio iuſti pretij reſponderet, quia tūc fraudis ſuſpicio oriri

poſsit

poſsit ſaltem quando dimidia, vel tertia pars pretij iure laudemij ex conditione appoſita foret in contractu, quia tũc fraudis ſuſpicio erit, ſecùs ſi pro donatione prædij aliquid minus dimidiati valoris donetur: vt enim in permutatione alicuius rei pro alia non iudicatur emptio, quando ex vna parte pecunia interuenit cum re pecuniæ non æquiualenti, ex reſolutis per Bart in l. Ariſto ff. de Donation. & iuxta ea quæ tradit Camill. Borrell. d. tit 35. n. 79. eodem modo iudicabitur donatio quando id, quod datum fuit non excedit dimidium valoris rei donatæ, quia ſi venditio iudicanda foret, poterat donator donatarium conuenire, & contractum reſcindere remedio læſionis vltra dimidiam iuſti pretij.

147 *Ad d. tit 38. in Princip. n. 60. pag.* 80. *col.* 1. ad hoc quòd laudemium vſufructuario, & non proprietario debetur adde Alciat. conſ 154. lib. 5. & lege Guid. deciſ. 477. Menoch. de Præſumpt. lib. 4. q. 142. n. 22. Cened. ad Decretal. collect. 144. nu. 38. nouiſsimè Aloyſ. Ricci. in deciſ. Curiæ Archiepiſ. Neapol. p. 1. deciſ. 25. n. 3. Camill. Borrell. d. tit. 35. n. 95. & n 96. declarat quòd ius inueſtiendi, ac faciendi reuocationes inueſtiturarum, aut capiendi feudum, vel rem emphyteuticam ſpectat ad dominũ, ſiue proprietarium, cui etiam quæritur vtilitas commiſsi, vt per Gutier. de Tutelis p. 3. cap. 24. n. 3.

148 Laudemium ſolui debet ab emptore, non autem à venditore, dummodò tamen locorum conſuetudines attendantur, vt per Corbul. tit. de cauſa priuat. ob alienat. irreq. dom. ampl. 17. nu. 4. Cened ad Decretal collect. 144. num. 44. Camill. Borrell. d. tit. 35. à n. 31. In ſoluendis enim laudemijs attendi debet conſue udo patriæ, & regionis Caſtan. in conſuetud. Burgund. rub. 10. § 9. n. 1. pag. 341.

149 Si primus dominus fecit conceſsionem emphyteuſis, & iſte alteri cum cõſenſu eiuſdem domini conceſsit, primo domino laudemia debentur, vt per Camill. Borrell. d. tit. 35. n. 100. nouiſsimè Aloyſ. Ricci. in collectan. deciſ. p. 5. collect. 1537. ampl. 1.

150 *Ad d. tit. 38. in Princip ibi (ou dotar não lhe pagarà quarentena)* Nota, & adde quòd alienatis bonis ex cauſa dotis laudemium non debetur. Vide latè Camill. Borrell. d. tit. 35. à nu. 51. & n. 58. refutat opinionem Vaſaſci conſ 113. n. 18. reſoluentis quod debeatur ſemper laudemium quando datur dos ab extraneo.

151 Ex omni venditione, & alienatione neceſſaria laudemium non debetur, vt per Camill. Borrell. d. tit. 35. n. 44. vbi n. 45. cum ſeqq. ſubdeclarat neceſſarias cauſas eſſe putà religionis fauore, fauore libertatis, ædificiorum publicorum intuitu, & etiã de neceſſarijs dicuntur omnia, quæ ad vrbis decus, vel ad publicum vſum pertinent.

152 *Ad nu. 62. in fine pag.* 89. *col.* 2. adde Cald. Pereira de Extinct. Emphyt. cap. 14. n. 20. cum ſeqq. Quid ſi intra iſtos triginta dies dominus directus oppoſuit exceptionẽ quod non tenebatur conſenſum, & auctoritatem præſtare venditioni, quia venditor non habebat ius, & ſuper hoc lis pendeat per plures menſes, quouſquè ſententia feratur, in qua emptor victor euadat, an iſti triginta dies numerentur â tempore latæ ſententiæ, & poſsit dominus directus rem venditam ſibi capere ſoluto pretio, pro quo fuit diſtracta? Dic

quod

quòd ſic per reg. l. Contra maiores Cod. de Inoffic. teſtam. iunctis reſolutis per Tiraq. de Retract. lig. §. 1. gloſ. 10. n. 40. cum ſeq. Cald. Pereira in l. Si curatorem verbo Infra n. 14. & de Renouat. q. 7. num. 14. faciunt quæ idem Cald. de Extinct. cap. 14. n. 3. Nec interim dum lis pependerit, poterit emptor in impeditam poſſeſsionem pedem ponere, aliàs incidet in commiſſum, quia abſquè domini conſenſu non potuit ingredi ante iudicis ſententiam.

153 *Ad d tit. 38. in §. 1. nu. 5. pag. 83. col. 1* adde quòd melioramenta facta in emphyteuſi deperdita ob commiſſum non reficiuntur ipſi emphyteutæ à directo domino Vincent. de Franch. Neapol. deciſ. 191. Ioſeph. Ludou. Peruſ deciſ. 117. n. 33. Camill. Borrell. tit. 33. de Emphyteuſi n. 220. Si vero alio modo emphyteuſis apperiretur domino, putà ob finitam generationem, aut alio ſimili modo, tunc dominus meliorationes reficere debet, vt per Gam. deciſ. 22. nu. 1. Valaſc. de Iure Emphyt. q. 25. nu. 6. Vincent. de Franch. & Ioſeph. Ludou. vbi proximè. Camill. Borrell. d. tit. 33. n. 221. Et etiam hæredibus emphyteutæ eo mortuo debentur, quamuis ſint extranei, Gam. deciſ. 22. n. 1. Camill. Borrell. d. tit. 33. nu. 222. & 223. vbi n. 224. tenet deberi hæredibus vltimi emphyteutæ, & n. 225. quod ſi emphyteuta ſua ſpõte emphyteuſim domino cederet non poſſet repetere meliorationes.

154 *Ad d §. 1. n. 6 pag. 83. col. 1.* adde quòd dominus non poteſt contra hæredem emphyteutæ declarare commiſſum incurſum ſi in vita eiuſdem tacuit. Vide Gam. deciſ. 41. n. 2. & deciſ. 175. nu. 2. Cald. Pereira in l. Si curatorẽ verbo Sua facilitate n. 69. & de Extinct. Emphyr. cap. 18. nu. 13. Surd. de Alimentis tit. 1. q. 48. à nu. 45. Flamin. de Reſignat. lib. 6. q. 3. nu. 26. Valaſc. conſ. 71. nu. 13. & conſ. 101. nu. 5. Camill. Borrell. d. tit. 33. nu. 92. Declaratio enim domini exigitur, vt cadat emphyteuta in cõmiſſum, vt per Aloyſ. Ricci. in deciſ. Curiæ Archiep. Neapol. p. 2. deciſ. 142. n. 6.

155 *Ad tit. 39. in Princip. n. 2. pag* 84. *col. 1*, adde quòd agens contra emphyteutam ad caducitatem incurſam debet probare dominium, vt per Farin. in nouiſſ. Rotæ deciſ. 721. & 723. n. 2. nouiſsimè Aloyſ. Ricci. in deciſ. Curiæ Archiepiſ. Neapol. p. 2. deciſ. 133. n. 1. vbi n. 2. dicit quòd probatio hæc debet fieri per ſcripturã, vel ſaltem per ſolutionem continuatam per 30. vel 40. annos, quæ coadiuuetur ſcriptura facta de emphyteuſi, vel alia coniectura euidenti. Et an ex inſtrumento emphyteutico probetur dominum directũ emphyteuticantis? Vide Valaſc. de Iure Emphyt. q. 9. num. 3. cum ſeqq. Gam. deciſ. 12. vbi Flores, Menoch. conſ. 86. n. 95. cum ſeqq. *Tit. 39.*

156 *Ad n. 3.* ad hóc quod etiamſi in vno nummo canonis deficeret, pœnam commiſsi incurrit, adde Gam. deciſ. 41. n. 2. & deciſ. 119. n. 1. Valaſc. conſ. 35 n. 1. Verall. deciſ. 182. nu. 2. & deciſ. 300. n. 3. lib. 1. Barnab. Cornaz. Lucenſi deciſ. 1. n. 33. Alexandr. Raudenſ. Vari. reſolut. lib. 1. cap. 17. ſub n. 27. nouiſsimè Aloyſ. Ricci. in deciſ. Curiæ Archiep. Neapol. p. 2. deciſ. 142. n. 2.

157 *Ad n. 4.* adde quód dominus ſolutionem ab alio quam emphyteuta recipere non cogitur, vt reſoluunt Aurel. Corbul. tit. de cauſa priuat. ob non ſolutum canonem limit. 7. n. 2. Redoan. de rebus Eccleſiæ non alien. q. 19. tit. de Solut. can. emphyr. cap 3.

Digitized by Google

cap. 3. incip. Sed emphyteuta creditor n. 7. Ioſeph Ludou. Peruſ. deciſ. 35. nu. 5. Caualcan. Fiuiz. deciſ. 29. ſiue 73. n. 40. p. 2. Cened. ad Decretal. collect. 144. n. 19. Camill. Borrell. d. tit. 33. n. 329. & n. 330. aſſerit ex his inferri non euitari caducitatem ob ſolutionē, quæ fieret ab altero, quā emphyteuta domino inuito, vel nolente, & citat Baptiſt. Coſt. de reme. ſubſid. remed. 121. ſub num. 10. & idem Borrell. vbi ſupra n. 331. declarat non procedere quando ſolutio fieret à creditore emphyteutæ.

158 *Ad n. 5. pag. 84. col. 2.* ad hoc quod domino petenti rem emphyteuticam tanquam commiſſam ob non ſolutionem canonis poteſt ab emphyteuta opponi tu tantundem mihi debes, & ſic obſtat exceptio compenſationis, adde Gam. deciſ. 91. ſub n. 2. Cened. d. collect. 144. n. 26. Valaſc. conſult. 71. n. 14. Camill. Borrell. d. tit. 33. n. 124.

159 *Ad n. 10. pag. 85. col. 1.* adde Camill. Borrell. d. tit. 33. n. 382. cū ſeqq.

160 *Ad n. 11.* adde Caualcan. Fiuiz. deciſ. 30. n. 120. p. 2. Camill. Borrell. d. tit. 33. n. 102.

161 *Ad n. 15.* ad hoc quod paupertas emphyteutæ excuſat à caducitate defectu non ſolutionis canonis, adde Cornel. Benincaſ. de priuil. paupert. in nono ſpeciali contract. n. 9. 31. 34. & 38 Redoan. de Rebus Eccleſiæ non alien. titul. de caducit. ob non ſolut. canon. cap. 3. incip. Sed quod n. 9. Camill. Borrell. d. tit. 33. n. 166. vbi n. 169. declarat excuſari ob paupertatem etiamſi culpa ſuā obueniſſet non ordinata ad caſum, vt excuſaretur à canonis ſolutione.

162 *Ad n. 16. pag. 86. col. 1.* ad hoc quod emphyteuta canonem ſoluere non tenetur quandiù poſſeſsionem non accepit, adde Gam. deciſ. 83. nu. 2. in fine, Kirchou. tom. 2. Commun. Opinion. in fine tract de feudis tit. 8. n. 6. pag. 632. Surd. deciſ. 6. nu. 4. Ioſeph. Ludou. Peruſ. deciſ. 35. nu. 7. Dom. Garci. Maſtrillo Siciliæ deciſ. 15. n. 1. Camill. Borrell. d. tit. 33. n. 337. vbi n. 338. declarat ſecùs eſſe ſi culpa, defectu, aut dolo ſuo deſiſſet poſsidere.

163 *Ad n. 17.* ad hoc quod remiſsio canonis emphy. fit ob bellum quod durauit duobus, aut tribus annis, ad de Franc. Viui. Neap. deciſ. 500. nu. 5. Camill. Borrell. d. titul. 33. nu. 162. vbi n. 163. declarat remiſsionem ob bellum tunc fieri, quando concurrunt quod emphyteuta non potuerit ad rem emphyteuticam accedere, & quod fructibus ex illa accipere nequiuerit, & nu. 165. etiam declarat ſi bellum fuerit in illis regionibus, in quibus eſt fundus, ſiue res emphyteutica.

164 *Ad n. 18.* adde quòd deſtructa in totum re emphyteutica ceſſat cenſus ſolutio pro ea re, & domino remanet ſolum. Vide Anton. Theſaur. Pedam. deciſ. 20. nu. 4. Camil. Borrell. d. tit. 33. á nu. 229. & nu. 232. limitat quando paulatim deſtructa eſſet negligentia emphyteutæ, quia tunc debetur domino integra penſio.

165 *Ad n. 26.* adde Camill. Borrell. d. tit. 33. à n 318.

166 Adde aliam limitationē quando emphyteuta ſoluit canonem illi, qui publicè gerebatur pro procuratore domini, quia liberatus intelligitur ex ſolutione illi facta, vt per Surd. deciſ. 181. n. 7. & 9. Caualcan. Fiuiz. deciſ. 30. nu. 20. p. 2. Baptiſt. Coſta de facti ſcientia, & ignot. cent. 2. diſt. 54. nu. 8. Camill. Borrell. d. tit. 33. n. 103.

167 Emphyteuta recipiens emphyteu-

phyteuſim ab Eccleſia ſine ſolemnitatibus, nullitatem contractus allegare non poteſt, teneturquè canonem ſoluere, vt per Vincent.de Franchis deciſ.296. Surd.deciſ.108. n.14. Camill.Borrell.d.tit.33.n 324.

168 *Ad n.* 22. adde Menoch. de Arbitr.q.68 n.31.& conſ.155.n.17.& conſ.182. num.11. Gonzal. ad reg.8. Cancel.gloſ.56.nu.53. D. Barboſ.in l.Si quis intentione ambigua n.72. ff de Iudic Cened.ad Decretal.collect 144. num.15. Et aduerte quòd præiudicium inferretur creditoribus, quibus huiuſmodi bona erant hypothecata Vide Farin. in nouiſſ. Rotæ deciſ 809. n.1. Stephan Grat. Diſcept Forenſ.cap.88.nu 39. cum ſeqq Cald. Pereira de Extinct. Emphyt.cap.5.n.74 & cap.13.n.35.

169 *Ad d tit.*39.§.1.*pag.*87. *col.*1. adde Camill.Borrell.d.tit.33. à nu.145. Et aduerte quòd mandatum ſpeciale requiritur ad remittendam caducitatem,vt per Surd.deciſ.181.nu.15. Menoch.conſ 460.nu.14. Stephan. Gratian Marchiæ deciſ 49.nu.25.& 34 Surd deciſ.181.nu 14. & 15. Camill.Borrell.d.tit.33.n.151.& nu.153. reſoluit quòd ad remittendam in rebus collegij,vel vniuerſitatis caducitatem totius collegij,& vniuerſitatis conſenſus exigitur.

170 *Ad § 2.n.*4 *pag.*88.*col.*1.ad hoc, quod dicitur celeriter ſoluere ante litis conteſtationem, adde Menoch. de Arbitr.caſu 7.nu.9. & 10. Steph. Gratian. Diſcept. Forenſ. cap.378. n.12.cum ſeqq Camill Borrell.d tit. 33. à n 178. nouiſsimè Aloyſ. Ricci. in deciſ.Curiæ Archiep. Neapol. p. 2. deciſ.142.n 9.

171 *Ad tit.*40. adde. Limita primò hanc Ordin.in domibus Eccleſiarũ in emphyteuſim conceſsis, niſi longo vſu in tribunalibus Eccleſiaſticis idem receptum ſit, Valaſc. de Iure Emphyt.q 20.num.6. P. Molin. de Iuſtit tract.2.diſp.446.n.3.in fine.

172 Limita ſecundò, in collocatione cenſus,panis,vini, aut alterius ſimilis rei in domibus, aut in earum ſolis. Vide P.Molin.diſp.389. nu.13. vbi etiam reſoluit diſpoſitionem huius Ordin.eſſe exorbitantem à iure communi, nec extendendam ad alium caſum.

173 *Add. titul.*40. *pag.*89. *col.*1. *ibi* *Tit.*40.
(quaeſquer aues) Dic quòd viuæ præſtandæ ſunt ex Bart.in l. Quod te in fine ff.Si certum pet.& alij,quos refert Perez ad l.11. verbo Capon tit. 11. lib.4 Ordin. Azeued.ad l.11.n.2. tit 3.lib.5.nouæ Recopil. Extendenda etiam eſt hæc Ordin.ad perdices, & coturnices, aliaſquè aues,quæ in laqueis,vel retibus capi ſolẽt,& mortuæ præſentantur ex Valaſc.d.nu 6. ad finem. Idem fortaſſe in cuniculis,& leporibus dicendum foret,niſi Ordin.vſa fuiſſet verbis excludentibus vltra pecuniam, & aues omnia alia ibi sòmente a dinheiro,& dictio, sòmente, quæ idem ſignificat quod ſolum,vel tantum,eſt taxatiua,& excluſiua ex l.Aduerſus Cod.Si aduerſus rem iudic. l. His ſolis Cod. de Reuocandis donat. cum alijs, de quibus per Azeued. ad l.2. in princ. titul.13.lib.8.nouæ Recopil. Cott.in Memorab.verbo Tantum pag. 839. Surd deciſ.291.n.19. & de Alimentis tit.1.q.2.nu.2 9.& 10. Cald. Pereira de Renouat q.11.n.15.

174 *Ad tit.* 41. *pag.*89. *col.* 2. adde *Tit.*41.
quòd maioratus bona non poſſunt in emphyteuſim concedi. Vide Molin. de Primog. lib.1.cap 21. à nu.31. Pinel.in l.1.Cod.de Bonis mat. p.3. n.65. Valaſc.de Iure Emphyt. q.25. n.35 & q.29.n.11. Gam.deciſ 16. nu. 3. & deciſ.192.& deciſ.222. num.3.

cum

Digitized by Google

cum ſeqq. Cabed. deciſ. 130. n. 1. p. 1. Cald. Pereira de Renouat. q. 16. n. 7. Valaſc. conſ. 95. n. 2. & 9. D Barb. in l. Quia tale num. 86. & 88. ff. Soluto Matrim. Melch. Phœb. deciſ. 6. Camill. Borrell. in Summa deciſ. tit. 33. à num. 255. Cald. Pereira de Empt. cap. 26. n. 20. vbi dicit quòd conſenſus filij in vita patris præſtitus illi nocebit.

175 Si tamen huiuſmodi bona data ſint in emphyteuſim per multiplicatas ſucceſsiones accedente longiſſimi temporis curſu ſucceſſor tenetur renouare, Cald. Pereira d. q. 16. n 7 ad finem. Quarant. in Sũma bullarij verbo Alienatio rerum Eccleſiæ nu. 39. cum ſeq. pag. 29 Farin. in nouiſſ Rotæ deciſ. 722. nu. 3. Camill Borrell. d tit. 33 n. 258.

Tit. 43. 176 *Ad tit. 43. pag. 89. col. 2.* ibi Ceſmarias lege Seſmarias, dicitur autem ſeſmaria à nomine ſeſma quod eſt ſexta pars alicuius rei, de quo Nebriſſenſ. in ſuo Dictionario Hiſpanico verbo Seſma, Sebaſt. Orozco en el Theſoro de la lengua Heſpanhola verbo Seſma, quia autem ex iſtis terris incultis datis ad meliorandum, ſoluebatur ſexta pars fructuum, ideò appellari ſolent terras dadas de ſeſmaria.

177 *Ad §. 9.* adde Cabed. p. 2. deciſ. 112.

178 *Ad §. 15.* adde eundem Cabed. d. deciſ. 112. n. 4.

Tit. 46. 179 *Ad tit. 46. aa §. 1. nu. 13. pag. 96. col. 2.* Vide quid dicendum in melioramentis factis à marito, & vxore conſtante matrimonio in re emphyteutica ad maritũ pertinentem, quã propter delictum, vel commiſſum amiſit, an vxor amittat ſuam partem melioramentorum? Negatiuè reſoluit Cald. Pereira de Empt. cap. 27. n. 81. vbi etiam aſſerit communia fieri melioramenta à marito facta ante matrimonium quando contractum fuit per chartam medietatis.

180 *Ad tit. 47. ad §. 1.* adde quòd ſi quis ex præmortua vxore filios habuerit, vel alios deſcendentes, & ſecundo nupſerit, quod non poterit ſecundæ vxori arrharum donationẽ conſtituere excedentem tertiam partem bonorum, quæ tunc temporis mariti eſſent, ex Valaſc. de Partit. cap. 23. n. 10. Phœbos deciſ. 71. imò talis arrharum promiſsio deducenda erit ex tertia defuncti, ex Gam. deciſ. 370. nu. fin. & deciſ. 308. nu. 14. Azeued. l. 12. tit. 6. lib. 5. Recopil. n. 4. Valaſc. d. num. 10. ad finem. Et hunc §. procedere in eo, qui tempore promiſsionis arrahum non filios, ſed ſolummodo aſcendentes habuiſſet in ſupremo Senatu dicit iudicatum idem Phœbos deciſ. 71. vbi plures refert Doctores. *Tit.* 47.

181 *Ad tit. 48. in Princ. pag. 98. col. 2.* adde quòd non poterit præſtare cõſenſum alienanti rem, in qua maritus ius habet tradit Cald. Pereira de Empt cap. 8. n. 32. *Tit.* 48.

182 *Ad num 10. pag. 99. col. 2.* adde quòd Gam. deciſ. 108 reſoluit de iure huius Regni fas eſſe marito hypotheeare ſine conſenſu vxoris rem immobilem, quam ſine eiuſdem vxoris conſenſu nõ poteſt alienare, ſecùs ſi res hypothecetur pro tãta quãtitate vt ſpes non ſit eam redimendi, ſequitur P. Molin. de Iuſt. tract. 2. diſp. 422. n. 11. Et facit pro hac parte Ordin. in præſenti, quæ vtitur verbo *Vender* ſub quo hypotheca non cõtinetur iuxta reg l. In quorum ff. de Pign. reſoluũt Caſſan. in conſuet. Burgund. rub. 9. §. 10. n. 41. fol. 113. Cald. Pereira in l. Si curatorem verbo Vendediſti n. 3. Accedit quòd prohibitio huius Ordin. eſt poſita ſuper perſonis, &

C non

non ſuper rebus ibi, *que o marido não poſſa vender*, & vbi Ordin. non ſuper re, ſed ſuper perſona conſtituitur nõ videtur prohibita pignoratio, ex Bart. in d. l. In quorũ, quem plures ſequuntur vt per Tiraq. de Iure mariti gloſ. 5. n. 108. Neguz. de Pignor. p. 2. memb. 3. nu. 70. Duenh. reg 31. verſ. Sexto fallit.

183 A *d n. 12 ibi in electione, lege, in nominatione*, & adde tertiam Limitationem in conſenſu domini directi ad alienandũ, vel vendendam emphyteuſim, quem vir abſq; vxore ſua præſtare poteſt, ex Cald. Pereira de Extinct. Emphyt. cap 12. n. 10.

184 Adde quartã limitationem in promiſsione dotis, quam poteſt vxor facere ſine conſenſu viri, quando executio cõfertur in tempus, in quo matrimonium ſeparatur, & maritus nõ recipit dãnum, nec diminutioné partis ſuæ argum. text. in l. In tempus ff. de hæred. inſtit. Vide tamen Larã in l. Si quis à liberis §. Si quis ex his nu 259 ff. de liberis agnoſc. D. Barb. in l. 1. ff. Soluto Matrim. p. 4. n. 95. in fine. P Rebello de Obligat. Iuſtit. p 2. lib 5. q 6 In ſupremo tamen Senatu fuiſſe iudicatum quòd non valeret dos facta à matre eius filiæ ſine conſenſu mariti aſſerit Melch. Phœbos deciſ. 98.

185 *Ad n. 19. pag.* 100. *col.* 2. adde quòd cenſus inter immobilia connumeratur, vt per Fatin. in nouiſſ. Rotæ deciſ. 328. n. 9. Sicut etiam annui redditus habentur loco immobilium, vt per Aloyſ. Ricci. in collect. deciſ. collect. 668. & in Praxi fori Eccleſ. deciſ. 44. & nouiſsimè in deciſ. Curiæ Arch. Neap. p. 1. deciſ. 134.

186 *Ad n. 25 ibi, quam ſi iniuſtam iudicauerit, lege iuſtam*, & adde quòd vir poſt ſeparatum matrimonium inter illum, & vxorem iudicio Eccleſiæ factis inter eos partitionibus omnium bonorum poteſt vendere, & alienare bona immobilia ſine conſenſu ipſius vxoris, prout iudicatum fuiſſe in ſupremo Senatu refert Phœbos deciſ. 72.

